VALENTINI GUILIELMI FORSTERI, ... IUSTINIANEAE...

Valentin Wilhelm Forster,
Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 · A
44

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

25
6
24

13-9-c-2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Valentini Guilielmi FORSTERI,

J. U. DOCTORIS, ET PROFESSORIS &c.

Iuſtinianeæ Tractationes, ad Inſtitutiones juris.

EDITIO SEPTIMA

Noviſſimè reviſa, limata, aucta;

CUI PRÆTER CONCILiatorem Speculatoris, cum ſcholijs Forſterianis

Nunc acceſſit, Brevis Epitome, nec non Compendium Succinctum, ſive caſus breves, ad easdem juris Inſtitutiones, ejusdem Autoris.

16 17

Ex Legato Ill.mi Comini

WITEBERGÆ,

Sumptibus Clementis Bergeri.

Typis JOHAN. MATTHÆI.

SOC. IESV BIBL.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Nobiliſsimis adoleſcentibus,

Domino Haynoni; & VVolff-gango von Bröſigken / *fratri-bus germanis: itemq; Ioanni Caſparo* von Schönfeldt / in Lomnitz etc. *fautoribus & a-micis percharis. &c.*

RECte facit vir Strenuus, atque Nobiliſsimus, Dn. Ditericus von Bröſicken / hereditarius vff Ketſchier / Breitenfeld/ Gammer/ Badergaſt/ vnd Bentz etc. Parens veſter honorandus, fautor & amicus meus colendus, Itemque tutores tui

mi Johannes Caſpar **von Schön-feldt**/ Viri Nobiliſsimi & ſtrenui Dn. Johan. Magnus **von Schön-feldt vff Wachaw etc.** & Dn. **Gott-hardt Preuß vff Camitz etc.** quod vos ἀδολεσχοῦντας, ad liberales artes diſcendas, & ſapientiam, prudentiamque civilem, hauriendam, necnon alias virtutes, capeſsendas, huc ad nos, tanquam ad emporium celebre, literariæ culturæ, tranſmiſerunt, & ablegârunt. Etenim optima hereditas, à patribus tradita liberis, omniique patrimonio præſtantior gloria virtutis, rerumque geſtarum: cui dedecori eſſe, nefas & vitium judicandum eſt, inquit M. Tull. Cicero lib. 1. offic. Acquiritur autem nobilitas, & gloria virtutis, duobus potiſsimum modis; nempe literis & armis: quibus

quibus utrumq́; tempus, & bellorum & pacis rectè poteſt gubernari; juxta tritum verſiculum,

Sunt duo quæ faciunt, ut quis
ſit nobilis, ARS, MARS. &c.

Vos etiam laudabiliter & benè facitis, quod parentibus, & ijs qui loco parentum ſunt, obtemperatis. Nam adoleſcentis eſt, majores natu vereri, exq́; his deligere optimos, & probatiſsimos, quorum conſilio & autoritate nitatur. Jneuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda, & regenda prudentia eſt, inquit idem Tullius, eod. offic. libr.

Neq́; vero ſine commodo veſtro, factum eſt, quod Ampliſsimi, Clariſsimi, Conſultiſsimiq; viri Dn. Lucæ Bekmanni, Regij ſimul, & Electoralis, atq; Princi-

Digitized by Google

pũ quorundã conſiliarij, nec non Publici Profeſſoris, & diſcaſteriorum diverſorũ, Aſſeſsoris &c. fautoris, collegæ, compatris & amici mei ſingulariter colendi, non ſolum inſpectioni, ſed & menſæ, partim habitationi quoq; concrediti fuiſtis. Nullus enim dubito, quin ibi, de rebus aliquando vobis profuturis, indies multum audiatis, & cognoſcatis. Sed & Præceptores, & informatores cõmodos nacti fuiſtis, Viros juvenes, quà religionem, candorem, mores, & eruditionẽ, conſpicuos, M. Andream Schniſiũ SS. Theolog: Matthiam Groſium (Matthiæ Groſij J.C, compatris & Collegæ mei honorandi filiũ) Jurisprudentiæ ſtudioſos, utrumque VVitebergenſem: & conſortio quodam, jureq; familiaritatis, inter

ter vosmet, fruimini. Qua de cauſa, motus fui, cum, tractationes meas ad Jnſtitutiones juris, prioribus exemplaribus diſtractis, nunc iterum, & ſeptimâ quidem vice, reviſas, & auctas, in publicum prodire ſinerem, ut eas vobis, quos certè diligo, dedicarem. Spero namque fore, ut aliquando magnorum Principum, magni dynaſtæ, ſive Conſiliarij, mihique Promotores eximij, futuri ſitis. Quod vobis ex animo precor, & omne ſtudium, ac officium meum, promtum, & paratum polliceor. Benè valete. Dabantur è Muſæo meo. 6. Maij. 1617.

Veſter totus

Valentinus Guilielmus
Forſterus. U. J. D.
& Prof. Publ.

Digitized by Google

NOMINA COLLEGARUM.

GEneroſus TIDO HERMANNUS Lib. Bar. ab Inhauſen & Kniphauſen, in Elter & Vogelſangk, major domus hereditarius in Baſtenack.

Joannes Filtzius, Nidersbacenſ. VVetterav.

Philippus Vogelius, VVinshemius, Franc.

Antonius ab Anderten, Hannoveran.

Georgius Chudenius, Soltquellenſis.

Julius Reichardus, Hannover.

Conradus Stukius Hannover.

M. Caſparus Horn, Pyrnenſ.

M. Henningus Schurerius, Halberſtad.

Chri-

Chriſtophorus Cæleſtinus, Berlinenſis.
Andreas VVaſſæus, Spandovienſis.
Fridericus Coſtus, Halenſis Saxo.
Andreas Bergius, Colbergenſis Pomeran.
Joannes Idenius, Brandeburg.
Petrus Jordan, Burgenſis.
JoannesGeorgius Felſinius, Styr. Græc.
Joannes VVilhelmi, Elbing.
Chriſtianus Ohemius, Mûlhuſinus.
Michael Fuchſius, Stetinenſis Pomeran.
Laurentius Reich, Lipſienſis.
Joachimus VVinterl, Altenmarck/Styr.
M. Hieronymus Kather.
Chriſtophor. Crauthoſius, Neobr. Megal.
Fridericus Ranchenberger, Styrus.
Bartholomæus Bartſchius, Dantiſcan.
Joannes à Bueren, Clivenſis.
Cornelius Hagen, Batavienſis.
Tiburtius Ruhelius, VVitteb.
Joannes Hoppe, Znoymenſis Morav.
Nicolaus Callovius, Pomer.

Digitized by Google

Juſtus Rupelius, Lorâ Francus.
Georgius Cornarius, Peſnicenſ. Thuring.
Joannes Klencke, Saxo.
Joannes Scharff, Uratisl. Sileſ.
Joan. Bamhauſen, Padeburn. weſtph.
Petrus Schmidt, Delician.
Johan. Hector zum jungen, Fr. ad Moen.
Jacobus Schrofnerus, Rottenb. Styr.
Joannes Leſch, Francus.
Joannes Stauffenbul, VVitteb.
Laurentius Volccius, Martisb. Miſnicus.
Caſparus Stukius, Hannoveranus.
M. Elias Heidenreich, Nerling.
Leonhardus Angelus, VVisnh. Franc.
Michael Lederus, Torgenſ.
Melchior Reiche, Hannoveran.
Nicolaus Thomæ Jun. Pruten.
Chriſtianus Albertus, VVitcb.
Martinus Zitzvvitz, Pomeran.
Martinus Rubacus, Pomeran.
Joachimus Hartmannus, Berolinenſis.
Carolus Troiger.
Joannes Bucholtz, Brandenb.

Philip-

Philippus Schattmannus, Nitin. Franc.
Ioachimus Millius, Rupinenſis. March.
Gisbertus à Bœtzler, Cliuenſ.
Ruthigerus von Arnſperg / VVeſtph.
Balthaſar Wartenburg / Eibingenſ. Bor.
Georgius Brunnerus, Berlinen.
Ioachimus Königſtadius, Soltquell.
Ioannes VValther, Spandov. March.
VVolfgangus Vlbeccius Suoba. Franc.
Daniel Nortelius, Noriberg.
Ioannes Vlbeccius, Suobacenus.
Chriſtoph. Schultz, Francof. March.
Andreas Lachs, Islebienſis.
Martinus Portelius, Lincenſis, Auſtriacus.
Bonaventura Cotta, de Gotthis Thur.
David VVenemeyer Aſcanienſ.
Balthaſar Muothomsky, Novoſolienſ.
Chriſtianus Georgius, Pegav.
IOannes wincklerus, Gorlic. Luſatio.
Henricus Crauthoffiꝰ, Neobrandenb.
Sebaſtianus Stripeus, Soltquell. March.
Andreas Bartholdus, Berolinenſis.
Chriſtophorus Hermannus, Lucan. Luſat.
Paulus Claius, Dreſdenſ.

Ioan-

Ioannes Martius, Neozolienſis, Pannon.

Carolus Forſterus, Heydelberg. Palatin.

Martinus Beluher, Neoſtetinen. Pomeran.

Ioachimus Heſſus, Boruſs.

Chriſtoph. Bôttingus, Alsleb.

Balthaſar Dames, Primislav.

Iulius Ezlerus, witeb.

Chriſtophorus ab Haugvvitz.

Andreas Orlaub. Bernburgenſ. Anhald.

Theodoricus Spiegel.

Joannes Conrad. Fraventrautus Suobac. Fr.

Martinus Mûllerus, Pomeranus &c.

Digitized by Google

ODE ALCAICA

AD

Clariſsimum & Conſultiſsimum virum,

Dn. VALENTINUM FORSTERUM, J.U. DOCTOrem, &c. Præceptorem, & Inſtitutionum theſibus utiliſsimis comprehenſarum Præſidem digniſſimum.

FORSTERE, legum Doctor & arbiter,
Dux diſciplinæ juridicæ, recens
Quò ducis examen per altos
Juſtitiæ Themidosq́; clivos
Examen, inquam, Mercurialium
Quò tot virorum; ſcilicet inclutum
Exercitus tanti Baronem
Signiferum generaliorem?
Quò Nobiles, quò ſcita Themis dicæ
Latè ferentes ſigna peritiæ
Commilitones, tàm periti
Ordinis armituos Decanos:
Quàm delitentes usq; manipulos
Sub Martis umbrâ deſide, concitas
Ad arma ceſſantes ad arma
Et dicis, Eunomiæq́; pugnam?

Digitized by Google

An diſſidentes abſona vultures,
Et Pelliones prælia Simiis
Juncti togatis, barbaruq;
Cauſſidici renovant moloſſis?
Sic eſt: inerti jurgia ſtlitium
Augent forenſes murmure Cerberi,
Ac Idiota caſtra figit,
Pugnat Agyrta Crumenimulga.
Nunc ire contra, nunc decet obviam,
Et ferre turmam cominus & pedem,
Nunc aggredi, nunc explicare
Arma per inſipidas catervas.
Nil multitudo conſilij ſui,
Nil legis expers orbaq; vis valet
Contra triumphantem virorum
Exiguo numero Themiſtam.
Ergo parati mente ſatellites,
Quocunq; jus fert, ibimus, ibimus,
Et ferre, laturi feremus,
Qua decet arte, graves labores.
Exercitati præſidio Ducis
Tuti libenter dulce ſubibimus
Periculum, hoc & in bona ſpem
Gratia induimus omne bellum.
Inquam, omne bellum legis acumine,
Non cædis ictu, ac ære, ſed Ægide,
Non prælio, ſed prælo agendum.
Marte nec, arte ſed erudita.
Forſteriana prolis & indolis,
Quam D I V. Alex es dum vocat in ſuas,
Oſtentat

Oſtentat illex huic patritum
Palladia folium corona;
Quin & ſagacis numinis alite
Natura fauſtos ducit ad exitus.
Donatus & interpres ſerena
Eloquij rude templa purgat,
Talem diſertæ militiæ Ducem
Forti ſequemur pectore prævium
Grex omnis, acclives & aures
Sponte manu dabimus benignâ.
Speramus omnes juris adoream,
At me nimis ſat dico beatulum,
Si Cordus Aſtrææ probatos
Tyro locum inter habere poſſum.

VVolfg. Ulbeccius Suo
bac. Fr. P. L. Cæſ.

ALIUD.

I *Nunc, & fortem paſſim* Troja Hectora *jactes,*
Græcia Achilleum *vertice tolle ducem;*
Scilicet eſt aliquid, Lyrnos *domuiſſe potentes;*
Victorem, eſt aliquid, dicier Amphimacho.
Attamen his VALENS *Forſterus fortior unus,*
Ad ſacra JUSTICIÆ *dum vada pandit iter.*
Ergo FORSTERI *genitrix Germania cùm ſis,*
Græcia, Troja, *togæ cedat utraq; tuæ,*

Honoris & amoris
ergò
Cornel. Theodor. HAGEN
Batavus

IN
DISPUTATIONES JURIDICAS.
De
ACTIONIBUS.
VALENTINI GUILIELMI FORSTERI, J.U.D.

NAvem agere ignarus timet, inquit Horatius: at tu
Litem agere incautos, gnare GUELME, doces,
Quo mihi perſonas & res cognoſcere, ſi non
Actio perſonas propria resq; regit?
Quæ veſtra, aut vobis non ſunt indebita, paucis.
Hinc pleno ad liquidum diſcite jure rei.

Adamus Theod. Adami
F. Sib.

ALIUD.

EXimius meruit GENITOR Conſultus haberi;
Ac famam doctis ſparſit ubiq; libris.
Et tu FORSTERE ſpiras magis ardua fama,
Teq; in jure paras adſimilare Patri.
Dumq; paras animo ſimilem te reddere Patris,
Diſcipulos ſimiles tu facis eſſe tui.
Laus magna eſt, artem te velle referre Parentis.
Magna eſt, diſcipulos velle referre tuam.

Fridericus Taubmannus
Poeta & Profeſſ.

Digitized by Google

LIBER PRIMUS.

DISPUTATIO PRIMA.

Ad proœm. tit. 1. & 2. lib. 1. Inſtitut.

Reſpondente

JOHANNE FILTZIO, Wetteravio.

Thesis I.

Ad tit. libri.

INſtitutane potius, an Inſtitutiones hi libri Jſagogici ſint dicendi? Nos uſum utriusque non diffitemur, tamen ut Inſtitutiones dicantur, malumus.

I. quoniam verbum Inſtitutorum eſt πολύσημον Valla 4. Eleg. 1. II. quoniam verbum In-

ſtitutionum & apud JCtos, & apud Philoſophos latiniores frequentius uſurpatur. Mynſ. ad § 3. hic.n.16. III quoniam inſtitutiones divinas, medicas, oratorias inſcripſerunt alii, quæ prima rerum elementa & futuri operis fundamenta continerent. Pet. Heig. ad epigraph. proœm. n. 6.

Ad Epigraphen.

2. An invocatio hominis divini, vel ſignum crucis ſit de ſubſtantia Inſtrumenti? Negamus, niſi contrarium conſuetudine loci receptum ſit.

I. quoniam nullibi reperitur id expreſſe cautum. Nam in l.22.§ 2.C.de jure delib. Novell. 90. & alibi, moris ita fuit apud Conſtantinopolitanos, præfigere ſignum crucis inſtrumentis. II quoniam ſi reperitur cautum, levis eſt ſolennitas, cujus omiſſio non vitiat actum. arg. l.1.§ fin. de ventre inſpic. eleganter Nicol. Reuſner. lib. 1. deciſ. 1. Bartol. in l.1.§ priùs de vulg. & in d.l. 1. § fin. de vent. inſpic. Speculat. de inſtrum. edit. § fin. verſ. tertius autem. Addit. ad Salycet: in l. fin. § 1. C. de jur. deliber. Coraſ. in tr. invent. n.16. Alciat. 9. parerg. 6. Alex. in rubr. De novi oper. nunciat. Panormitan. in c. 1. extr. de fid. inſtrum. VValterus lib. 2. Miſcell. c. 1. Guid. Pap. q. 262. Philibert. Bugnyon lib. 1. leg. abrogat. per Gall. c. 111. Diſſ. gl. in Nov. 47. c. 1. & in c. 6. ext. de fide inſtrum. Salycet. in l. fin. § 1. C. de jure deliber.

3. Cæſar

3. Cæſar unde dictus ſit? ambigitur. Ælius Spartian. quadruplicē agnominis cauſſam adducit; Nos à cæde..do primogeniam originem deducimus.

Fuit enim cæſus ex utero matris. Perottus in cornuco Serv in 1 Æneid. Plin. l. 7 nat hiſt cap 9. Vide Spartian in vita Ælii Veri. Johan. Rhellican in Jul. Cæſ pag. 8. Tilem in diſcurſ. Philolog. p. 336 omnino Petr. Heig ad d. epig. n. 18. & p. 1 q. 6. Diſſ. Faber Soran. Pompejus Feſtus Joan. Ferrar. Mont in proœm. Inſtitut. pag. 11. & aliter alii. Alias de partu Cæſareo vide tractatum elegantem Franciſc. Rouſſ ti; & exemplum ſatis elegans de vivo è execto in l. 6 in princ. ibi, SIMILI MODO: De inoff. teſtam. & in l. 12. De lib. & poſthum.

4. Juſtinianus an ab avunculo Juſtino, producto nomine fuerit appellatus? Neg.

I. quoniam Juſtinianus dictus etiam antè fuit, quam adoptaretur. II quia veterū in producendis adoptatorum nominibus conſuetudo huic non convenit. Hotom hic & in vita Juſtin. Nam qui adoptabatur, adoptivi patris ſui & prænomen, & nomen, & cognomen ſic aſſumebat, ut ſuum duntaxat nomen, idq; inflexum, & immutatum retineret. Diod lib 30. 40. & 46. Vide exempla apud Hotom. in pr. Inſtit de Adopt. Diſſ. Mynſ. & gl. hic. Diſſent. Joan. Ferrar. Montan. in proœm. hic. qui Juſtiniani nomenclationem ad imitationem

 Juſtini,

Juſtini, à jure originatam putat. Diſſent. Anton. Auguſt. lib. 3. emend. c. 8.

5. Juſtinianus an ex Dalmatiâ, vel Thracia ſit oriundus, an ex Pannoniâ? Poſterius affirmamus.

Per Novell. 11. 131. c. 3. Cujac. & Gothofr. in d. Nov. 11. Diſſ. Hotom. & Ægid. Perrin. in Juſtin. vita. Camer. de jur. initiis.

6. Auguſti cur dicantur Imperatores? Reſpond. ab augurio, & ſimul ab augendo imperio.

I. Quia id convenit cum Germanico, Zu aller zeit Mehrer des Reichs. *II. quia hae non ſunt contraria, ſed diverſa. III. quia id voluit Ovid. 1. Faſtor. in his verſibus:*

Sancta vocant Auguſta patres, auguſta vocamus
Templa, ſacerdotum ritè ſacrata manu.
Hujus & augurium dependet origine verbi:
Et quodcunque ſua Jupiter auget ope.

Adde Sueton. in Auguſto. Dionem lib. 53. Hotom. Weſenb. & Dd. hic. Coraſ. in l. 2. § deinde Cornelius, n. 16. & ſeqq. De O. I. Diſſ. Perottus. in Cornucop.

Ad princ. proœm.

7. *Armis decoratam*, &c. his verbis an decus ex rebus bellicis reſpexerit Imp.? Negamus, & χιασμὸν Cujacij libenter admittimus.

Quia ſubjecta ratio id evincit: nim. ita victor exiſtet. Hotom. Cujac. hic. Sic etiam apud Ciceronem

nem lib.3. de legib. dicitur Magiſtratus lex loquens, lex magiſtratus mutus. Vide Cujac. 14. obſer. 24. ſic Horatio dulce dicitur olivum, & pingue merum lib. 12. ſatyr. 4. & ibi Jacob. Cruquius. Diſſ. Balduin. & Mynſing hic.

Ad § 1. procem.

8. Tanta temporum ſpatia, quibus Vandali tenuerũt Africam, quanta ſint? Nos annos nonaginta quinq; numeramus.

Per l. 1. C. de off. c. præf. præt. Afric. Hot & VVeſenb hic. Diſſ. Mynſ qui numerat. 150. Diſſ. Joan. Ferrar. Mont. qui numerat 105.

Ad §. 2.

9. Quando prior Cod. Juſtinianeus ſit editus? Reſp. Anno Chriſti *529.* indictione *7.* Menſe Aprili, die Menſis ejus *17.*

Per Conſtit. De Juſtinianeo C. confirmando, in fine. & l. 1. C. de novo Cod. fac. Hotom. hic. Contius in Chronolog. Baro in 50. deciſ. Vult. in Prol. g. J. R p. 15. Petr. Heig in procem. hic ad verſ. omnes vero popul. num. 4. Diſſent quoad annum Mynſ. quoad indictionem Hotom. hic: quoad menſem Baro; quoad diem Contius d. locis.

10. Volumina veteris prudentiæ quot habuerint verſus? Reſp. tricies centena millia verſuum.

Per Conſtitutionem in pr. De confirm. Dig. & conſtit. Dedit. § 1. Pac. Borch. hic. Diſſ. Hotom. ibid. qui numerat centies mille.

11. Per verſus an intelligantur lineæ vel periodi? Reſpon. Periodi.

Nam veteres dicebant verſus membra orationis integra: quæ Hieronymus in Rufinum verſuum cola vocat. Duaren.2.Diſp. 6. Alciat. 3. Parerg 16.Camer.de init.jur Vult in d. proleg.J R. pag 15. Diſſ.Contius 1.lect.8.Fiat enim computatio & facile numerus iſte deducetur. Primus titulus habet 40.periodos, habet leges 12. non magnas.Tituli ſunt in Pandectis 440 ſub quibus leges 8145.juxta Ægid.Perr. aut ut Otto ab Havel.numerat: 91.98.

Ad §.3.

12. An *exquæſtore* & *exconſule*, nomina ſint indeclinabilia? Affirm.

Per h. §.conſt.tanta in princ.de confirm. Dig. Contius hic.Diſſent.Pratei.in lexic.Hotom. & alii hic. Anton. Auguſt.lib.3.c.3. Quorum ſententia magis mihi probabilis videtur. Vide tamen Cic in 3.Ver. in. circ.fin.

13. An *exquæſtore* ſit quæſtor, exconſule conſul ipſe? Negam.

Nam exquæſtore eſt, qui quæſtura functus eſt, exconſule, qui à conſulatu diſceſſit. Pratei.in lexic. Hotom. hic. Anton. Auguſtin. l. b. 3. & omninò Pet. Heig. hic.n. 8.Diſſentit Mynſ.ibid ſecutus Alciatum.

14. An pro *Anteceſſoribus* ſit ſubſtituendum *Aſſeſſoribus*? Negamus.

Nam

Nam ex JCtis, qui forum ſequebantur, togati, qui ſcholas, anteceſſores dicebantur: vel quod principem in publicum antecederent, functionis ergò; ſicut tradit Joan. Ferrar. Montan. hic pag. 29. vel quod juventutem antecederent & monendo præirent ut tradit Heig. nu. 12. quod mihi magis placet. Conſtit. Omnem in pr. De confirm. Dig. & conſtit. tanta. § 9. II. quoniam in eadem oratione profeſſores vocantur. Cujac. 12. obſ. 40. Cont. Pac. Hotom. hic. Diſſ. Alciat. 3. diſput. 12.

Ad § igitur. 4.

15. An vulgata quatuor horum librorum partitio, qua tertius liber incipit ab inteſtati cauſſa, quartus verò de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur, poſſit tolerari? Affirm.

I. quia conſentiunt exemplaria. II. per pr. tit. 1. li. 4. ibi, ſuperiore libro. III. quia libri non artificioſa, ſed æquali materiarum diſtributione ſolent dividi. VVeſ. hic. Diſſ. Hotom. in arg. h. operis. Diſſentit alit. Ferret. qui lib. 4. inchoavit à tit. d. obligationib. eo nomine reprehenſus à Contio. 1. Subſeciv. lect. cap. 1.

Ad §. ult.

16. Num ante completum quinquennium ad gradum Doctoratus, vel in numerum advocatorum, quis poſſit admitti? Neg.

I. quia quinquennium præfinit ſtudio juris Imp. in conſtit. Omnem, de confirm. Dig. II. per l. 3. §. 4. 5. & l. 5. §. 4. & 5. C. de advoc. diver. jud.

III. quia juri civili jus Can. acceſſit, & feudorum c. fin. de magiſt. Cuj. 12. obſer. 4. Vult. in d. Proleg. pag. 28. Ang. Mattheac de via jur. li. 1 c. 5. num. 4. Diſſent. Rebuff. de priv. ſchol. priv. 84. & ibi. allegati.

Ad rubr. tit. 1.

17. Unde jus dicatur? Reſpondeo, Notatione Grammatica ſimplex eſt & primum nomen: Notatione logica deducitur à jubendo, ſi ſumitur propriè pro præcepto; ſi verò ſumitur relatè & impropriè pro juris arte, tum verum eſt, quod dicit Ulpian. jus à juſtitia appellatum eſſe, non quidem divinâ, ſed habitu.

l. 1. de juſt. & jur. Coraſ. ibid. Donell. 1. com. 4. Curt. 1. εἰκαστῶν 1. Coraſ. p. 1. de juris arte c. 12. & p. 2. c. 3. Connan. 1. comm. 2. Tiraquell. de retract. lignag. § 35. gl. 7. n. 11. Diſſ. Alciat. 1. παρεργ. 29. qui putat jus dictum quaſi vis. Diſſent. alii, qui à juvando deducunt. Galeott. Mart. in lib. de doctrin. promiſc. c. 28. itemq; alii, qui putant eſſe dictum quaſi ἰὸν, hoc eſt, vagum, aut qui ab illa tragicâ ejulatione ἰὼ, vel ab jove quaſi patre juris derivant. Scip. Gentil. lib. ſing. orig. pag. 267. Diſſ. quoad poſtremam theſis partem Don. d. c. 4. Diſſ. item Hieron. Mag. 4. Miſcell. 1. Videatur Giſan. in Lucret. in verb. jus Lipſ. lib. 1 Elector. c. 18. pag. 567. Chriſtian Becman. de orig. latin. linguæ pag. 244. A. Fab. in Papin. Jurisp. tit. 1. pr. 1. & in rational. ad l. 1. De juſt. & jur. A Bologn. de lege & æquit.

æquit c.14. Treutl.diſp.1.th.1.lit. D. Hotoman. de vet.rit.nupt.c.fin.

Ad pr.t. 1.

18. Num definitio juſtitiæ ſit intelligenda de divinâ, num de humanâ? Poſterius affirmo.

I. quia juſtitiam inter virtutes hominum recenſet alibi Juſtin. Nov.69. Nov 30. II. quia ſuadet propoſitum Juſtin. III. quoniam ut quis juſtus ſit, juſtitia quæ deſuper eſt, nulla hominis operâ contingit, ſed ex ſolius Dei gratia. Montan. hic p.39. Donell.2.com.1 VVeſ ad pr. Inſt. h. t. Diſſ. Hotom. & Vult. hic. & in Idea jur.log.pag 10.

19. An verò definiatur in abſtracto? Neg.

Ratio quia eſt habitus, qui in aliquo ſubjecto ineſt. II. quonim etſi vir juſtus aberrat aliquando, non tamen ob id habitus animi tollitur, & juſtus magis ex affectu, quam effectu judicatur, & videtur contendendo conſtans juxta illud Dum rectum clavum teneam *vide Heig. hic. n. 19. Diſſen. Coraſ. in l.10. De juſt. & jur. VVeſenb. hic. vide. Danæum in reſponſ. ad Bellarminum, pag. 312.*

20. Num legendum in definitione *tribuens*? Neg.

Quia habitus non agit. Illud autem verbum Tribuens *ipſum actum denotat. VVeſ. hic. Diſſ. VVeſ. in parat. n.10. & Hotom. hic.*

21. Definitio num ad univerſalem, an ad particularem pertineat? R. ad particularem, quæ eſt ſaltem juſtitia. Nam univerſalem ſi putas per ſynecdochen totam virtutem, hîc ea non definitur: ſin ſpeciem virtutis certam, eam univerſalem non agnoſco.

1. *Quia ſi eſſet ſpecies, non eſſet univerſalis. 2. quia particularis hujus pars conſtitueretur. Vide alias ad theſin Cont. 1. lect. 7. VVeſ. in parat. hic. n. 10 Heig. hic. n. 9. & ſequentib. Diſſ. Alciat. 1. parerg 31. Bologn. de jure & æquit. c. 8. & 9. Jovian. Pont. in. 1. de obed. 2. Picolom. 4. de moribus. 13. & 14.*

Ad §. 1.

22. An illud *divinarum & humanarum rerum notitia*, commune ſit Jurisprudentiæ cum Philoſophia? Neg.

Quia Jurisprudentia eſt pars Philoſophiæ. Donell. 1. comm. 16. Diſſent. Cujac. hic.

23. An jus in artem poſſit redigi? Affirm.

I. *Per l. 1. de juſt. & jur. II. quia jus habet præcepta univerſalia, propria, & reciproca; ad utilitatem publicam ſemper ſpectantia. III. quoniam omne cognoſcibile poteſt in artem & ordinem redigi. Scalig. exerc. 2. Picol. introd. Phil. 14. Cic. lib. 1. de orat. IV. quoniam hæc noſtra ſcientia proprium genus & ſubjectum habet & proprium finem; eaque in ſua principia, cauſſas & elementa reſolvi poſſunt: Ebem. de Princ. Jur. lib. 7. c. 17. & 18. Heig. ad §. his igitur. 2. n. 2. & ſequentibus.*

Connan.

Connan.1.comm.1.Ant.Maſſa Gales. de exercit. juriſperit.lib.1.n.7 &c. Coraſ.in d.l. & p.1. de juris arte c.1 & 14.Vult.in Idea jur.Diſſ. Bodin.in diſtrib.jur.univ.Coſtal.in parerg.n.16. Anton. Fab.in Juriſpr.Papi.t.1.pr.2.illat.5.Paul. Bus & alÿ.

Ad §.2.

24. An in jure, præſertim in Pandectis ordo ſervetur? Nos ordinem prudentiæ non diffitemur, methodum exactam negamus.

Per ea quæ habet Don. 1. comm. 1. Diſſ. Cujac ad tit.D. mandati. Quanquam, inquam, Tribonianus, exquiſitam exactamq; methodum in libris juris conficiendis fortaſſe non adhibuerit; nec tamen temerè ſine omni ratione congeſſiſſe putandus eſt. Nam in Digeſtis ordinem, qui Servio Sulpitio, Aul. Ofilio, Salvio Juliano. Ulpiano, Paulo, Cajo, cæterisq; perplacuerat, imitatus eſt, teſte Eguin. Baron.in manualibus.p.72.& hoc juxtà cuſtoditè ſervavit, ut ſemper priores libros JureConſulti cujusvis, aut quæ ex iis excerpſit, poſterioribus præferret: ut obſervavit Cujac.lib.27.obſ.c.27. In compoſitione Codicis obſervatum plerumq; eſt, ut reſcripta Imperatorum eo ordine collocarentur, quo ipſi Imporatores imperaverunt. Duaren. ad tit. De dolo. c.3.in fin. In conſtitutionibus principum magis ordo temporum, quam rerum ſerva-

ſervatur. VVeſenb. de ſtud. jur. rectè inchoand. pag. 37. Novellæ Conſtitutiones ſanè, quo quæq; anno promulgatæ, ita ferè eodem & tempore & loco viſuntur compoſitæ: quemadmodum nos alibi diximus, & latius alibi, Deo volente, dicturi ſumus vide tamen contrarium apud Scipion. Gentil lib 3. de donat. ca. 18. circa fin. In Inſtitutionibus, autem quicquid de perſonis, rebus & actionibus ad Pandect. interpretationem neceſſarium tyronibus videbatur, miro compendio compilator complexus eſt, fortaſsis quod nulla ferè pars juris ſit, in quâ tractandâ hi loci ſimul non incurrant. Vide Duaren. lib. 1. diſp. 55. & videmus Inſtitutionum libros enarratione definitionum & diviſionum perſpicuâ conſumi; & à notioribus ad particularia procedi. Heig. d. loco. n. 12 Quod in Decretalibus ordo ſervetur Pontificum, ut in Codice Imperatorum, tradit Cujac. ad c. 2. extr. De ſponſalibus.

Ad § 3.

25. An hic triplex contineatur officium JCti? Neg.

Quia quivis alius, etiam non JCtus, ſecundum ea facere debet. Unde & juris ignorantia cuiq; nocet regulariter. l. 9. in pr. & §. fin. De jur. & facti ignor. Donell 1. Com 12. Padill. in l. 2. C. de reſcind. vend. n. 56. Diſſ Hotom. hic.

26. Num ſint plura juris præcepta, quàm hæc tria? Neg.

Quia

Quia ad hæc omnia facilè poſſunt referri. D. ſſ. Coraſ. p. 1. de jur. art. c. 24 & 26.

27. An ſub primo reliqua contineantur? Neg.

Quia teſtimonium inter patrem & filium prohibetur ſaltem ex primo. l. 6. de teſtib. l. 11. C. eod. Diſſ. Donell. 1. comm. 1.

28. An verò tertium contineat duo priora? Neg.

Per l. bona fides. Depoſiti, ubi quidem prædo lædi videtur; ſed tamen ex ſua ratione domino potius res reſtituitur: cum tamen aliàs prædoni quoque competat actio commodati. l. 15. D. commodati: l. ita vulneratus. circa finem. D. ad l. Aquil. Diſſ. Hotom hic.

Ad § ult.

29. An jus publicum collectum ſit ex jure nat. gentium & civili? Affirm.

I. Quia ex naturali ratione ſcimus, Deum colendum, Magiſtratui parendum. l. 2. De juſt. & jure. II. Quia violatur jus gent. violatione induciarum Liv. lib. 40. & violatione legatorum l. ult. de legat. III. quia jus feciale, augurale, Senatorium, &c. ſunt juris publici.

IV. Quia ſobolis procreatio eſt juris naturalis pr. Inſt. de I. N. G. & Civ. at juris publici l. 1 ſolut. matrim. V. quia maris & fœminæ conjunctio juris naturalis eſt, d. pr. Inſt. de I. N. G. & Civ. & publici. Horat.

—*fuit*

—*fuit hæc ſapientia quondam*
Publica privatis ſecernere! ſacra profanis: Concubitu prohibere vago dare jura maritis. Plin. 8. epiſt. Cujac. in l. 1. de pactis. Hotom. hic. Agric. 2. de Invent. c. 5. Gœd. ad l. 6. n. 11. de V. S. Diſſ. Cujac. hic. & in l. 1. De Iuſt & Jure. VVeſ. Borch. hic. Alciat 1. parerg. 3. Loriott. in tr. de jure & ejus ſpeciebus. ax. 26.

Ad pr. tit. 2.

30. Num jus cadat in bruta? Neg.

I. Quia inter feras æquitas nulla. II. quia brutis non eſt ratio, ſed impetus. Sen. 2 de ira, c. 16. III. *quia in bruta non cadit injuria l 1. §. 3. D. ſi quadr. paup. fec. dic.* IIII. *Quoniã inter bruta non eſt communio. Hotom. hic. Donell. 1. com. 6. Bronch. cent. 1 aſſ. 1. Coraſ. in l. 1. §. 1. De juſt. & jure. Diſſ. Coraſ. 1. de juris arte c. 3. Bud. & Cuja. ad l. 1. D h. t. Loriott. de jure. ax. 30. Vide Heig. hic. n. 4. & ſeqq.*

31. Num matrimonium ſit civile nomen? Affirm.

Quia dicitur quam nos, *&c. VVeſ. hic. Diſſ. Cujac. hic. & ad tit. 9. infr.*

32. An jure civ. prohibitum ſit inceſtuoſis alimenta ſubminiſtrare? Neg.

Quia jus civile neq; diſpoſuit illud, neq; diſponere potuit, l. jura ſanguinis. De R. I. l. 5. §. 1. De agnoſc. lib. l. uni. §. taceat. C. de rei uxor. act. c. cum haberet. extr. de eo qui dux. in matri. Diſſ. Dd. cõmuniter. Vide Garz. de ult. fin. juris n. 10. & ſeqq.

Covar.

Covarr. de ſponſal p.2.c.8 §.6. vide Donell. 13. com 19. Paleot. d ſpur. c.46. Anton. Cordubens. in l. ſi quis à liberis. De lib. agnoſc. Vide Forſterum lib.6. de ſucceſſ. 50.

Ad §.2. verſ jus autem gent.

33. Num Juſgent. primævum aliud ſit, aliud ſecundarium? Affirm.

I. Quia exempla in l.2.3. & in l.5.6. D. h. t. eam ſuadent. II. Quia cauſſa hujus juris duplex eſt, utilitas nim. & neceſſitas. Pinell. ad l.2. p.1. n.11. C. de reſcind. vend. Donell. 1. com. 7. eleganter VVeſenb. in § jus autem gentium. 4. Inſtit. de I. N. G. & Civ. Duaren. ad h. t. c.5. Albert. Bologn. de leg. & æq. cap. 23. & 25. Heig. hic. n.3. & ſeqq. Connan. 1. comm. 5. Diſſ. Coraſ 6. Miſc. ult. & ad l. frater. De condict. indeb. in prælud. n.28. Branch. cent. 1. aſſ. 1. Garſ. in tr. de expenſis c.3. n.18.

Ad §. conſtat. 3.

34. An ſcriptura ſit de forma legis? Reſpond. Non eſt quidem de forma eſſentiæ, (a) eſt tamen de forma exiſtentiæ. (b)

(a) *Imp. enim dicendo legem condit. l 6. C. Qui bon. ced Connan. 1. com. 7. num. 5. & c. 9. & c. 10. n.4. Raven. in l.1. C. quæ ſit long. conſuetudo. Donell. 1. comm. 13. Vult. 1. de feud. 1. quamvis & aliam interpretationem hoc recipere poſſit ex l. inter claras. C. de ſum. trin. ubi ſcripturæ loquuntur.*

(b) *per h. §. & §. 10. inf. h. t. ubi antitheſis Lacedæmoniorum & Athenienſium ad h. §. collata ſatis id evincit. Sed & notatio legis à legendo.*

gendo, ſatis illud arguit Duar. c. 1. de feud. Niell. diſp. 1. feud. theſ. 2. Petr. Andr. Gammar. de verit. ſcient. leg. p. 242. Alciat. lib. 5. parad. 16. De diſtinctione verò formæ in eſſentialem & exiſtentialem vide Zab. lib. 1. de conſt. indiv. c. 5. & in lib. de mentebum. c. 2. &c.

Ad §. ſine ſcripto 10.

35. Quot anni requirantur ad conſuetudinem introducendam? Arbitrio judicis committimus.

Per l. 32. De uſur. l. 1. in fine. de jure delib. l. 1. in fine de effractorib. 2. quoniam diuturnum tempus interdum accipitur pro biennio l. 56. Locati; nonnunquam pro decennio t. t. C. de præſcript. long. temp. interdum 30. vel 40. annis. l. 2. C. de præſcri. 30 an. l. 57. De ritu nupt. Coraſ. in l. 32. de legib. & p. 2. c. 19. Brench. cent. 1. aſſ. 2. Heig. hic. n. 9. Menoch. lib. 2. de arb. qq. 83. Duaren. de legib. c. 11. Diſſ. Hotom. hic. Connan. 1. com. 10. Diſſ. aliter Cujac. in parat. C. Quæ ſit longa conſuet. Diſſ. aliter Donell. 1. comm. 10. cum communi. Diſſ. aliter VVeſ. de ll. n. 9. Diſſent. Montan. hic.

36. Quot actus ſufficiant? judici relinquimus judicandum.

Per d. fundamenta cum Connan. 1. comm. 10. Menoch. de arbitr. judic. qu. lib. 2. cent. 1. caſu 8. Diſſ. Mynſ. dec. 5. reſp. 43. & cent. 6. obſerv. 41. Gail. 2. obſerv. 31.

37. An actus debeant eſſe judiciales? Neg.

Quid

1. Quia conſuetudo ſeparatur à rebus judicatis l. 38. de ll. 2. quia in iis, quæ ſolo conſenſu inducuntur, judicu præſentia vel autoritas non eſt neceſſaria l ſive apud C. de tranſact. Gail d. obſ. 31. n. 8. Connan. lib. 1. cap. 10. Cujac. 20. obſ. 1. Donell. 1, comm. 10. Coraſ ad l. 34. de ll. Heig. n. 11. & ſeqq. D. ſſ. *gl. ibid. & alii*

38. An per aſſertionem Doctoris excellentis conſuetudo probetur? Neg.

Per l. 9 §. 1. C. de teſtib l. 20. de quæſt. arg. l 79. §. 1. de judic. Coraſ p. 2. de iuris ar. cap. fin. Diſſ. *Dd. communiter. Mynſ. 5. obſ. 69. VVeſ. de feud. in proœm pag. 10.*

Ad §. fin.

39. An hic §. debeat in tit. ſeq. rejici? Negam.

1. Quoniam id eſſet contra fidem exemplarium. 2. Quoniam exempla huius rei habemus alia. §. ult. Inſtit. Per quas perſon. §. ult. Inſt. de Oblig. & c. VVeſ. hic. Diſſ. *Hotom. ibid.*

DISPUTATIO SECUNDA.

Ad tit. 3. 4. 5. 6. 7. lib. I. Inſtitut.

Reſpondente

PHILIPPO VOGELIO, Winshem. Fr.

THESIS I.

Ad rubr. tit. 3.

AN obligatio ſit Jus perſonarum? Negam.

1. *Quoniam aliud eſt jus perſonarum, aliud jus perſonale. Nam jus Perſonarum, eſt ſtatus hominum ſeu conditio l. 2. 3. 4. 5. & t. t. De ſtatu hō. Donell. 2. cō. 9. Mercer. lib. 1. opin. c. 11. Ideoq; qualitas eſt perſonæ, quæ ipſā, eiusq; ſtatū, afficit, alterat, mutat. Status autē quoad jus privatū in capite cōſideratur. Nā ſtatus mutatio ſumitur pro capitis demunitione. l. 2. De in integr. reſt. junct. l. 1. De cap. min. l. 3. De Inter. & releg. Status verò cōſideratur in libertate, civitate, & familia. t. t. Inſt. de cap. min. & Hotom. ad pr. ibid. Forner. ad l. 103. De V. S.*

2. *Quia jus libertatis obligatione non minuitur.*

*tur.l.2.§.5.Quar rer.act.nō detur.Olim quidem ex l.12.Tab.obærati,qui ſolvendo non eſſent,in tēporariam ſervitutem creditoribus addicebantur. Cic pro.Roſc.Comœdo.Plaut.in Pænulo.Gell. 20. noct.Attic.1.Valla.5.eleg.28. Quod jus apud Hebræos quoq; fuiſſe videtur.4.Reg.4. Cæterùm primum more publico,deinde lege Pætilia,tandē Diocletiani conſtitutione fuit ſublatum l.12.C.de O.& A.l.Nam & Servius.De negoc.geſt.l.pater.De captiv.Quintil.lib.3 c.7.Coraſ in l.3.De ſtatu hom. Forſter.1.Hiſtor.Rō.26.Hot.illuſtr.q.26. Covarr. 2.reſol.1.Sic & Saxonici juris cōſtitutio l.3.*Landr. *artic.39. &* Weichbild. *artic.27.ſatis inhumana cenſetur.Coler.de proceſſib.executiv p.1.c.3 n.148. Weſ in parat.ad tit.De hered.petit.in fin.Zanger. de Except.p.2 c.21.n.60 & Electorali cōſtitutione in carceris pœnā eſt mutata.p.2.conſt.22.Zanger. d.l.Beuſt.in l.admonēdi.n 1083.De jureju.Treutl. vol.1.diſp.13.Th fin. Secundum quam Conſtit.in Collegio noſtro pronunciatū eſſe memini. III. Ratio per t.t.Inſt.de reb.corp.& incorp.ubi obligationes referuntur inter res incorporales,quæ in jure conſiſtunt. IV. Per §.10.Inſt.de Inutilib.ſtip. ubi ſunt obligationes ad hoc inventæ,ut quisq; acquirat quod ſua intereſt. V. Quoniam obligatio bona creditoris auget,debitoris minuit.l.10.& ſeqq. l.49.& ibi Gœd.de V S.Idem Dn.Gœd. in Prolegomen.Inſt.præmiſſis.Ero.Wolſii.Diſſ.Vult.1 diſcept.4.& 16.& ad pr.Inſt.de Oblig.Toriot. in tr. de pactis 17.ax.2.Anton.Matth.ad pr.Inſt. de Rer.div.& alij.* *Ad princ.*

2. Statuliberi num ſint ſervi? Affirm.

Per l.1 9.16.29. De ſtatu lib. l.81.§.9. de legat. 1.gl in l.3.de ſtatu hom. Conditio namq; totum ſuſpendit l.un § 7.C.de caduc.tollend. l.37. De reb.cred. Coraſ.*in l.3. De ſtatu hom.n.7.* Robert. 1.*anim.6.* Diſſen.*Cujac,1.obſerv.37.& 1.not.c.6. & in tr.ad Afric.7.p.392.& ad Rubr.C.de agric. & cenſit.*

3. Num aſcriptitii ſint ſervi? Affirm.

Per l.21.in fin.l.ult C.de Agric.& cenſit. Nov. 123.c.4.ibi, ſervili & adſcriptitia forma, & ibi liberos eſſe. Nominantur quidem in legib. Alemanorum t.9. Coloni Eccleſiæ,*liberi. Sed hoc ut & alia plura non abſurdè fortaßis interpretationem recipere poßit ex l.18.C.de agric.& cenſit.l.un.C. de Senatus* C.Claudian.*Donell.2.comm.9.*Diſſ.*Dd.comm.& Connan.3.comm.10.*

Ad §.2.

4. Num ſervitus ex juris neceſsitate ſit comparata? Affirm.

*Per § 3.Inſt.de J.N.G. & Civ. Duar.de condict.indeb.c.6.*Diſſ. *Balduin.in d.§.3.*

Ad §.3.

5. Unde ſervi dicantur? Reſp. à ſervando, non à ſerviendo.

Per h.§ l.4.§.1.de ſtatu hom.l 230 §.1.de V. S. II. Quoniam ἐρύω *ſecundum Euſtath. eſt* τὸ φυλάττω *& cum ſibilo fit ex eruo ſervo, ut ero ſero,* εἰρμός *ſermo, &c. Bodin.1.de Rep.5.n.34. Coraſ.*

in l:

in l. 4 §. ſervi, de ſtatu hom. Diſſent. *Bonacoſſ. de ſervis. q. 1. pag. 10.*

Ad §. 4.

6. Utrum libertus revocetur in ſervitutem propter ingratitudinem? Affirm.

Per Novell. 78. c. 1. per l. 6. de reſtit. in integr. l. ingratus. de iure patronat l. 30 § pen. D. qui & à quibus manumiſſi l. manumiſſus l. liberti. l. libertinæ. C de libert & eorum lib. c. liberti. c. 12. q. 2. II. Ratio. quoniam & donationes, quæ minus habent ponderis, propter ingratitudinem revocantur. l. ult. C. de donat. III. Quoniam vix eſt gravius crimen ingratitudine. Unde & Ariſtoteles gratiarum templum in urbe media putavit extruendum eſſe. Coraſ. in l. frater. De cond. indeb. Don. ll. 2. comm. 24. IV. Per §. 1. infr. Quibus mod. tut. fin juxta lectionem Hotomanni, VVeſenbecij, Vulteij, Hergij & alior. Diſſ. *Cujac. 10. obſerv. 33. & 21. obſ. 6.*

Ad pr. t. 4.

7. Uter ex duobus filiis, quorum alter ante regnum à patre quæſitum natus eſt, alter pòſt: in ſucceſſione ſit præferendus? Reſp. primò natus, etiam ante regnum adeptum.

I. Quia fecit eum natura priorem. II. per l. 5. de Sen. l. ſi ſenator. 11. C. de dignitat. l. neq; l. pen. l. ult. C. de decur. l. 2 §. 1. D de Decurionibus. N. 89. l. 50. de bon. libert. l. 7. D. ſi tab. teſtam. Forſter. 4. de ſucceſſ. 24. Hotom. quæſt. ill. 2. Covarruv. lib.

 2. reſo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

2.reſolut.c.8 n.5 Tyraquell.de jure primogen. q. 31 n.27.Bodin.lib.6.de Repub.c.5.Heigius de legitima ſucceſſ.c.5.nu 71.Videatur omninò Alb.in addit.ad Bartol.in l.filium.lit. B. De his qui ſui vel alieni Juris ſunt. Diſſent. *Cremenſ ſing.50. Schenckbaro ad c.1.de feud.March. Niell. diſput. ult.tb.2.tit.2. Cujac.ad l.36.C.de decur.*

8. Utrum pro his verbis, *quoniam* vulgò conceptus eſt, ſit legendum, *qui* vulgo? Negamus.

Quia illis verbis affertur ratio, cur pater dicatur incertus Criſp hic Diſſ. *Hotoman hic.*

Ad § 2.tit.5.

9. An apud legatum proconſulis manumitti poſſit? Nos expreſſam antinomiam hic agnoſcimus, & inter diſcutiendum, quid haberi poſſit, videbimus.

Eſt illa contrarietas inter l.2.§.1 de offic. proconſul.& l.17.de manumiſſ.vind. Noviores plerique diſtinguunt, an proconſ. provinciam ingreſſus fuerit, an non, ejusque diſtinctionis fundamentum ponunt in l.4.§.fin.de officio.proconſul.Donell.17.comm.18.pag.30.Robert.1.animadv. 21.Hotoman.ill.quaſtio.34.& 2 amic.reſp.1.& 3. obſer.4. Pac.1. ἐναντιοφ.46. *At non animadverterunt, quod lex loquatur de contentioſa juriſdictione: cùm ut voluntariam habeat proconſul, ſufficiat, ſi fuerit urbem egreſſus, l. 2.D. eod. tit. Manumittere verò voluntariæ juriſdictionis eſt:*

eſt. Alij putant in l.2. De offic.proconſ. proponi regulam de quavis manumiſſione. in l. 17. De manum. exceptionem quoad ſpeciem manumiſſionis, quæ fiebat per vindictam. Sed non eſt ipſis ſpecialitatis ratio. Et ſola quidem manumiſſio per vindictam fiebat coram magiſtratu. Vide Donell.2 com.15. Quid ergo? Cujacii correctio non placet.1.obſ.1.& 15.obſ.19. Quid igitur? Juvate, juvate qui dicitis antinomiam in jure non eſſe. Juvabitis, ſi docebitis, legatum proconſulis continuò voluntariam jurisdictionem habere, ſimul atque proconſul egreſſus urbem fuerit: aut ſi diſtinctionem admiſeritis, utrum legato mandata ſit à proconſule jurisdictio, num non ſit. arg. l.cum prætor.§.1.De judic.juncta l. legatus.De offic.proconſ.

At pr. t.6.

10. Quando lex Ælia ſentia lata ſit? Reſp. temporibus Auguſti S. Ælio Caio & C. Sentio Saturnino Coſſ. Anno 755.

Forſter.2.de ſucceſſ.c.18.num 2. Diſſ. *alii, qui putant, ante Auguſti tempora id factum.* Diſſ. *aliter Prat. qui numerat annum 756.*

11. An ultima hujus §. verba ſint intelligenda de procuratore ad litem, an ad negotia? Reſp. De procuratore ad litem.

I. Quoniam aliàs hæc juſta cauſſa manumiſſionis non foret, cum & ſervus & impubes negotia procurare poſſit. l.7.§.ult.de Inſtitor. act.

II. *Quoniam procuratoris verbum ſimpliciter poſitum, magis intelligitur de procuratore ad litem.* III. *quoniam major 17. annis, poteſt poſtulare. l. 1. §. 3. de poſtulando. multò magis igitur procurare. arg. §. ult. Inſt. de Except. juncta l. 1. §. ſecundo loco. De poſtulando. l illud. 32. in pr. D. ad l. Aquil.* IV. *Per l. exigendi 12 C de procurat. & l. 51. D. eod. Cujac. hic. & 22. obſ. 16. & in tr. de diverſ. præſc. c. 29. Donell. 18. comm. 3. Hotom hic. Pac. cent. 2. quæ 16. Brunchb. 1. aſſ. 35. Erneſt. Cothman. diſp. 13. Coronid. 1. Hedeman. diſp. Pand. 9. theſ. 27.* Diſſent. *Manſ. Schneidw. & Dd. com. hic. Duar. in c. 4. de procur. VVeſenb. in parat. De procur. num. 4. Vant. in tr. de nullit. proceſ. rubr. de nullitate ſententiæ ex inhabilit. man. num. 133.*

12. Unde dicta ſit lex Fuſia Caninia? Reſp. ab autoribus. Publ. Furio Camillo, & C. Caninio Gallo Coſs. An. 752.

Diſſ. *Accurſ. qui putat à cane eam ſic dictam.*

DISPU-

DISPUTATIO TERTIA.

Ad tit. 8. 9. 10. 11. 12. lib. I. Inſtitut.

Reſpondente

ANTONIO ab ANDERTEN, Hannoverano.

THESIS I.

Ad pr. t. 8.

NUm in hoc principio rectè fiat mentio poteſtatis dominicæ? Affirm.

I. Quia eadem habetur in l. 1. D. h. t. II. Quoniam expoſita re, tum reſpectus ejus exponi debet. Groſſæ ad d. l. 1. Diſſ. *Donell. 2. com. 20. Treut. p. 1. diſp. 2. th. 5.*

A §. 2.

2. Imperatores cur dicantur Divi? Reſp. quòd ſunt divini ceu cœleſtes, à Deo nimirum miſſi.

Digitized by Google

Quia id nomen eſt adjectivum. Perot. in Cornucop. Coraſ. in l. 2. §. deinde Cornelius n. 16. de O. I. Pratei. in lexic. Diſſ. *aliqui, qui divos dictos volunt quaſi Deos: adducti proculdubio à Feſto, qui ſcribit, dium Heroem dici cui genus ſit ab Jove ſummo. Et ab illo* dius *promanaſſe putant vocabulum Divus, interjecto altero u; Quo facere quoque videtur illud Horatii: divusne loquatur an heros. Quanquam alii legant Davusne loquatur an heres. Davus ſc. ſervus, heres, herilis filius.*

3. Ælius Martian. qui hic refertur, an ſit JCtus noſter? Neg.

Quia Lampridius hunc inter Alexandri Severi conſiliarios numerat: cùm inter Alexandrum & Antoninũ Pium anni ſint interjecti 62. Coraſ. in l. 2. D. h. t. Alii tamen putant Ælium Martianum Alexandri tempora non attigiſſe, nec fidem dant hac in re Lampridio. Vide Georg. Eberlin. De or. jur. cap. 49. nu. 7.

Ad pr. t. 9.

4. Num partus undecimo menſe natus, ſit perfectus & legitimus? Neg.

I. Per l. 3. §. 11. De ſuis & legit. hæred. Novell. 39. c. 2. Paul. 4. ſent. 9. l. Gallus. in pr. de lib. & poſthum.

II. Quoniam hic non natura intuenda, ſed noſtra inſcientia aſpici debet. l. 28. §. fin. De judic.

III. Quoniam Ulpian. ejus rei non fecit mentionem,

Digitized by Google

tionem, non ignarus diſputationis Gellianæ: cum ultra centum annos poſt Gellium vixerit. Vixit enim Gellius ſub Hadriano ann. 119. ut conſtat ex lib. 20 noct. Attic. 1. Eberlin. De Or. jur. c. 14. n. 25. At Ulpianus vixit ſub Alexandro circiter annum 224.

IV. Quoniam Hippocrates eodem libro quo citatur ab Ulpiano (nim. in quo de ſeptimeſtri tractavit, non in libro de pueri natura, ſicut alii volunt vid. Horat. Augen. lib. 20. de part. hom. 25.) tanquam legitimum admittit undecimeſtrem partum. Quod Ulpianum non facilè latere potuit: ſed tamen recipere noluit, ne mulieres nimis licentioſas faceret. Diſſent. *Eberhard. in loc. à Natura num. 3. Coraſ. in l. ſeptimo menſe. De ſtatu hom. & in d. l. Gallus. Mynſ. cent. 6. obſer. 40. Hotom. 9 obſ. 9. Cujac. in d. loc. Pauli. & alii, qui inter menſem inchoatum & perfectum, & aliter diſtinguunt. Adde Gell. lib. 3. noct. 16. Pontan. in ſent. 51. Ptolomei. Vide omninò Heig. in inſtit. pag. 273. num. 39. ubi dicit, quod praxi ſervetur, natum circa principium menſis undecimi, pro legitimo habendum. Beuſt. in tr. de matrim. c. 2. quæſt. 36. Videatur ad hanc & ſeqq. quæſtiones Angel. Mattheac. lib. 3. de legat. c. 17. Menoch. lib. 2. de arbitrar. qq. & 89.*

6. An

6. An octimeſtris partus haberi debeat pro legitimo? Affirm?

I. Quoniam inter ſeptimum & nonum menſem hic ineſt. l. 7. De ſtatu hom. II. Quoniam eo menſe vitalem eſſe partum, exemplis probatur. Varro 14. rer. divin. Plin 7. c. 5. Gothofr ad Nov. 39. c. 2. Beuſt in tr matr. q. 36. Diſſ. *DD. com. & Cujac. d. loc.* atque ita pro partu, quinto die poſt ſeptimum menſem edito, quod legitimus eſſet, pronunciatum in Collegio noſtro fuit. *Vide Dan. Moller. lib. 3. ſemeſtr. cap. 28.*

7. Cur partus ſeptimeſtris ſit perfectus? Reſp. Id tribuendum eſt occultæ rationi, & virtuti ſeptenarii numeri.

Paul. d. l. 4. ſent. 9. & ibi. Cujac. Gothfr. ad d. l. 3. §. 11. de ſuis. Cenſorin de natali die. Ambr. epiſt. 39. ad Horontianum, adde in diſcurſum. Bodin. 4. de Rep. c. 2. Gell. 3. noct. attic. 10. Diſſ. *Pontan. d. ſent. 51. Ptol. Schonerus lib. 1. d. judiciis qui cauſſam ad Planetas & aſtra referunt.* Diſſ. *etiam Horat. Augen. lib. 2 de partu hom. c. 9. Cujus rationes tam ſunt urgentes, ut ferè diſſentire me vel ipſum compellant. 1. Quoniam ad numerum refertur, quo ad aliquampiam naturam, ut ad propriam cauſſam, pertinet; deinde quod hoc modo ſeptimeſtres praſtantiores & frequentiores futuri ſint novimeſtribus, & decimeſtribus. De numero ſeptenario multa tractat eleganter Anton. Maria Corat. de comm. opin. lib. 1 tit. 3. n. 20.*

Videatur

Videatur etiam Joan. Pic. Mirand. in apolog. p. 174. tom. 1. Andr. Knich *de Saxon. non provocandi jure. pag. 64. n. 307. & ſeqq.*

Ad §. 1. tit 9.

8. An nuptiæ ſint ſocietas? Affirm.

I. Per l 1. De act. rer. amot. l 1. De ritu nupt. L. 4. C. *de crim. expil. heredit. II. Quoniam invicem obligantur ſibi ad communicationem corporum & rerum. l. 1. 22.* D. *ſolut. matrim. & mulier ſequi tenetur virum proficiſcentem, etiam vagabundum Gail. 2 de pac publ. 10. nu. 18. Ayrer. in proceſſ c. 9. obſer. 5. n 6 & ſeqq. Menoch. de arbitr. Jud. quæſt. caſ. 469. & poteſt adigi mulier ad exhibendam marito reverentiam; non quidem verberibus; ſed denegatione neceſſariorum. Donell. 2. comm. 20. & 13. comm. 15. & 18.* Diſſ. *Giphan. qui contractum eſſe negat. § 21. Althuſ. 1. J. R. 28. Gœdd. ad l. 295. § 1. n. 1. De V. S. Et alii Dd. tom.*

9. Num polygamia ſit in Rep. Chriſtianâ permittenda? Neg.

I. Quia ſacratiſſimis Impp. diſplicuit. l. 2. C. de inceſt. nupt. § affinitatis. Inſtitut. de nupt.

II. Quoniam à JurisConſultis fuit infamia notata. l. 1. De his qui not. infam. l. eum qui duas. C. ad l. Jul. de adult. l 2. C. de inceſt. nupt.

III. Quia conſtitutione Carolina capitali ſupplicio coercetur 𝔓. 𝔖. 𝔇. *art. 121.*

IV. Propter dictum: Erunt duo in carnem unam. Gen. 2. v. 24. & ibidem adhærebit uxori

ſuæ,

ſuæ, *non uxoribus ſuis. c. gaudemus. ext. de divort. cap. nuptiæ. cauſſ. 32. q. 5.*

V. Quoniam Chriſtus habet unam tantùm Eccleſiam. 1. Pet. 2. & 5. Hebr. 5. 7. 9.

VI. Quoniam amicitia ſumma ſaltem eſt inter duos.

VII. Quoniam vix unus vir pluribus ſatisfaciet, quin mirè corpus exhauriatur.

IIX. Quoniam nulla tranquillitas eſt in polygamia.

IX. Quoniam ipſi Labani diſplicuit. Gen. 31.

X. Quoniam conjux in poteſtate ſuum corpus non habet. 1. Cor. 7. At invito domino non poteſt aliena res donari.

XI. Per loc. Malach. 2.

XII. Quoniam Deus creavit unum maſculum & unam fœminam. Matth. 19. verſ. 4. & ſeqq.

XIII. Quoniam in arcam Noæ ſunt aſſumtæ bina beſtiæ. Geneſ. 7. Kling. *de cauſſ. matr. verſ. quintum impedimentum. Donell. 13. comm. 18. & 19. Cujac. Nov. 18. Borch. in tr. de gradib. c. Quid ſit matr. pag. 26. & ſeqq. Beza in tr. de polyg. & præ aliis eleganter Gothofred. in l. 7. C. de Judæis.* Diſſent. *Ochynus hæreticus, cuius argumenta Beza refutavit. In Perſiâ ſanè plures uxores & concubinas habere licuit. Barnab. Briſſon. de regn. Perſic. pag. (mihi) 229.*

10. Num concubinatus de jure civ. Juſtinianeo ſit ſublatus? Negam.

Per l. un. C. de concubin. & tot. tit. D. eod.

Novell.

Novell.12.18.47.& 117.c.2. Forſter. 6. de ſucceſſ. 3. Gœd. ad d.l.144.num.9 de V.S. Kling. *in tr.de Nupt. in V. conjunctio legitima.* Diſſent. *DD. comm. & Alexand.lib.4.conſ.59. num. 3. Duarenus cap 5. ad conſuet. feud. Gentil. lib. 1. de nupt.*

11. Num de jure Canonico? Negam.

Per c. is qui non habet cum ſeq. 34. diſt. Forſter. d. loc. Diſſent, *poſt alios Gœd. d.l. 144. num. 9. &* 10. K*ling. in d. verb. conjunctio legitima.*

12. Utrum matrimonium diſſolvi poſſit ob veneficium, vel alia crimina, præter adulterium? Affirm.

I. Per l. conſenſu 8. *§. 2. de repud. Novell. 22. c. 15. §. 1.*

II. Per. c. 8. qui filij ſint leg c. 9. de Teſtib.

III. Matth. 5. & 19. ubi agitur de illo qui uxorē dimittit dato libello repudii. At muliere adulterium committente, non dabatur repudii libellus.

IV. Quoniam vocabulum πορνείας *non tantùm adulterium ſignificat. ſed aliud etiam quodcunque grave maleficium, ut annotavimus lib. 1. obſ. 18. in fin.*

V. Quoniam propter deſertionem dirimi poteſt matrimonium. 1. Corinth. 7. Sed & alia poteſt incidere cauſa, propter quā divortiū rectè ſuſcipiatur. Hun. in c. 2 Matth. p. 5. pag. (mihi) 103. & ſeq. ubi reſpondet ad particulam. Niſi. *Weſ. in parat. de divort.*

divort. & repud. Connan. 5. comm. 12. Borcb. in tr. de gradib pag. 129. & ſeq. Thoming. in enchirid. Th. cl. 4. c. 9. Heig hic. n. 28. & ſeq. Diſſen. *Beza. in tr. de divort. pag. 91. Treutler. p. 2. diſput. 6. theſ. 8. lit. C. Alberic. Genti. lib. 6. de nupt. cap. 20. Conſultat. Saxon. p. 1. lib. 2 q. 1 pag. 13.*

Ad 2. §.

13. Utrum patria poteſtas ſit Juriſg.? Affirm.

Quia naturalis ratio apud omnes gentes jubet liberos parentibus parere l. 2 De juſt. & jure. Coraſ. ad l 3. de his qui ſui. Diſſ. *quodammodo Hotom. Cujac. in notis hic. Aſcan. Clementin. in tr. de pat. pot. cap. 3. Vide omninò eleganter hæc tractantem Alberic. Gentil lib. 4. de nupt. cap. 1. & 2.*

Ad § fin.

14. An mater etiam propter neceſſitudinem liberos diſtrahere poſſit? Affirm.

I. *Per l. 2. C. de patrib qui fil. diſtrax. juncta. l 1 d. V. S. & ibid. Gœd n. 35. & ſeqq Nec eſt in d. l. 2 cauſa deciſionis, patria poteſtas, ſed magis paupertas; ut alibi diſputavimus.*

II. *Quia alimenta parentibus debentur ex caritate ſanguinis. l. 5. § 1. De agnoſc lib. l. un. § 5. C. de rei uxor act. l. 15 in pr. De inoffic. teſtam. l. fin. § 5. C. d. bon quæ liber. Vide Coraſ. lib. 2. de jur. art. 23. & in l frater à fratre. n. 10.*

III. *Quoniam in procreatione liberorum mater graviori fungitur officio, quam pater. c. fin. ext.*

Digitized by Google

fin:ext de converſat:infidel.Corn.Ben:ncaſ.in tr. de paupertate.q.8 ſpec.5 nu.17 Diſſ. *Schneidvv. ad §.2.h.t.n 29.Coraſ.in l.qui liberos.n.8. De ritu nupt.& alij plures*

Ad pr.t.10.

15. An matrimonium inter fidelem & infidelem contractum debeat diſſolvi? Neg.

I. *Per text.1.Cor.7.v.10.11.12.Concil.Trident. ſeſſ.pen.*

II. *Quia mater Timothei Græco, & mater Auguſtini Ethnico cohabitavit.Gothofr.ad l.6.C. de Judæ.Melanth.in exam.in q. An liceat Chriſtiano.VVeſenb.in parat.de ritu nupt.in fine.* Diſſent. *Canoniſtæ.Vide Danæum adverſus Bellarminum in li.de Baptiſ.pag.329.*

16. Quid ſi ſuperſtitio infidelis ſit ſeparabilis, an tum in totum debet fieri ſeparatio? Neg.

Per c.2.6.7.ex.de divort.VVeſ.d.loc. Diſſ. *Balduinus hic.*

17. Cur citiùs pubeſcant fœminæ quàm maſculi? Reſp. quia ſunt debiliores,& frigidiores,ac humidiores.

I. *Quoniam exilia poma celeriùs matureſcunt,robuſta ſeriùs.Macrob.7.Saturn.7. Coraſ. in arreſt.Tholoſſ.annotat.1. in fine*

II. *Quia humida & laxa celeriùs creſcunt. Citiùs enim creſcunt ſalices,quàm quercus. Theoph.1.de cauſſ plantar.Plutarch.in problem. Guibert.*

C

bert. Coſtan.in tr.de matrim. tit. de his qui nupt.contrah.poſſ.num.24.& ſeq.& num.46.& ſeq.Heig hic num.10.ubi plures allegat. Diſſent. *gl.hic.& aliter alii apud Borch.p.91.& ſeq.* Diſſent.*ex parte*, *Scalig.exerc.131.c.4.& alber.Gentil.5.de nupt.c.2.circa fin.*

18. Utrum conſenſus parentum de jure civili ſit neceſſarius in matrimonio liberorum? Affirm.

I. Per h.pr.l.2.l.35.De ritu nupt.l.12.l.20.C.de nupt.l.ult.C.de repud.

II. Quia patri aliàs invito ſuus heres agnaſceretur.§.& tam fil. infir.d. adopt. Hotom. DD. hic Diſſent.*Guibert.Coſtan. 1. qu.jur. civ. 12. Videatur omninò Moller. lib.1.ſemeſtr.c.47.*

19. Num etiam de jure naturali? Affirm.

Per h.princ.& ibi DD.Eurip.in Androm. Eruditè Gothofr in l 25 De ritu nupt. Diſſent. *Cont.1.ſubſec.lect.4.*

20. An de jure quoque Canonico? Affirm.

*Per c.aliter 30.q.5.c.honorantur.32.quæſt.2.c. ſufficiat.2 .q.2.Donell.13.com.20.Coraſ.1. Miſc. 17.& ad l.11 De ſtatu hom.Bronch.cent.2.aſſ.15. Borch.in tr.de gradibus pag.40. Vide omninò elegantiſſimè hæc tractantem Dn. Heig. hic. num. 17.& ſeqq.*Diſſent.*DD.communiter. Vide Alex. Carrer.lib.4.de Sponſal.c.10. Videatur Duaren.*

ren. ad tit. ſolut. matrim. cap. 2. quæſt. 2. Weſenbec. in parat. De ritu nupt. num. 3.

21. Num ratihabitio locum habeat in nuptiis? Neg.

Nam ratihabitio retrò trahitur, ut poſterior actus firmus anteriorem infirmum ſtabilitate ſuâ confirmet. c. 10. de R. J. in 6. l. fin. C. ad Macedon. l. donationes quas. C. de donat. inter virum. Hotom. 7. obſerv. 2. Atqui conſenſus inſequens patris non retrotrahitur. l. 13. §. ſi quis ad l. Jul. de adult. ubi negatur is qui filiamfam. ſine patris conſenſu duxit, ſi ea fortè adulterium commiſit, eam jure mariti accuſare l. 68. De jure dot. l. 6. C. de Nupt. l. 11. De ſtatu hom. pr. Inſtit. de Nupt. ibi in tantùm, ut juſſus parentis præcedere debeat.

II. Quoniam in aliis etiam, in quibus ad integrandam tertii contrahentis perſonam, conſenſus pro formâ juris requiritur, non ſufficit ratihabitio. l. 25. §. 4. De acquir. hered. Mozz. de contract. c. de ſtipulat. tit. de conſenſ. n. 16. & ſeq. Heig. hic n. 25. Hotoman. hic & ill. quæſt. 9 Cont. 1. diſp. 7. Cujac. 3. obſ. 5. Diſſ. WVeſ. hic. Marc. Lyclam. lib. 7. membr. eclog. 18.

22. An nuptiæ citra parentum conſenſum initæ, ſi copula carnalis fuerit inſecuta, debeant reſcindi? Neg.

I. Per l. 1. in fine de lib. exhibend. Paul. 2. ſent. 19. c. cum cauſa 6. ext. de raptoribus.

II. *Ne vitiatæ perſonæ fiat injuria, ſi pudicitiâ amiſſâ, virum quoque amitteret.*

III. *Quia ſæpè quæ fieri non debent, ſi tamen facta fuerint, non reſcinduntur l.1.§ 5. D. Quando appellandum ſit. l 85. §.1. De R. J. l. patre furioſo. De his qui ſunt ſui vel al. jur. Sic & lex* Cincia *ſupra certum modum donare vetat, donatum non reſcindit :* Dec *l. in ambiguis. §. non eſt novum.* De *R. J. Montan. de tutel. c. 9. n. 39. & ſeq.*

IV. *Quoniam hæc ſeparatio nihil profutura eſt parentibus, utpote quæ ipſis jus ſuum ſemel violatum reſtituere nequeat, & ſcandalum atque occaſionem aliis gravioribus delictis præbere poſſit. Contemplatio verò publicæ utilitatis, privatorum commodis præfertur : ut ait* Paul. *d. loc. ſeu ut* Plin. *Cæcil lib. 7 epiſt. 18. Oportet privatis utilitatibus publicas anteferre. l 51.* D. *Ad l. Aquil. Novell 39. c 9. præſertim cum amoris intuitu multa ſint contra regulas juris recepta. Tyraq. in repet. l. ſi unquam C. de revoc. donat. in præf.* Paul. *Montan. in tr. de tutel. cap. 8. num. 4.*

V. *Quia & injuſtum matrimonium eſt matrimonium l. ſi uxor 13. §. 1. Ad L. Jul. de adult.*

VI. *Quia tale conjugium ratum eſt, etſi non ſit legitimum c. 28 q. 1. c. fin. Cujac. ad l.* 12. *De excuſat. tut. & d. 3. obſ. c. 5 VVeſ. in* Parat. *hic n 8. Alex. Carrer. l. 4. de Sponſalib. c. 130. Ambr. lib. 7. epiſt. ad Syſenium Kling. de cauſ. matrim. in verſ. de conſenſu parentum pag. 79. Gothofred. ad l. 25.* De *ritu nupt. Heigium hic n 78.*

Diſſ.

Diſſ. *Beza de divort. p. 144. & ſeqq. Duaren. ad tit. D. ſoluto matrim. Donell. 13. com. 20. Cothman. conſ. 1. n. 198. & ſeq. Althuſ. 1. J. R. 38. Oldendorp. in cl. 4. act. 26. in defenſ. rei conv. pag. 709. & præſertim A. Gentil. lib. 4. de Nupt. c. 7. & ſeqq.*

23. Si quis vitiatam ab alio duxerit pro virgine, num matrimonium reſcindi debeat? Negam.

I. Ne conjugia diſtrahantur.

II. Per c. 1. & 2. 29. q. 1. & c. quemadmodum. extr. de jurejur.

III. Quia matrimonium non diſſolvitur propter vitia animi. l. pen. circ. fin. C. de rep. c. 2. ex. de divort.

IV. Per l. 13. § fin. D. ad l. Jul. de adult. VVeſenb. in Parat. De ritu nupt. nu. 18. Bronch. cent. 2. aſſ. 17. Kling. in tr. de cauſ. matri. in c. de errore qualitatis. Diſſent. *Beza in d. tr. p. 77. & eò videtur inclinare. Alberic. Gentil. lib. 6. de Nupt. c. 13.*

Ad §. 2. tit. 10.

24. Num frater cum ſorore committat inceſtum? Neg. de inceſtu juris g.

I. Quia primo ſeculo matrimonia contrahebantur inter Adami liberos. VVeſ. hic.

II. Per l. 38. §. 1. Ad L. Jul. de Adult. l. 56. & l. ult. De ritu nupt. l. ult. D. condict. ſine cauſſ. Diſſent. *Vult. 1. J. R. 19. Borch. d. tr. pag. 108. A. Gentil. lib. 1. de condic. pag. 83. Videri quoque poteſt ad h. theſin Muretus lib. 15. Var. lect. c. 5. Cuj. omnino 16. obſ. 37.*

Ad §. duorum 4. tit. 10.

25. An ſit § hic negative legendus? Negam.

I. *Quoniam Gregor. in reſponſ. ad Auguſtinum & Angliæ Epiſcopum ait, Juſtinianum affirmativè ſcripſiſſe. Cont. hic.*

II *Quia dicitur idem in aliis loc. in Inſtit. Ulpian. tit. 5 l. 19. C. de Nupt. l. 3. D. eod. l. 68. §. filiam. D. ad SC. Trebell. arg. l. qui ex fratrib. De condit. Inſtit.*

III. *Quia exempla Biblica non ſunt aliena. Gen. 29. Levit. 17. & ſeq. n. 36. 1. Chron. 24.* Diſſ. *Hotom. hic. Sanè de jure hodierno communiter recepto, prohibitæ ſunt inter conſobrinos nuptiæ; ſi tamen contractæ fuerint, & copula carnalis intervenerit, poteſt Magiſtratus ſuperior diſpenſare. Quo tamen caſu junctis imponi ſolet, ut domicilium mutent & aliorſum abeant, ad ſcandala vitanda. Vide quoque leges Aleman. t. 40. & leges Longob. Lutprandi regis de regno ejus XI. tit. 24. tit. 3. p. 219. Kling. in tr. de cauſ. matrim. in verb. de inceſtu. A Gentil lib. 5. de Nupt. cap. 11. Caſsiodorum lib. 1. Var. & præſertim. Heig. hic. num. 9.*

Ad § fin. tit. 10.

26. Num legitimatio per ſubſequens matrimonium de jure civ. procedat etiam ſine dotalib. inſtrumentis? Affirm.

I. Per l. 4. §. 4. C. de Advoc. div. jud. Novell. 117. c. 3. & ſqq.

II. Quon-

II. Quoniam non dotibus, ſed affectu matrimonia contrahuntur. l. 11. in pr. C. de repud. Forſter. lib. 6. de ſucceſſ. 21 nu 6. & ſeqq. Cujac. 13 obſerv. 4. Diſſ *Borch. in tr. de gradibus. pag. 188. Mantica lib 11. conj 12.*

Ad §. 3. tit. 11.

27. Quarta pars bonorum an ſit omnium bonorum, an verò portionis debitæ? Prius Affirm.

Per l. ult. D ſi quid in fraudem Patroni. l. 8. §. 15. de inoff. teſt. Nam quod ſimpliciter de omnium bonorum quartâ ſcriptum eſt, non ad portionis alicujus quartam reſtringi debet. Goveran. 1. var. 3. Donell. 2. comm. 23. Vaud lib. 1. var. quæſt 29. Diſſent. *Accurſ in l. ſi arrogator. D. h. tit. l. 2. C. eod. & Vult. 1. J. R. 22. & ad pr. h. t. num. 6.*

Ad §. 4. tit. 12.

28. An monachiſmus liberet à patria poteſtate? Affirm.

I. Quoniam monachus acquirit monaſterio, non patri.

II. Quoniam olim flamines, Diales & virgines Veſtæ à parentum poteſtate liberabantur. Ulpian. in fragm. tit. 10. in fin. juncta. Novell. 6. cap. 6. in fine. Tacit lib. 4. Schneidw. & DD. hic.

Diſſent. *Cujac. in parat. de emancip.*

DISPUTATIO QUARTA.

Ad tit. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. lib. 1. Inſtit.

Reſpondente

GEORGIO CHUDENIO, Soltquellenſe.

THESIS I.

Ad §. 1. tit. 13.

NUm in hac definitione pro VIS ſit legendum JUS? Negamus.

I. *Quoniam exemplaria pleraq; legunt* vis.

II. *Quoniam illam lectionem probant Pandectæ Florentini, quorum autoritas eſt maxima. Gœdd ad.rubr.de V.S.nu.26.*

III. *Quoniam in §.1.D h.t.ponitur particula EAM, quæ relativa eſt, & ſe ad id, de quo antea aliquid fuerat dictum, refert; adeoq; ſecundam cognitionem ſignificat.*

IV. Quo-

Digitized by Google

IV. *Quoniam alias ſæpe conjunguntur hæc duo verba: velut in l. ſcire leges. De legib. l. 1. De noxalibus actionibus § ſequens. Inſtit. de Interdict. Quanquam & jus ac poteſtas conjuncta reperiantur. l. fin. C. de patr. poteſt. Cic. in Orat. pro domo. Vide omninò Paul. Montan. de jure tutel. c. 2. num. 7. & ſeqq. ubi lectionem utramque probare videtur. adde Priſc. lib. 12. VVeſ. Pac. Giphan. hic.* Diſſ. *Cont. hic. VVeſ. in Parat. h. tit. n. 3. Treut. p. 2. diſput. 8. theſ. 3.*

2. Utrum verba, IN CAPITE LIBERO, ſint ad tutorem, an ad pupillum referenda? Reſp. quamvis ſalva loquendi ratione, poſſint ad utrumque referri, vero tamen eſt ſimilius, Servium per ea tutorem intellexiſſe.

I. *Quoniam definitioni ſubjicitur.* Tutores autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent, *l. 1. § 1. D. h. t. § . 2 h. tit.*

II. *Quia ſervus non poteſt eſſe tutor. l. 22. de teſtam. tut. l. 7. C. Qui dare tutores.*

III. *Quoniam in pupillo requiritur, non ſaltem ut ſit homo liber, ſed etiam ut ſui juris. l. 6. §. fin. l. 14. D. h. t. Donell. 3. comm. 1. & 2.* Diſſent. *Cujac. 21. obſerv. 23. Borch. VVeſenb. hic. vide omninò ad h. theſ. Paul. Montan. de tutel. cap. 3. per totum.*

Ad § . 2. tit. 13.

3. Tutores unde ſic dicti? Reſp. à tuendo.

Debent enim tueri ac defendere pupillum. h. §. l. 1 §. 1. D. h. t. l. 1. De minorib.

II. Quoniam tutor tum domini loco habetur, cum tutelam adminiſtrat, non cum pupillum ſpoliat. l. 7. §. 3. Pro emtore.

III. Quoniam non exemplis, ſed legibus judicandum eſt l. 12 De off. praeſ. l. 13 C de ſent. & interloc. omn. jud. Et habeat hic illud Demoſthenis locum, οὐχ ὡς γέγονε πολλάκις, ἀλλ' ὡς προσήκει γίγνεσθαι. Anton Piag. de tutel. q. 1. num 3. Paul. Montan. de Tutel. c. 1. num 10 & c. 4. Per tot. Diſſ. *Alberic. de Roſat in lexic. in V. tutores. Fortaſſis per l. in fideicommiſſi. § nonnunquã. De uſur. & quod exempla non pauca ſint pro ipſo, quæ videri poterunt apud Montan. de tutel. c. 4. num. 7. & ſeqq.*

Ad §. 3. tit. 13.

4. An pater exheredato filio poſſit tutorem dare ſine confirmatione judicis? Negamus.

I. Per l. 3. De confirmando tutore. l. 26. in fine cum ſeq. de teſtam. tut.

II. Quoniam exheredatio extinguit jus ſui. l. 1. §. 10. de ſuis & legit. hered. Hotom. 6. obſ. 5. Diſſent. *Treutl. d. diſput. 8. th. 2. Donell. 4. com. 4. Ita defendebamus primùm hanc theſin; Poſtea tamen melius, ut opinamur, edocti ſumus, & in aliam partem ivimus Vide infr. diſput. 13. q. 30.*

Ad §. 4 tit. 13.

5. **Unde dicatur poſthumus? Reſp. quod**

poſt

poſt humatum patrem natus ſit; & iccircò ut cum aſpiratione ſcribatur,eſt melius.

I. Quoniam ita Varroni, Feſto, Iſidoro & aliis pleriſq; Grammaticis placuit.

II. Quoniam etiam JCtis noſtris poſthumi dicuntur duntaxat ij, qui poſt mortem patris naſcuntur. l. 3. § 1. de injuſt. rupt. irrit. teſtamento.

III. Quoniam illa notationes ſunt veriſſima, quæ cum propria ſignificandi vi conſentiunt; pluribus hac de re docuimus ad l. 6. in pr. De inoff. teſt. Vide Gœd ad l. 164. n. 6. de V. S. Robert. 2. Anim. c. 1. & 2 præ aliis Gilken in prælud. ad t. C. de poſthum. ubi plurimis hanc quæſtionem tractat. Diſſ. *Cuj. 3 obſ. 4. & 2. not. 1. & 2. & ad tit. 22. Ulp. & ad l. 3. de injuſt. rupt. irrit. teſtam.*

Ad § fin. tit. 13.

6. An tutor hoc modo confirmatus, teſtamentarius ſit, an dativus? Reſp. propriè neq; teſtamentarius eſt, neq; dativus, magis eſt tamen, ut teſtamentarius cenſeatur.

I. Quoniam ante confirmationem habetur pro teſtamentario, ex voluntate defuncti. l. ſi ut proponis C. de confirm. tut. l. 2. & 3. de confirm. tut. l. 28. § ult. de teſtam. tut.

II. Quoniam huic tutori ſatisdatio remittitur. l. 2. 3. & ult. in fin de confirm. tut. prin. Inſt. de ſatisdat. tut. Sic etiam legatum perdit, ſi ſe excuſat. l. 32. § fin. l. 34. De Excuſat. tut.

III. Quoniam regulariter qui confirmat, non dat l. 6. de jurisd. & ibi Coraſ. n. 3. l. ſi donatæ § fin. de donat. inter virum & uxorem. IV. Quo-

IV. Quoniam non ſecus ac teſtamentarius hic ſe poteſt excuſare. l. 1. C. de confirm. tut. Gœd. ad l. 30. n. 4. de V. S. Donell. 3. comment 5. Mynſ. hic. Diſſent. *Cujac. in Parat. C. de confirm. tut. & 6. obſ. 7 Vult. 1. J. R. 25. Vide ad hanc th. Montan. de tutel. c. 8.*

Ad. §. 1. tit. 14.

7. Servus pro[illegible] ſimpliciter teſtamẽto tutor datus, an conſequatur directam libertatem? Affirm.

I. Per h. text. § 2. Inſt. de ſing. reb. per fideicomm l. 23. de teſtam. tut. l. 5. [illegible] verſ. cum igitur C. de neceſſar. ſerv. heredib. inſtit.

II. Quoniam teſtator voluit mox poſt obitum ſuum filium habere tutorem. Voluit igitur ut ſervus mox haberet libertatem. Donell. 3. com. 4. Faber. 6. conj. 16. adde Montan. de tutel. c. 9. nu. 9. & ſeqq. Diſſ. *Cujac. hic & 8. obſerv. 5. Vult. 1. J. R. 25. Borch. hic qui fideicõmiſſariam competere dicunt.* Diſſent. *aliter Hotom. hic. antinomiam conſtruens.*

Ad § 4. tit. 20.

8. An tutoris datio ſit juriſdictionis, aut imperij? Reſp. neque juriſdictionis, nec imperij.

Variæ ſunt in hac re Doctorum opiniones. Communis opinio quod ſit imperii mixti gl. & Dd. in l. mutu. §. tutoris datio. De tutel. Orian. in l. 1. De offic. ejus. (ut eum Muſcorn. allegat. in tr. de juriſd. num. 167.) putat eſſe juriſdictionis ſimplicis.

plicis. Muſcornius docet, jus dandi tutores nonnunquam imperii, nonnuquam etiam jurisdictionis eſſe, pro ratione diverſorum Magiſtratuum, quibus concedebatur. d. tr. de jurisd. num. 16. Alii tutoris dationem conceſſam, eſſe mixti imperij; non item concedendam, ſeu conſtituendam: alij quartam ſpeciem jurisdictionis commenti ſunt, cujus ſit tutores dare; nim. nominatam. Nos etiamnum ſtatuimus, tutoris dationem, quæ nihil eſt aliud, quam jus ſive poteſtas dandi tutorem, alicui competens, neque jurisdictionis eſſe, nec imperij; neque meri, neque mixti. Cujus igitur, inquies? Reſpondeo, meræ nudæq́ poteſtatis, quæ à lege datur, nec cuiquam aliter competit, quam ei, cui lex permiſit. Paul. Montan. de tut. c. 19. nu. 15 ſeu, ut ait Mynſing. poſt Bellon. 1. ſupput. 2. tutoris datio eſt ſpecialis permiſsionis. Hæc ſententia probatur 1 per apertum textum l. 6. §. 2. De tutel ubi dicitur: Tutoris datio neque imperii eſt, neque jurisdictionis, ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit (lege non de concedenda, ſed de conceſſa poteſtate loquitur) Vel lex, vel SCtum, vel Princeps. Secundo, ſi tutoris datio mixti imperii eſſet, cur nominatim fuit Proconſuli vel præſid. conceſſa. l. 1. 3. 4. 5 De tutoribus & curatoribus datis ab his &c. cum tamen proconſul & præſes majus imperium habeant in provincia omnibus poſt principem. l. 8. De off. Proconſul. l. 4. De offic. Præſid. III. ea quæ ſunt jurisdictionis aut imperij mixti, mandata juriſdictione transeunt.

eunt.l 1. in pr. & fin. De offic. ejus cui mand eſt juriſdictio. At verò nec mandante præſide alius tutorem dare poterit *l. 8. De tutoribus & curatoribus datis ab his.*

IV. Quoniam etiam, privatis, puta parentibus jus dandi tutorem tribuitur. t. t. De teſtam. tut. §. 3 Inſt. de Tutel.

V. Quoniam & decuriones, qui jurisdictionem non habent, tutores dare poſſunt. l. 19. in pr. De tutoribus & curatoribus datis ab his. l. 3. Qui petant tut. Sed & jus dandi tutores datum eſt *Magiſtratibus Municipalibus l. 3. De tutoribus & curatoribus datis ab his l. 2. § ſi mater. in fin. ad SC. Tertul.* at *Magiſtratus Municipales ex quo ſunt imperii, non habent l. 26. Ad Municip l un ſi quis jus dic.* Non eſt igitur nec jurisdictionis, nec imperii. i. e. non competit jure *Magiſtratus; ſed ei ſaltem, cui lex dedit. vide Coraſ ad l. 15. De offic. proconſul. & ad l. 1. De jurisd & 5. Miſc. 24. Donell. 3. com. 7. & 17. com. 8 Cujac. 15. obſerv. 19. & 21. obſerv. 30. Pac. cent 5. q 69. Bronch. cent. 1. aſſ. 13. Franciſc. de Claper. Concl. 15. Menoch 1. Conſil. 745. num. 114. Scip. Gentil. lib 1. de jurisd. ad orat. D. Marci cap 1. & ſeq & lib. 3. cap 25. Joan. Fab. in pr. Inſt. de Atril. tut. Bald Paul. de Caſtro & alij ad l. 1. de tut. & curat. dat ab his Montan. & Bellon. ſupra dictis locis.* Diſſent. poſt alios *Muſcorn. d. loc. Robert. 1. anim. 21. Hotom. 2. amic. Reſponſ. c. 1.*

Ad § fin. tit. 20.

9. An

9. An tutor teneatur de leviſſima culpa? Neg.

Per l 5.C.de periculo tut.l.39.§.6. de admin. tut.arg.l.7.C.arbitr.tut.l.23 de R.J. & ibi Delrio. Diſſent *Accurſ.in §.6.Inſtit.de ſuſpectis.*

Ad pr.t.21.

10. An pupillus ſine tutoris autoritate naturaliter obligetur? Negam.niſi locupletior factus,vel in aliena re doloſè verſatus fuerit.

I. *Per l.59.de O & A.l.13 §.1.l. 41. de condict. indebit.l.9.de autor.tutor.l.3.§.pupillus. De negot.geſt.l 27. De V.O.*

II. *Quoniam pupillus non poteſt conſentire.*

III. *Quoniam ipſo jure munitus eſt pupillus, qui ſine tutoris auctoritate contraxit, nec locupletior factus eſt l.16.in pr. De minoribus. Vult 1.diſcept.16.Gœd.de contrah.ſtip.c.7.concl.12.n.212.& ſeq.* Diſſ. DD.*comm.& cum his Robert.2.lect.17.& 3.anim.21.Coraſ.6.Miſcell.22. Vide omninò tract.noſtrum de pact.c.5 pag.69.& ſeqq.ubi plura fundamenta reperies & quomodo contrariis ſit reſpondendum.*

Ad § 1 t.21.

11. Num tutoris autoritas, ante negotium geſtum interpoſita, valeat? Negam.

Per

I. *Per l.25.§.4.de acquir.hæred.*

II. *Quoniam auctores ſimus præteritis.l.3. De auct.tut.l.nunquam.in pr.de uſucap.*

III. *Quia pupillus per ſe contrahere non poteſt.l.pupillus.de R.J.Contractus igitur nullus eſt, & ideo declarari nequit: Donell.3.comm.13. & 7.comm.9.L.obligari.§.tutor ſtatim.ff.de authór.& conſens.tut.Hotom.1.amic.reſponſ.3.* Diſſent.*Cujac.13.obſ.31.*

Ad §.4.tit.22.

12. Utrum minima capitis diminutio tollat legitimam tutelam? Neg.

Per Nov.118.c.ex his 5.Donell.3.comm.6. Diſſent.*Treutl.diſp.8.th.7.*

13. An transfuga deſinat eſſe tutor? Affirm.

Per l.19.§.4.& 7. de captiv. & poſtlim. reverſ.l.5.§.1.de capite minut.l.5.§.fin. De re milit.l.transfugam.De acquir.rer.dom. Donell.3.comm.14. Diſſent.*Cujac. 4.obſerv.9.*

DISPU-

DISPUTATIO QUINTA.

Ad tit. 23. 24. 25. 26. lib. 1. Inſtit.

Reſpondente

JULIO REICHARD, Hannoverano.

THESIS I.

Ad pr. t. 23.

NUm minores puberes abſque curatorum, quos habent, conſenſu, poſſint obligari? Negamus.

I. Per l. 3. C. de reſtit. in integr. ubi ſaltē eſt unus caſus, ad quem per disjunctionem reſpondetur.

II. Quia lex Lætoria prohibuit à minore ſtipulari. Forſter. in hiſtor. jur. de legibus Antonii & Cæſaris.

III. Quoniam ipſorum bona, ab ipſis adminiſtrari nequeunt. l. ſancimus C de admin. tut.

IV. Per l. 4. C. de rebus cred. & jurejur.

V. Quoniam curator rebus quidem principaliter datur, per conſequentiam quoque perſonæ. l. 8. C. de nupt.

VI. Quoniam ſi minor curatorem habet, adminiſtrationis periculum ad curatorem pertinet l. ſancimus. C. de admin. tut. l. in copulandis. C. de nupt. l. 20. De ritu nupt. l. 33. §. 1. De admin. tut. Æquum eſt igitur, ut ſine ejus conſenſu nihil fiat.

VII. Quoniam eadem eſt autoritas tutorum & curatorum, ut docet inſcriptio. h. t. in Dig. Vide tr. meum de pactis. c. 5. pag 103. & ſeqq. ubi plures rationes poſuimus; & ad diſſentientium fundamenta reſpondimus. addatur Gœdd. ad l. 21. de V. S. n. 5. & in tract. de contrah ſtipul. c. 7. concl. 14. author. conſult. Sax p. 1. q. 34. num. 6. Mercer. 1. opin. 6. Niell. diſp. feud 2. th. 4. Duaren: & Donell. ad l. 110. de V. O. & 12. comm. 22. Robert. 1. anim. 12. Diſſent. Cujac ad l. 110. de V. O. & 19. obſervat. 33. & lib. 1 not ad animadv. Robert. cap. 12. Borch. de jurejur. c. 3. Bronch. cent. 1. aſſert. 25. Facbin 3. controv. c. 9. Vult. 1. diſcept. 16.

2. Utrum minor rem, ſuâ pecuniâ comparatam, à tutore vel curatore poſſit utiliter vendicare? Affirm.

Per l. 2. Quando ex facto tutoris vel curatoris. l. 3. C. arbitr. tut. l. 52. verſ. planè. De pecul. Donell. 5. com.

5.com.2.Cujac.5.obſerv.29. Diſſent. *anton. Fab. 5.conj.9.*

Ad §.3.tit.23.

3. Sitne prodigus intelligendus is, qui facto ipſo, dilapidando ſcil. bona ſua ac diſſipando, prodigum ſe declarat; an verò magiſtratus decretum expectandum? Poſterius affirm.

*Per l.10 l.16 de curat.furioſ.l.18. Qui teſtament.fac.poſſ l.27.De min l 9 §. quoniam. §.ſed etſi de reb.cred.arg.l 12.§.fin.de tut.& curat.dat. ab his.Paul.3.ſent.4 l.55.§.fin. De admin. tut. Sichard.ad rub.C.Qui teſtam fac.poſſ.Borch.in tract.de V.O c.3 Dauth in cap.quamvis.extr. de pact.num,48.Gœd.de contrah ſtipul c.7.concl. 10.Cujac.Duaren.ad l.6.de V.O.Bronch.cent.1. aſſ.20.*Diſſ. *Accurſ.Fulgoſ.& alii DD.& Donell. ad d.l.6.de V.O.Vide omninò tr. de pact. cap. 5. pag.729.& ſeqq.Videatur Octav.Simoncell. de decret.in præfat num 77.*

Ad §.1 tit.24.

4. Num hæredes magiſtratuum teneantur de levi culpa? Negam.

Per l.2.4.6.C.de Magiſtr.conven.l 4.de mag. conven.Eſt enim pœnalis ea actio l.fin.D.eod.Ant. Fab.1.conj.12 Hotom.hic.Cujac.21.obſer.2. Diſſ. *Cujac.13.obſ.39.*

Ad §.3 tit.24.

5. Num pignoribus datis ſatisdatio facta cenſeatur? Negabimus.

D 2 *l.Per*

I. Per l.7.de prætor ſtip.

II. Quoniam apud Magiſtratum fiunt ſatisdationes, ad quem arca cum argento non adfertur l.ſancimus 2.C.de V.S.l.1.C.de Procur.

III. Per l.4.§.8.De fideicom.libertat. ibi, ſatisdato (alii legunt ſatisdatio, alij ſatisdatione) aut pignoribus captis l.5.De petit.hered.l.45.De procurat.l.56.in pr.De Evict.Pac.cent.1.q. 67. Diſſ. *Gothofr.ibid.& ad l.7.in prin.D.Qui ſatisd.cog. Bronch.cent.1.aſſ.18.*

Ad §.8.tit.25.

6. Num particula QUAMVIS in h.§.6. ponat exceptionem? Affirm.

I. Quia Paulus eam ſuadet l.6.in fine.de excuſat.tut.

II. Quoniam QUAMVIS non ſemper confirmat ſed nonnunquam etiam corrigit præcedentia l.7.§.ſi quis D.ad exhibendum.l.2.§.ſi certum.D. de Prætor.ſtip.l.75.§.6.& ibi Cujac.de V.O.Vult. 1.diſcept.8.Pac.5.ἐναντιοφ.82. Diſſent. *Donell. 3.comm.9.& aliter Hotom.ac Weſenb.hic.*

Ad §.16.tit.25.

7. An à tutelæ delatione poſſit appellari? Neg.

*I Per h.§. II. Quia non appellatur niſi à ſententiis judicum.l.1.de appell.atqui in tutoria datione nulla ſententia.Donell.d.l 3.c.9. Duar. cap.1.in fine de excuſſ.*Diſſent.*Cujac.& Gothofr. ad l.4.D.h.t.Hotom. hic. Treutl.p. 2. diſput. 9. th.1.*

8. An

8. An legitimi quoque poſſint ſe à tutela excuſare? Affirm.

Per h. text. l. 1. l. 4. C. de legit. tutor. l. 9. C. Qui dare tut. l. 9. C. de excuſ. Weſenb. hic. Vult. ad pr. h. t. n. 6. Diſſent. *Hotom. hic. Cujac. in l. 13. de excuſat. tut.*

Ad §. 1. tit. ult.

9. Num cognitio de ſuſpectis competat jure Magiſtratus? Neg.

Quia legatus proconſulis poteſt de ſuſpecto cognoſcere. l. 1. § 1. de ſuſpect. tut. Diſſ. *Vacun. 6. decl. 8.*

Ad §. 6. tit. ult.

10. Num ſuſpectus ob latam culpam remotus, fiat infamis? Negam.

I. Quia hic §. generaliter loquitur.

II. Quoniam aliàs odia reſtringi & favores convenit ampliari. c. odia. de R. J. in 6. Schneidw. Weſenb. hic. Gœdd. ad L. 23 & L. 226. de V. S. Diſſ. *Accurſ. Hotom. Baro. Pac. hic. Cujac. 7. obſ. 8. Coraſ. 4. Miſc. 2. & in l. 1. §. ſolent. De offic. praeſidis. adde Donell. 18. com. 8. & ad L. 5. de in lit. jur.*

DISPUTATIO SEXTA.

Ad tit. 1. & 2. lib. II. Inſtit.

Reſpondente

CONRADO STUKIO, Hannoverano Sax.

THESIS I.

Ad pr. tit. 1.

AN ſit tertia ſpecies earum rerum, quæ neque ſunt in patrimonio, neque extra patrimonium? Neg.

Nam rem in bonis noſtris habere intelligimur, quoties ad recuperandam eam, actionē habemus. l. rem in bonis 52. de adquir. rer. dom. l. 49. l. 143. de V. S. l. 15. de R. J. Atqui pro ſervitutib. actionem habemus & quidem realem. §. æquè. Inſt. de act. & t. t. D. ſi ſervit. vendic. Donell. 4. comm. 5. Gœd.

ſ Gœd.in l.49 n.15.de V.S. Superior in proœm. ad tit.de ſervit.n.4. Diſſ. *Dd.com. Cujac. Borch. Pac.hic.*

Ad §.2.

2. Quid ſit hoc loco aqua profluens? Reſp. Non aqua pluvia, non ipſum flumen, ſed aqua fluminis.

I. Quoniam aqua pluvia cadit, & cum ceciderit, ut plurimum non procul fluit.

II. Quia flumina non ſunt communia, ſed publica. §. flumina, infr. h.t.

III. Quoniam inter flumen & aquam fluminis, quoad uſum, diſcrimen eſt, cum flumen ſit quaſi totum aliquid: aqua verò profluens in ſingulis partibus conſideretur.

IV. Quoniam Ovid. canit. 6. Metam.

Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt.

Donell.4.com.2 Hotom.hic. Diſſ. *Accurſ. & Mynſing.hic. Coraſ.ad l.2.de rer.diviſ.*

Ad §. ſacræ 8.

3. Num per donaria ſignificentur res mobiles? Affirm.

I. Quoniam eorum conceditur alienatio. arg. l. æde ſacra.de contrah.emt.per l.17.C.de ſacroſ. Eccleſ. Don.4.comm.1. Weſenb.hic in edit. an 69. Diſſent. *idem VVeſenb in edit. anno 76. Cont. hic.*

Ad §. religioſum.9.

4. Num communis negativa lectio circa finem h. §. retineri poſſit? Affirm.

Sufficit enim dominum ſemel conſenſiſſe arg. l. 12. §. 3. De ſolut. l. 17. §. 3. D. Commodati. Donell. 4. com. 1. Criſpin. Vult. hic. Gilbert. Regius 2. ἐναντιωφ. 4. Diſſ. *Hotom. Cont. Weſenb. hic. Coraſ. in l. 6. §. religioſum de rer. diviſ.*

(Ad §. ſancta. 10.)

5. Num pœna capitis, in eos conſtituta, qui aliquid in muros deliquerint, pertineat & extendatur ad alios etiam, quàm urbis Romæ, muros? Negam.

I. Per l. fin. de rer. diviſ. ubi ſubjectum exemplum Romuli & Remi demonſtrat, de muris Romæ Pomponium agere.

II. Quoniam aliàs odia reſtringi, & favores convenit ampliari. c. odia de R. J. in 6.

III. Per l. pen. & ult. D. ne quid in loc ſacro. Ibi namq; datur Interdictum ſeu extraordinaria actio, quæ non daretur, ſi pœna capitalis eſſet conſtituta. arg. l. 14. De precar.

IV. Quoniam in h. n. §. dicitur, ſanctos muros eſſe civitatis, non civitatum. vide §. 2. Inſt. de Jure Natur. gent. & civili. Huc pertinet quod in legibus Longobardorum t. 99. legitur Si quis per murum de caſtro, aut civitate ſine noticia judicii ſui exierit foris, aut intus intraverit, ſi liber eſt, ſit culpabilis, in curtem regis ſolid. XX. ſi autem aldius, aut ſervus fuerit ſit culpabilis ſolid. X. regi &c. Coraſ. in d. l. fin. de rer. diviſ. Schneidw. Vult. & DD.

& DD. hic. Diſſent. *Gædd. in l. 5. n. 17. de V.S. Hotom. hic.*

Ad §. ſingulorum. 11.

6. An dominium ſit rerum etiam incorporalium? Affirm.

Eſt hæc quæſtio de principijs juris: Et tamen, quod graviter ferendum, contradictores nacta. Multis perſuaſum eſt, dominium & proprietatem idem eſſe: proinde quod incorporalium rerum dominium ſit nullum. Bartol. in l. 17. §. differentia. n. 4. De acquir. poſſeſſ. & ibid. Alexand. nu. 6. Zaſ. n. 11. Bald. Panormit. & alij; Inter recentiores Coraſ. in l. 12. De ſervit. n. 8. & 6. Miſcell. 20. Donell. 9. comm. 8. Cujac. 10. obſer. 16. Borch. ad princ. Inſt. de rer. diviſ. Main. Druid. 1. de act. 6. Duaren. 1. diſput. 18. & in l. 12. §. 1. De acquir. poſſeſſ. ac cæteri; quos noviſſimè ſequuntur Gilken. in prælud. de rer. diviſ. n. 22. & ſeqq. Harprecht. ad pr. Inſtit. de rer. div. & reliqui plures. Neque ſunt nulla queis nituntur fundamina. Nam ſi domus eſt corporalis res, inquiunt, etiam dominium erit ſaltem corporalium rerum. Eſt enim à domo dominium appellatum. At illud. Er. Secundò dominij definitio non competit rebus incorporalibus. Nam dominium, inquiunt, eſt jus re corporali utendi, vindicandi, quatenus jure permittitur.

III. Dominum ex naturali poſſeſſione cepit. l. 1. §. 1. De acquir. poſſeſſ. Naturalis verè poſſeſſio deſiderat apprehenſionem. l. 14. De ſervit. l. 43. §. 1.

D 5 De

De acquir.rer.dom.Harprecht. d.princ.Inſtit.h.t.n.15. Apprehenſio verò deſiderat corpus. IV. Quoniã tit. De acqu.rer.dom.in Inſt.& Dig.duntaxat rerũ corporaliũ acquiſitionẽ cõtinet; & à titul. De ſervitutib. & uſufr.diſtinguitur. V. Quoniã traditione dominium acquiritur.§.per traditionẽ Inſt.de rer.diviſ. At incorporales res traditionem & uſucapionem non recipiunt l.43.§.1.De acquir.rer.dom.VI. Quoniam ſæpe proprietas uſurpatur pro dominio.l.11.C.de omni agro deſerto.ibi.proprietas poſſeſſionis.l.13.C.de rei vindicat.His rationibus addi poſſunt aperti juris textus.l.1.§.1.& 2.De SCto Silaniano.l.43.§.fin.De furt.l.25.De V.S. ubi dicitur quod fructuarius dominus non ſit. Item l.13.De acquir.rer.dom.ibi.dominium. i.e.proprietas.cum ſimilibus. Alij tamen in contrariam ſententiam eunt. Et quod dominium ſit terminus magis latus,quàm proprietas, docet ipſeq; Coraſius in l.11.num.6.De ſervit.& in l.naturaliter §.nihil.num.16.De acquir.poſſeſſ. Intigriol.de feud.pag.135.num.29.Cujac.in l. 21. in pr.De acquir.poſſeſſ.& adverſus Robert.lib.3.cap.9.Elbert.Leonin.de uſufr.c.5.n.21. Et eſſe dominiũ incorporaliũ rerũ,nominatim docent Robert.3.ſent.18.&3.animadv.9.Vultei.ad rubr.Inſtit.de rer.diviſ.n.20.&ſeq.& diſcept.19.Gœdd.in l. 49. De V.S.Pacius in l.4.C.de probat. Forner.ad l.25. De V.S.Joan.de Caſtill.in tr.de uſufr.c.75.Pinell.in l.1 p.2.n.2.C.de bõ.matern.Vaſq. de ſucceſſ progreſſ.lib.1.præfat.n.176.& ill.cont.17.Heig.ad pr.hic.n.18. Quam ſententiam & nos hactenus defendimus.

fendimus, & etiamnũ liceat cum venia diſſentientium dicere, veriorẽ eſſe judicamus. 1. ratio. Quoniam nulla vindicatio, quæ non præſupponat dominium. l. 29. §. pen. De aur. & arg. leg. l. 24. in pr. De rei vindicat. l. fin. C. de rei vendicat. l. 9. De jure dot. l. 25. §. in rem. De O. & A. l. 27. De acquir. rer. dom. Vultei. ad l. 1. C. Ubi in rem act. n. 32. Forner. ad l. 25. De V. S. At verò jura ſive res incorporales vindicantur, velut uſusfr. l. [illegible] pr. l. 5. § 1. & 2. l. fin. ſi uſufr. pet. l. un. §. penult. [illegible] remiſſionib. item ſervitutes prædiales. l. 1. l. 2. §. 1. & t. t. ſi ſervit. vẽdic. item pignora. l. 16. §. in vindicatione. l. 28. De pignorib. l. 12. §. qui pignoris. Quib. mod. pign. vel hypotheca ſolvitur. §. item Serviana. Inſt. de act. Unde & actio hypothecaria diſtinguitur à Salviano Interdicto, tanquam petitorium à poſſeſſorio. Weſenb. De Salviano interd. n. 2. Pac. in d. l. 4. C. de probat. n. 12. Sic etiam Vaſallus habet rei vendicationem. lib. 2. F. t. 8. §. 1. & in fin. Roſenthal. c. 12. & c. 8. concl. 1. Schrader. p. 4. c. 5. Hotom. li. 2. de feud. 33. Item Emphyteuta. l. 1. ſi ag. vectig. l. 15. § 26. de damn. infect. l. 16. in fi. de pignerat. act. l. 12. C. de fund. patrim. §. adeo. Inſt. de loc. l. ex vectig. De pignorib. Donell. 9. com. 14. Itẽ maritus l. doce ancillã C. de rei vind. l. 21. §. 4. ad Municip. II. Ratio. Quoniã hinc inde legitur dominiũ proprietatis. l. 4. C. de prob. l. 16. § 1. De uſu & habit. l. 28. §. 1. De uſur. l. 57. § fi. De uſuf. l. 57. Solut. matr. l. 2. §. 11. De religio. & ſumtib. l. 5. § ſi & dom. proprietatis. l. 20. De dãn. inf. l. 5. Si uſusfr. pet. l. 17. Quib. mod. uſusfr. amit. l. 10. §. 3. l. 49. De aqu. rer. domin.

Proprietas

Proprietas igitur non erit ipſum dominium. Nam aliud eſt dominium, aliud res, cujus eſt dominium. Nam abſurdè diceretur dominium dominii, proprietas proprietatis. Denotat enim genitivus cauſſam efficientem & ſubjectum. Rimінald. & alii. in l. 2. De V. O. Et erit igitur dominium non proprietatis arg. l. 3. Ad l. Cornel. de ſicar.

III. Per. l. 13. §. ſive corporis dominus ſive is, (ſc. dominus.) qui jus habet; ut puta ſervitutem. De damn. infect. l. 11. §. 8. De pignoribus. ibi. ſive dominus proprietatis convenerit, ſive ille (ſc. dominus) qui uſumfr. habet.

IV. Quoniam ſuperficiarius, creditor, fructuarius, vaſallus, & alii ſimiles, habent jus in re l. 5. §. fin. l. 13. §. 1. l. 19. 20. de Damn. infect. l. ſi domus. 71. §. fin. De legat. 1. Jus verò nihil eſt aliud quàm dominium juris. l. 14. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. Hotom. ill. q. 24.

V. Quoniam omnis res alicujus eſſe poteſt. Eſt autem alicujus ratione dominij, vel poſſeſſionis, vel utriusq;.

VI. Quoniam proprietas à dominio ſejungitur ut ſpecies à genere. l. 13. De acquir. rer. dom.

VII. Quoniam nullus textus dari poteſt, qui dominium ad res corporales aſtringat.

IIX. Quoniam Seneca quoque facit alium dominum rei, alium uſus. lib. 7. de benef. c. 6.

IX. Quoniam hinc inde legimus dominium incorporalium rerum, velut poſſeßionis. l. 2. C. Theodoſ. de bon. matern. l. 1. C. Gregor. ſi ſub alter.

nom.

nom. res emta. l. 2. C. ubi in rem act. exerc. deb. l. 9. C. de pignorib. (ubi per poſſeßionem non intelliges agrum, aut proprietatem, ut ſumitur hoc vocabulum in l. 87. & 115. De V. S. & alibi ſæpe. ſed eam poſſeßionem, quæ transfertur in creditorem, proprietate manente debitoris. l. 35. §. 1. De pignorat. act.) l. 11. C. de omni agro deſerto. l. 1. de bon. poſſeſſ. & ibid. Cujac. in parat. Gœd. in l. 115. De V. S. Ranchin. in tr. de ſucceſſ. p. 2. c. quoniam §. in aliis. ut lite non conteſt. &c. item dominium uſusfr. *l. 3. l. fin ſi uſusfr. pet. l. 4. De uſufr. l. 8. in princ. De reb. author. iud. poßid. l. 118. De V. O. l. 22. De aq. & aq. pluv. arc. l. 70. §. 2. de fidejuſſor. Item* ſervitutum. *l. 15. §. 8. Quod vi aut clam* l. 13. *§. ſive corporis. De damn. infect. Item* dotis. *l. 22. C. de jure dot. Item* pignoris. *l. 12. § fin. Quib. pign. vel hypoth. Item* Emphyteuſeos. *l. poſſeſſores. C. de fund. patrim. l. fi. C. de cenſib. & cenſitorib. l. 1. l. 7. 8. 11. C. de omni agro deſert. l. eos. 4. C. de div. præd. urb. lib. 11. aut ſi verò C. de hæretic. Ad diſſentientium argumenta quomodo rectè reſpondeatur, diximus in lib. ſing. de dominio.*

7. An dominium dividi poſſit in directum & utile? Neg.

Sunt etiam Neoterici, ut de veteribus nihil dicam, qui diviſionem hanc retinendam eſſe diſputant: Et dicunt malle ſe quod uſu receptum invaluit, ſequi, quàm de lanâ caprinâ rixari. Quidam iſtis ſpeciebus addunt dominium majus. Piſo Soac. de feud. cap. 20. n. 15. quidam etiam ſubalternum.

num. Covarruv. & Matth. Afflict apud Weſen. in rubr. hi . Dominium directum iterum dividunt in generale, particulare, & limitatum. Utile in rei cognoſcens, jugulans, dependens, & ab alio utili natum Zaſ. in l. 17. §. 1. De acquir. poſſeſſ. Alii directum diſtribuunt in ſuperius & inferius, univerſale & particulare: Utile ſuperius & utile inferius Molin. ad conſuetud. Paris. tit. 1. §. 1 gl. 5. n. 4. Heig. ad pr. Inſtit hic n. 26. Alii tamen plerique recentiores ſcribunt, quanquam diſtinctio illa ſit magiſtralis, & uſu communi recepta, tamen in ſcholis, in quibus omnia ad normam Juſtinianei juris examinamus, defendi non poſſe. Quam ſententiam amplectendam eſſe cenſeo. Nominatim enim à veteribus JureConſultis non uſurpatur, teſte Heig. ad pr. Inſtit. h. t. n. 22. Attamen erubeſcimus ſine lege loqui juxta vulgatum. Deinde non eſt ea diſtinctio verbis aptis.

III. Quoniam utilitas actiones & exceptiones inducit, nunquam dominium.

IV. Quoniam dominium nudè prolatum directum dominiũ denotat, ipſis adverſariis fatentibus. Dd. in l. naturaliter. §. nihil commune. De acqu. poſſeſſ.

V. Per l. un. C. de Nudo. Quirit. jure toll. ubi pleniſſimus quilibet eſt dominus ſive ſervi. (M S. addit ſui) ſive aliarum rerum ad ſe pertinentium. Nulla igitur inter dominia differentia quoad effectum, ſed ſaltem quoad ſubjecta: & hac diſtinctione dominii, proprietatis, & juris adhibita, difficulta-

ficultates eæ, quas DD proponunt, tolli poſſunt, quod etiam Aurelianenſis Doctor voluit; teſte Bartolo in l.17. §.1. De acquir. poſſeſſ. Main.1. de act.6. Don. 9. comm.14. Duaren.1. diſp.17. Cuja.11. obſerv.35. Forſter.2. de ſucceſſ. 18. & ad l.4. C. de probat. Vult.1. diſcept.19. Ant. Uſill. in §. omnium. n. 59. Inſt. de Act. Borch. de feud. c.1. n.14. Zang. de except. p.2. c.8. n.72. & omninò Harpr. ad pr. hic. n. 40. & ſeq. Giſan. de div. jur. th.35. Alv. Valaſc. de jure Emphyt. q.13. Gilken. in prælud. ad tit. Inſtit. de rer. diviſ. Diſſent. Coraſ.6. Miſc.20. & ad l.1. de acquir. poſſeſſ. num.4. Mynſ. Weſenb. ad pr. Inſtit. de uſucap. Hotom. diſp. feud.22. Coſtal. ad l.1. D. ſi ager vectig. Gœd. ad l.27. num.18. de V. S. Roſenthal. de feud.1. concl.6. Anton. Fab. de errorib. pragm.23. c.2. & DD. comm.

Ad §. feræ. 12.

8. An jus venandi ſit inter regalia? Negamus.

I. Quoniam jus hoc multis etiam ſuo jure competit, qui ſuperiorem recognoſcunt.

II. Per l.9. § aucupiorum l.62. De uſufr. l.26. De uſur. quibus textibus probatur, quod jus venandi ſpectet ad privatos: ut etiam ab uſufructuario jus illud uſurpari, reditusq; venationum percipi poſſint.

III. Quoniam venationes non pertinent ad majeſtatem Imperii conſervandam, ut regalia.

IV. Quoniam jus venandi conceſſum à principe, transferri poteſt in alium, etiam ſine ejus conſenſu: Quod tamen in regalibus ſecus obti-

Digitized by Google

obtinet. Boſſ. in tr. de regalib. num. 35. Harpr. ad h. §. num. 136.

V. Quoniam regalia ſine permiſſu principis uſurpans, incidit in crimen læſæ majeſt. arg. l. 3. in fin. Ad l. Jul. Majeſt. Non item qui venationem, ſi credimus Weſenb. in parat. De *acquir. rer. dom. n. 7. arg. l. 13. §. ſi quis me.* De *jurejur.*

VI. Quoniam non refertur in c. un. Quæ ſint regal. lib. 2. F. t. 56. Tyraq. de Nobilit. c. 37. n. 150. Weſenb. in parat. De *acquir. rer. dom. n. 7. circ. fin. Vult. 1. de feud. 5. Harprecht hic. nu. 134. & ſeqq.* Diſſent. *Pruckman. in §. venatio. c. 1. Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de mand. judic. cap 36. num. 7. pag. (mihi) 257.* Knich. *de privileg. Sax. cap. 5. pag. (mihi) 139. & de territorii jure. pag. 131. num. 93. cap. 4. & alii relati ab Harprechto hic. num. 133. Quem omninò vide diſſentientium argumētis reſpondentem; & eorum etiam diſcrepantes opiniones confutantem, qui vel ad ſervitutes reales jus venandi referunt, vel ad perſonales, vel ad pacta, vel ad jurisdictionis fructum. Ipſius ita docet, eſſe jus per ſe ſubſiſtens, velut alia varia jura, Magnatibus, vel etiam privatis competentia. Quidam tamen diſtinguunt inter venationem ſuperiorem & inferiorem. Vide Andr. Knich p. 2. de veſtiturar. pact. c. 2. adde Heig p. 1. q. 15.*

9. An privatis rectè ſit ademta venatio? Affirm.

I. Propter pacem publicam & interdictum privatis armorum uſum.

II. Ne

II. Ne venationis ſtudio avocentur homines ab agricultura.

III. Ne ſpecies ferarum prorſus intereat.

IV. Quoniam principes loca publica ad ſe transtulerunt, eorumq; domini facti ſunt l.2. Ne quid in loc.publ.l.9.D.ad L.Rhod.de jactu.l.2.C. de quadrien.præſcr.

V. Quoniam ſi quod omninò ſit Violentiæ vitium, tamen per diuturnum populi conſenſum eſt purgatum l.ſi per vim. C. de his quæ vi metusve cauſſa. Hieronym.Balb.in lib. de Coronatione pag.21.

VI. Quoniam Princeps ex juſta cauſsâ poteſt alicui jus quæſitum auferre.l.15.§.2.De rei vindicat.l.11.De evict. Ad pacem autem & tranquillitatē publicam ſpectat, non eſſe commune omnibus venādi jus.arg.l.77.§.20.De leg.2.l.26.De S.P.V.l. 13.§.æquiſſimum.De uſufr.Gail.2.obſerv.98.VVeſenb.in Parat.de acquir.rer.dom.num. 7. Pruckman.in d.§.venatio.c.4.num. 51. Fachin. 1.controv.1.Speckhan.cent.1.q.97. Heig.p.1.q.15.num. 33.& ſeqq. Harprecht. hic. num.84. & ſeqq. Diſſent. *Anton.de Butr. in cap. non eſt.de decimis.*

10. Num mortis ſupplicio venationes ſuas rectè vindicent principes? Affirm.

I. Quoniam leges obligant ad obedientiam, etiam in conſcientia, ut diximus in Idea authoritatis juridicæ, & dante Deo latius habebitur in Autoritate Juridica.

Digitized by Google

II. Quoniam & fur ſuſpenditur propter quinque ſolides. P. H. O. art. 160.

III. Quoniam nonnunquam evenit, ut aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimirum multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit. l. 26. in fin. de pœn.

IV. Quoniam non tam ratio captarum ferarum habetur, quàm transgreſſionis legis. Heig. d. q. 15. nu. 80. arg. Deut. 17. verſ. 12. cap. 2. ext. de major & obed. Nec enim ſubjectum in modo pœnæ conſideramus. ſed magis legis transgreſſionem. Et quanquam pœna ſit magis ex naturali ratione; modus tamen pœnæ magis nititur authoritate politicâ, quæ fulcrum habet in utilitate, neceſſitateq; Reipublicæ. Gœdd. in prolegom. ad Inſt. VVulfii. Diſſ. *DD. comm. Gail. VVeſenb. dd. locis. Tyraquel. de nobilit. c. 37. n. 150. Pruckman. d. §. Venatio. cap. 4. num. 63. Vide Harprechtum. hic. num. 256. & ſeqq. ubi non invenuſtè diſtinguit. Heig. p. 1. q. 15. Sententiam Lipſienſium poſt* Sachſenſpiegel *in fine.*

11. An ſicut in alieno venari, ita & piſcari liceat? Affirm. de jure Rom.

Per l. 13. in fin. de injur. l. 3. §. item feras 14. de Acquir. poſſeſſ. Cujac. 4. obſerv. 2. VVeſenb. Borch. hic. Harprecht. hic. n. 57. & ſeqq. Diſſ. *VVeſ. in Parat. n. 7. h. t. Donell. 4. comm. 8.*

12. An qui feram beſtiam in alieno fundo capit invito domino, faciat ſuam? Affirmam.

I. Quo

I. Quoniam non captio prehenſioq́; ſed ingreſſus ſaltem prohibetur. l. 3. de acquir. rer. dom. l. nō dubium. C. de legibus.

II. Quoniam nemini facit injuriam, qui capit id, quod ante nullius eſt.

III. Per l. 62. De uſufr.

IV. Quoniam aves atque beſtiæ, dum nullo loco certo conſiſtunt, magis aëre quàm terrâ contineri videntur. l. 1. §. item feras. l. 14. l. 26. De acquir. poſſ. aer autem eſt communis. §. 1. Inſt. h. t.

V. Quoniam pœna privationis locum non habet, niſi in caſibus jure expreſſis. Novel. 2. c. 3. l. 14. §. Divus. De relig. & ſumt. At nulla lege cautum eſt, ut hoc caſu non faciat ſuum, quod quis cepit.

VI. Quomodo reſtituere poſſit quod nullius fuit? arg. l. 24. § reſtitutio. De minoribus.

VII. Per l. fin. §. ſed cum in ſecundam. C. de furt. Harpr. ad h. §. n. 17. & ſeqq. Duaren. ad l. 3. §. item feras. De acquir. poſſeß. Vult. hic. n. 8. & alij Dd. com. hic. Donell. 4. comm. 8. Duaren. in l. 16. De ſervit. præd. ruſtic. Weſenb. & DD. hic. Pruckman. d. §. Venatio. cap. 6. num. Diſſ. 2. *Cujac. 4. obſerv. 2. Matth. de Afflictis n. 321. & alii à Gilkeno hic. n. 11. allegati.*

(*Ad §. gallinarum. 16.*)

13. An propter gallinam ablatam furto, comperat actio furti? Affirm.

I. Per h. §. l. 5. §. gallinarum. D. eod. l. ſi pavonem. 37. de furtis.

II. Quoniam furtum crimen eſt ordinarium. §.

 18. Inſt.

18.Inſt.de act.Ordinaria autem actio pro re modicâ dari poteſt l.1.§.1.de conjungend.

III. Quoniam imò ex traditis Doctorum etiam pro ovo poteſt dari.Gomez.in princ.Inſtit.de Act.num. 56. Schneidw. & Heig. hic. Diſſent. *Zaſ.reſponſ ſing.26.Covarruv.1.reſolut.3.*

Ad § item cap.17.)

14. An res etiam immobiles hoſtium acquirantur occupantibus? Neg.

Publicatur enim ille ager, qui ex hoſtibus captus ſit.l.ſi captivus.20.§ 1.de captiv.leg.16.de acquir.rer.dom.l.11.de evictionibus.l.31. De jure fiſc.l.13.Ad l.Jul.pecul.Cujac.hic. & 19. obſ. 7. Gœd.ad l.3.§.1 de V.S.n.10 Harprecht. hic. n. 4. Diſſent.*Donell.4.comm.21.Vacun.2.declar.25. adde Bronch.c.3.obſ.77.*

15. An verò res hoſtiles dividi debeant à duce belli? Neg. de reb. mobilibus.

*I. Per h §.& l.5.§.fin.D.eod.ibi.*ſtatim.

II. Quoniam exemplum in hoc.§.de ſervis captis id convincit.

*III. arg.l ſi quis pro.C.de donat. Ant.Matth. de Papar. ad §.1.De acqu.poſſeſſ.n.1.& ſeqq. Gœd. in l.3.§.1.de V.S.n.11.*Diſſen.*Duaren. de acquir. rer.dom.cap.3.gl.in l.2.& 3. de capt. & poſtlim. reverſ.Bartol.in d.l.5.§.fin.de acquir.rer.domin.*

(Ad § item lapilli.18.)

16. An Pomponius cum Servio ſic inter lapillos & gemmas rectè diſtinxerit, quòd gemmæ eſſent pellucidæ materiæ, lapilli autem

tem contrariæ ſuperioribus naturæ ? Affirmam.

I. Per l.19.§.17.de auro legat.

II. Quoniam notatio gemmæ conſentit, ſive dictas cenſeas gemmas quaſi geminas, propter tranlucentem naturam, vel à gummi, quòd inſtar gummi luceant. Alciat.4.de V.S.p.198. Coraſ.ad l. 3.n.2.de rer. diviſ. Mynſ.hic. Diſſent. *Valla. 6. eleg.ult.*

(Ad §.quod ſi vis.21.)

17. An etiam pars agri translata, poſtquam arbores radices egerint, una cum arboribus, novo domino acquiratur ? Affirmam.

I. Quoniam in l.7.§.1.de acq.rer.dom.Cajus in numero ſingulari loquitur.

II. Quoniam cedit prædio vicino, tanquam ſolo ſuperficies.

III. Quoniam cruſta ceu pars illa directò vindicari nequit, poteſt utiliter.l.hoc amplius.9.§.Alfenus 2.de damno infecto.juncta l.idem 5.§.de arbore.de rei vindicat. At utilis vindicatio datur non domino.§.ſi quis in aliena.Inſt.de rer. diviſ. Accurſ.Cujac.hic. Diſſ. *Hotom.Pac.hic.*

(Ad §.inſula.22.)

18. Num inſula in flumine publico nata, fiat privatorum, etiã quoad uſum ? Affir.

I. Quoniam ſi inſula in publico flumine fuerit nata ; inque ea aliquid fiat : non videtur in publico fieri.l.1.§.ſi inſula.7.de fluminib.

II. Quoniam æquum eſt, ut quod dominus de ſuo prædio perdidit, illud inſula enata recuperet, etiam quoad uſum. arg. l. 1. §. ult. de aqua pluv.

III. Quoniam textus h. §. & l. 7. §. 3. De acqu. rer. dom. generaliter loquitur.

IV. Quoniam ſi quæ inſula in flumine propria tua eſt; nihil in ea publici eſt. l. 65. §. 1. De acquir. rer. dom.

V. Quoniam aliàs proprietas inſularum inutilis eſſet. Hotom 1. obſerv. 23. Donell. 4. comment. 19. Anton. Matth. in notis hic. Harprecht. hic. n. 7. Diſſ. *Cujac. 2. obſ. 9. & 14. obſ. 11. Robert. 1. recept. lect. 11. Pac. cent. 6. q. 93.*

(Ad §. ſi duorum. 28.)

19. An aurum & æs mixtum invicem deduci poſſint? Neg.

Per l. 5. §. 1. verſ. ſed ſi deduci de rei vendic. Borch. hic. Diſſent. *Hotom. 7. obſ. 12.*

20. Num hic §. in fine ſit negativè legendus? Neg.

I. Propter exemplarium tam in h. §. quàm in l. 7. §. ſed et ſi 9. fidelem conſtantiam.

II. Quoniam corpora confuſa non poſſunt diſcerni, atque inde ne alter alterius jacturâ locupletetur, res neceſſariò communis efficitur. l. 27. in fine de acquir. rer. dom. VVeſenb. Cont. Faber, Vultejus, Gilken. & alii communiter hic. Diſſ. *Balduin. & Hotom. hic. & 7. obſerv. 12.*

(Ad §. cùm in ſuo 30.)

21. An bonæ fidei poſſeſſor reſtituendo

tignum,

tignum, ſe liberare poſſit ab actione de tigno juncto? Affirm.

I. *Quoniam & hic. & in l. adeò 7. §. cum in ſuo, cavetur, ne quis tignum eximere* cogatur. *l.* 1. C *quomod & quand. judex: atque ita ratio. l. XII. Tab. in h. § poſita dicit, illud ideò proviſum eſſe,* ne ædificia reſcindi neceſſe ſit. *l.* 1. C. *de ſent. & interloc omn jud l 40. De judic.*

II. *Quoniam bona fides tantundem poßidenti præſtat, quantum rei veritas l. 136. de R. J.*

III. *Quoniam non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. l. 74. l. 206. de R. J. Donell. 4. comment. 33 Weſenb. hic. nu. 6. Harprecht. hic. circ. finem* Diſſent. *Cujac. 23. obſ. 19. in princ. & Gilken. hic. num. 29. & ſeq*

(*Ad §. ex diverſo. 31*)

22. Num malæ fidei poſſeſſor conſequatur impenſas neceſſarias utili negot. geſtor. actione? Affirm.

I. *Per l. 6. § 3. de negot. geſt. l. fin. C. eod.*

II. *Quoniam etiam prædo has impenſas deducit. l. 36. §. fin. l 38. de petit. hered. l. 5. C. de re. vend. l. fin. § 1. C. de petit. hered. Cujac. 10. obſ. 1. Donell. 20. comm. 7. Gœd. in l. 79. de V. S. n. 7.* Diſſent. *Donell. 20. comm. 7. Coſtal. in l 33 de condict. indeb. Cyn. in l. ſi quis ſciens. C. de rei vindicat. vid. p. 2. tract. Inſtit. diſp. 2. th. 6.*

23. An malæ fidei poſſeſſor actione conſequatur utiles impenſas? Neg.

I. *Per h. §. l. 38. de hered. pet. l. 38. De rei vendic.*

Digitized by Google

II. Quoniam magis donare quàm credere censetur. l. domum. C. de rei vindic. l. 4. de negot. geſt. Gœdd. ad l 79. §. 1. n. 7. de V. S. Diſſent. *Cujac. 10. obſerv. 1. & in tr. 9. ad Afric.*

24. An malæ fidei poſſeſſor omnes voluptuarias amittat? Affirm.

I. Per l. 37. D. h. t. l. 3. §. 1. & 4. de in rem verſo. Gœd ad l. 79. §. 2. n. 3. de V. S. Diſſent. *Alciat ibid. Faber. 2. conj. 1. (Vid. d. p. 2. diſput. 2. theſ. 6.*

(Ad §. literæ 34.)

25. An adhuc hodie ſcriptura cedat chartæ? Affirm.

I. Per h. §. juncta l. præcipimus in fine. C. de inoff. teſtam.

II. Quoniam literæ ſunt acceſſiones, quæ chartam in aliam ſpeciem non mutant: Cedunt igitur principali.

III. Quoniam non facilè diſcedendum à legibus Gilken. hic. Weſenb. in §. 28. nu. 3 h. t. Diſſ. *Accurſ. & Schneidw. Thadæus Piſo & alii plerique hic. & in §. ſeq.*

(Ad § ſi quis. 36.)

26. An bonæ fidei poſſeſſor conſequatur etiam naturales fructus? Diſtinguimus inter eum, qui habet titulum, & inter eum, qui non habet. Ille conſequitur fructus naturales, non hic.

I. Quoniam eam diſtinctionem collatio legum ſtatuit. Nam l. 48. in pr. & fin de acquir. rer. dom. l. 25. §. 1. de uſur. & alia, loquuntur de emtore. At l. 45.

l. 45. de uſuris. loquitur de donatione illicita, quæ revera titulus non eſt. Induſtriales quidem fructus ex re donata percipiendo, vir vel uxor ſuos facit, ſed non item naturales. Cujus rei ratio, quoniam ubicunque non deminuit de facultatibus ſuis, qui donavit, valet donatio inter vir. & uxor. Vel etiam ſi deminuat, locupletior tamen non ſit, qui accepit: veluti ſi curam & operam in ea re locavit. l. 5. §. 16. l. 25. l. 31. §. 7. De donat. inter vir & uxor. Et conſequitur induſtriales fructus, non jure perceptionis, ſed donationis; quoniam licet fundi donatio non valeat; fructuum tamen donatio ſuſtinetur l. 17. de donat. inter vir & uxor. Harprecht hic n. 26. Atque hæc diſtinctio probatur aperte d. l. 45. de Vſur. his verbis, ſicuti nec cuiuslibet bonæ fidei poſſeſſoris, *quæ verba non collectivè vel univerſaliter ſunt accipienda, quaſi nullus bonæ fidei poſſeſſor fructus naturales ſuos faciat: ſed particulariter & diſtinctivè, quaſi non omnis. Nam hæc natura negationis univerſali præmiſſæ, quemadmodum logici de ſignorum æquipollentiis docent. l. fin. C. de jurisd. omn. jud. & ibi. Dd.*

II. Quoniam in pari cauſſa poſſeſſor potior habetur. l. 128. De R. J. At hic non eſt par cauſſa. Dominus enim habet titulum, non poſſeſſor.

III. Quoniam & is qui pro poſſeſſore poßidet, nonnunquam concurrentem habet titulum. Vide l. 11. in fine l. 13. §. 1. De hered. petit.

IV. Quoniam Doctori diſtinguenti, cæteris paribus, eſt ſtandum. Nevizan. in ſyl. nupt. lib. 5. nu. 32. gloſ. in c. ſed inter, extr. de probat. §. cum ex alienat Inſtit. h. t. ibi: placuit media via exiſtimantium. Roger. de interpret. jur. pag. 39. Salyc. in L. apud antiquos. C. de furt. Senecam allegans. Videatur omnino Octavius Simoncell. de Decret. lib. 3 tit. 8 n. 228. pag. 483. ubi complures allegat.

V. Quoniam in re obſcurâ melius eſt favere repetitioni, quàm adventitio lucro. Bartol. in l. ex diverſo. de rei vendicat. cum communi. eleganter Main. in lib. 1. de act. 11. Ferret. in tr. de mora. n. 33. Menoch de recup. poſſeſſ. remed. 15. num. 58. Panormit. in c. gravis. extr. de reſtit. ſpoliat. n. 4. Diſſent. *Loriot. tr. 4. de apicib. jur. axiom. 47. Copus de fructib. lib. 2. tit. 4. cap. 6. circa fin. Vult. 1. diſcept. 20. Gilken. ad h. §. cap. 7. num. 4. & ſeqq. quos omnes vide per tot. plures opiniones referentes.* Diſſentiunt *in explicatione quæſtionis alij aliter. Scip. Gentil. lib. 2. de donat. int. vir. & uxor. 17.*

27. An bonæ fidei poſſeſſor, poſtquam rem alienam cognovit, fructus deinceps ſuos faciat? Negamus.

I. Per l. 23. §. 1. l. 40. 48. §. 1. D. h. t.

II. Quoniam in fructibus quot perceptiones ſunt, tot ſunt acquiſitiones. Don. 4. comm. 24. & 5. comm. 17. Gœd. in l. 209. n. 12. de V. S. Cujac.

in tr.

in tr. ad African. pag. 329. Diſſent. *Duaren. de naut. fœn. Fab. 4. conject. 16. Vide Harprecht. hic. n. 49. & ſeqq.*

28. An malæ fidei poſſeſſor omnes fructus, etiam percipiendos, reſtituat? Affirmam.

I. Per l. 10. § per hanc. D. quæ in fraud. creditor. l. 3. C. de condict. ex lege l. ſed & partus. de eo quod metus cauſſ. l. 33. l. 6. § fin. De rei vindic. l. 5. l. 22. C. eod. l. 25. § 3. l. 40. § 1. l. 52. l. 56. De petit. hered. l. 1. in fin. C. de petit. hered.

II. Ne furtis, latrociniis, populationibus paſſim ferveant omnia.

III. Per c. gravis. De reſtit. ſpolia.

IV. Non debet eſſe melioris conditionis bonæ fid. poſſeſſore titulo carente. Main. d. l. 1. c. 11. Copus de fructib. lib. 2. tit. 4. cap. 1. & 2. Vult. d. diſcept. 20. Bronchorſt. cent. 2. aſſert. 87. Mindan. de poſſeſſ. c. 8. n. 4. Harprecht hic. n. 58. & ſeq. Cujac. in l. Sed & partus 12. in pr. Quod met. cauſſ. Diſſen. *Accurſ. in l. ex diverſo. de rei vind. & DD. comm. Vide Gilken. in §. ei verò. h. t.*

29. An diſtinctio fructuũ in naturales & civiles; & naturalium, in merè naturales, & induſtriales poſſit ſuſtineri? Affirm.

Naturales & induſtriales proponuntur in l. fruct. 9. 45. de uſur. l. 9. § 6 de uſufr. Civiles *in l. 62. de rei vindicat. l. 29. de hered. petit. l. 39. § 1. de legat. 1. Gœd in l. 121. de V. S. Schneidw. hic. n. 6. Gilken. hic, cap. 6. Harprecht. hic n. 4. & ſeqq. Weſen.*

in h.

in h.§.n.8.Vult.d.diſcept.20. Diſſent. *Copus de fructib.lib.1.tit.2.cap.3.Coraſ.5. Miſc. 9. Grangian. parad. 21.ubi ſtatuit omnes fructus eſſe naturales.*

Ad §.theſauros.39.

30. Theſaurus in loco religioſo vel publico repertus, cujus ſit? Reſp. dividitur & pars fiſco datur, pars inventori.

I. Per l.3.§.pen.de jure fiſci.

II. Quoniam Divorum fratrum ſententia civilem habet æquitatem, quæ naturali præponitur. l. 31. Depoſiti.l.1.de uſucap.

III. Quoniam Divi fratres vixerunt poſt Hadrianum, anno Chriſti *195.*

IV. Quoniam Imper.Leo ſententiam comprobavit. Novell.51.Donell.4.comm.14.Forner. 2. ſelect.16.Cujac.obſer.37. Duaren.c.4. de acquir. rer.domin. Diſſent. *Gothofred. in d. Novell. 51. Leon.Borch.ad h.§.& ad cap.un. Quæ ſunt regalia.n.93. Alii tamen non inconcinnè diſtinguunt, inter loca religioſa fiſcalia, & loca religioſa propria: rectius quàm alii inter familiaria & hereditaria. per l. 5. De relig. & ſumt. fun.* Vide *Harprecht. hic. n. 7. & ſeq. Menoch 5.de præſumpt.30 n.7. Bronchorſt. cent. 2. aſſert.60.Gilken.hic.n.23.Conſtit.Elect.p. 2. & ibi Dan.Moller.Ayrer.proceſſ.hiſtor.pag.291.*

30. Num theſaurus ab Emphyteuta in fundo emphyteuticario inventus, totus acquiratur ipſi? Affirm.

Per l.1.C.de jure Emphyt.juncta l.10.de R. J.

Schneidw.

Schneidvv.Fab.num.4.Mynſing.n.7.VVeſenb.nu. 2.Coraſ.ad l.1.num.17.C.de jure Emphyt. & *DD. hic.* Diſſent.*Gothofr.in d.l.1.Gilken.in prælud.ad ad h.t.* & *h.§.n.29.* & *ſeqq.Harprecht. hic. num. 17.* & *ſeqq.*

(*Ad §.per tradittionem.14*)

31. An ut dominium transferatur, requiratur vacua poſſeſsionis traditio? Affirmam.

I. *Per l.8.C.de act.emti.l.2.D.eod.l. Mævius 66.§.fundo.de legat.2.l.3.de actionibus emti.l. 22. de acquir.poſſeſſ. Nam tunc in poteſtate domini rediſſe dicendum eſt, cùm poſſeſſionem ejus nactus ſit juſtè, ut avelli non poſſit.l.4.§.tunc in poteſtate.de uſucapionibus l.13.§.1.de de V.S.*

II. *Quoniam contractus rei,* & *aſinina detentio ad acquirendum dominium nihil valeret.*

III. *Per l.ſi ager.50.de rei vendic.l. 40. de act. emti.l.traditio.§,ult.de acquir.rer.dom. Hotom. ill.qu.11.Cont.1.diſput.8.Connan,1.comm.8.Cujac. 11.obſerv.19.* & *14.obſer.9. VVeſenb. de contrah. emt.num.13.Mynſing.cent.1. obſerv. 53. Bronch. cent.3.aſſ.61.Gœd.ad.l.188.de V.S.Harprecht.hic.in fin.* & *ibid.Anton.Matth.* Diſſent.*comm. DD.* & *Donell.4.comm.19.* & *25.comm.ad l.12.de probat.*

Gomez.

Gomez.in §.ſed iſtæ n.30. Inſtit.de Act. Philipp. Matth.in l.11.de R.J. Jaſon.in l.traditionibus. C. de pact.n.22.

(*Ad tit.2.*)

32. Num inter hereditatem, & res hæreditarias JCti noſtri rectè diſtinguant? Affirmatur.

I. Per h.t.l.6.C.de hered.vendit.

II. Quoniam hereditas ſine ullo corpore juris intellectum habet.l.50.de petit.hered.l.3. §. 1. de bon.poſſeſſ.l.119.de V.S.

III. Quoniam in hereditate furtum non fit. l.33.de acquir.rer.dom.l.35.de uſuc.junct.l.1. de furt.l.1.§. Scævola.D.ſi quis teſtam.liber.

IV. Quoniam neceſſariò debuit ſtatui domina ejuſmodi, ut ſi quid fuiſſet juris defuncti, aut in commodis ſequentis temporis, id per eam ad heredem perveniat. Donell.6.comm. 2. circa fin. Robert.3.anim.12 Forſter 2. de ſucceſſ. 2. & 3. Gœd.in l.24.de V.S. Diſſ. *Seneca.6.de benefic.cap. 5. Alciat. in l. 24. de V.S.*

DISPU-

DISPUTATIO SEPTIMA.

Ad tit. 3. lib. II. Inſtitut.

Reſpondente
M. CASPARO HORN,
Pyrnenſi.

THESIS I.

Ad pr. tit. 3.

NUm hæ ſervitutes ſint jurisgent. an verò Juris civilis? Reſp. Jurisgent.

I. Per §. fin. Inſtit. de uſu & habit.

II. Quoniam illo jure dominia fuerunt diſtincta. l. 5. de juſt. & jure. l. 1. de acq. rer. dom.

III. Quoniam ſubjecta ſervitutum ſunt jurisgent. l. 1. §. 1. comm. præd. Coraſ. in rubr. de ſervit. n. 11. Forcat. in l. 1. n. 1. ff. eod. Padilla in rubr. C. de ſervit. n. 9. Diſſ. *Hotom. in §. in pecudum. Inſtit. de rer.*

re'. diviſ. Enunc. 2. *Donell.* 5. *comm.* 1. *Gomez. in* §. *æquè n.* 2. *Inſtit. de act.*

2. An diſtinctio DD. quòd ſervitus quædam ſit merè perſonalis, quædam merè realis, quædam mixta, ſit bona? Neg.

I. Quoniam confunditur jus perſonarum, & rerum. Adjiciſcitur enim in diviſionem ſervitus hominum, quæ huic generi ſubjici nequit, utpote cùm confeſſoriam & negatoriam non producat.

II. Quoniam nullæ ſunt ſervitutes mixtæ.

III. Per l. 1. de ſervitut. Donell. 9. *commen.* 21. *&* 22. *in fin.* Diſſ. *Accurſ. Forcat. & DD. comm in rubr. & l. 1 de ſervit.*

3. Num in ſervitutibus realibus exigatur neceſſariò vicinitas? Neg. niſi locus intermedius impediat uſum ſervitutis.

Per l. 17. §. *pen. de aq. & aq. pluv. l.* 31. *& fin. de ſervit. ruſt. præd. l.* 6. *ibi.* IDEM *eſt in ruſticis. l.* 7. §. 1. *comm. prædior. l.* 4. §. *fin. & ſeqq. D. ſi ſervit. vindic. l.* 14. §. *fin. de ſerv. & ibi. Duaren. Donell.* 11. *comm.* 2. Diſſent. *VVeſenb. in pr. Inſtit. h. t. num* 3. *Vult.* 1. *J. R.* 63. *num.* 50. *Super. ad l.* 3. *in fine. de ſervit. Coraſ. ad l.* 14. *in fin. De ſervit. Vult. ad princ. Inſt. h. t. num.* 11.

4. Num in definitionibus itineris, actus, viæ, quid ſit corrigendum? Negam. (a) Si in definitione viæ, pro *eundi*, legatur *vehundi*? (b)

(a) I. *Quoniam à textuum correctione, quantum fieri poteſt, abſtinendum, & Catholica retinenda,*

nenda. Martin. Delr. in l. tranſigere. n. 29. C. de transact.

II. Quoniam hæ ſpecies formaliter conſideratæ, opponuntur vehementiſſimè. Diſſent. *Hotom. 2. obſ. 21. Anton. Fab. 1. conjult.* Diſſent. *aliter Cujac. 22. obſer. 35. Duaren 1 diſput. 31.*

(b) *Nam ſic legi debere, tria convincunt.*

I. Etymologia. Conſtat enim viam dici à vehendo. Varro 4. de latina lingua.

II. Ratio definitionum antecedentium. Nam iter definitum eſt jus eundi, actus, jus agendi.

III. Natura definitionis, jus enim haſtæ ferendæ, & aliquid trahendi, definitione neutiquã alias continerentur. Donell. 11. comment. 6. Vult. hic. Diſſent. *Treutlerus p. 1. diſput. 17. th. 4.*

5. Num aquæ ductus ſit realis ruſtica ſervitus? Affirm.

I. Quoniam ductus aquarum regulariter ſunt fundi. l. 1. § præterea. 12. de aqua cotid. & æſtiv.

II. Quoniam inter alias ruſticorum prædiorum, hæc etiam ſervitus numeratur. l. 1. de ſervit. ruſtic. præd. h. §. Eſt igitur naturâ ſua realis; quãquã interdũ per accidens poſſit fieri perſonalis. l. 5. l. Lucius. De S. R. P. Quẽadmodũ & iter ſervitus perſonalis fit interdũ. l. pẽ. De ſervit. legat. & aquæ hauſtus. l. 14. in fin. De alim. legat. ut mirer Coraſium & Donellum adeò ſolicitos in eâ corrigenda fuiſſe. Coraſ. ad rubr. De ſervit. num. 13. Donell. 11. comment. 7. Vide de theſi Gualt. 1. Miſc. 5. Diſſent. *Gomez. in §. æquè num. 10. & 11. Inſtit. de act.*

6. Num prædia qualitate magis, an loco ſint diſcernenda? R. qualitate.

Per l.198. de V.S. l.166. D. eod. l.16. C. de præd. min. Gœd. in d.l 198. Diſſ. *Donell. in tr. de pignorib. c.4. & 11. comm.4. vide Vuitej. hic.*

7. Num ſervitute non conſtituta, liceat aperto pariete feneſtram habere invito domino? Negam.

Per l.4. l pen. D.h.t. ubi communis paries intelligi debet confinis; non qui ſit duorum ſociorum. l. 13 §.1. l.19. De S.V. P.

II. Quoniam juxta Xenocratem nihil differt, pedes, ne, an oculos quis in alienam domum immittat. Qui facit ſonum dicitur immittere in alienum. Joan. Bolognet. ad l.1. Solut. matrim. n.214.

III. Per l altius 8. C de ſervit. Cujac. 1. obſ. 31. Duaren. 1. diſp 33. Weſenb. in Parat. num. 4. Diſſ. *Donell. 11. comm. 5. Connan. 4 comm. 10.*

10. An debens ſervitutem oneris, teneatur, rem onus ſuſtinentem, reficere? Affirmam.

Per l.33. de ſerv. urb. l ſicut. §. diſtant. l. et ſi fortè. § etiam. D. Si ſervit. vindic.

II. Quoniam aliàs ipſius optima eſſet conditio, ſi haberet, qui domum ipſius extrueret, Super. ad t.13. §.1. de ſervit.

9. An ſervitus altiùs tollendi & non tollendi, ſint diſtinctæ ſervitutes? Affirmam.

Per

I. Per l.2.de ſervit.urb.præd.l.7.§.1.D.comm. prædior.§.æquè.Inſt.de act.

II. Quoniam interdum jure publico prohibemur ædificare.l.qui luminibus.de S.V.P.l. 1. C. *de ſervit.l.1.*C.*de ædific.privat.l.ult.§.ult* C.*de ſervitū igitur ſi licebit, licebit jure ſervitutis. Donell.11. comm.5 & ad §.æquè.Inſtit.de act. ibid. Baro.* Diſſent. *Rebuff in ſerv.Schemat. 19. Connan. 4. comm.7.num.12. Zaſ.in tit.de ſervit.urb.præd.*

10. An ſervitus altiùs non tollendi, ſit diſtincta ſpecies à ſervitute, ne luminibus officiatur? Affirm.

I. Per h.§ ubi particula, NE, non rationem reddit, ſed novam denotat ſervitutem.

II. Per l.4.de S.V.P. ubi particula, MAXIME, ſatis id coarguit.

III. Quoniam interdum is quoque, qui tollit ædificium vel deprimit luminibus officit.l.ſi arborem 7 § interdum.de S.V.P. Duaren 1.diſp.33. Diſſ.*Donel.d.c.5.Cujac.17.obſ.35.*

11. An ſervitus luminum, & ne luminibus officiatur, quid differant? Affirm.

*Per l.4.23.d.S.V.*P.*Hotom.2.Amic. 4. Cujac. 1.obſerv.*4. Diſſent.*Donell.d.c.5.*

Ad § fin.t.3.

12. Num vaſallus in re feudali alteri poſsit ſervitutem conſtituere? Neg.

Nam Vaſallo quidem, donec feudum tenet, poteſt obeſſe conſtitutio; domino autem, etſi per

longa tempora perſeveraverit ſervitus, minimè nocebit.cap.un.de inveſtitur.de re alien.facta. At ſervitutes neque ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem conſtitui poſſunt.l.4.de ſervit.argum.l.fin.D. commun.præd.

II. Quoniam alienatio feudi prohibita eſt. tit. 52.& tit.55.lib.2.feud. At alienationis verbo continentur impoſitiones ſervitutum.l.fin.C.de rebus alien.non alien.

III. Quoniam ſervitute libertas imminuitur prædii.Vult.1.de feud.cap.10.num. 40. Schenck.2. Feud 8.§.Quia ergo. Diſſ.*DD.comm.& Roſenth.c.9.concl.13.Coraſ.in l.3.D.h.t.n.25.*

13. An ſervitutes uſucapi poſſint? Reſp. Varietatem juris agnoſcimus, & quoad Juſtinianeum jus, Affirm.

*Ante legem enim Scriboniam ſervitutes uſucapi poterant. l. 4. §. ult. De uſucap. Hotom. 4. obſerv. 2. Lege Scribonia earum uſucapio ſublata fuerat.d.l.4.§.fin.poſtea per exceptionem ex Prætorii æquitate præſcribebantur, & quaſi, ceu Prætoriæ ſervitutes conſtituebantur.l.10.Si ſervit.vindic. l.1.in fin. De aq. & aq. pluv.arc.l.1.in fin. De ſuperficieb. tandem Juſtinianus uſucapionem perfectè reſtituit.l.pen.C.de præſcript.30.vel.40.annor.l.fin. C. de præſcript. longi temp.l.2 & pen.C. de ſervit. & aqua. Donell.11.comm.*11.Diſſent.*Coraſ.6. Miſc.5. Rob. 4. ſent. 8.*

14. Num

14. Num verò inter ſervitutes continuas & diſcontinuas hoc caſu diſtingui debeat? Reſp. Diſtinctionem quidem admitto; (*a*) in his terminis non admitto.(*b*)

(*a*) *Si nim. continuas dicas, quæ uſum habent continuum: diſcontinuas, quæ intermiſſum. l.fin de ſervit.l.14. D.eod.ubi diſcontinua poſſeſſio ſaltem tribuitur prædiis ruſticis.l foramen. de ſervit.urb.præd.Cæpolla de ſervit. 19. & 20. Hotom.4.obſerv.2. Oldendorp. in tractat. de præſcript.num.14.Mynſing.cent.4.obſerv.53. Gail. 2. obſerv.66.num.7.Ciſner.ad l.4.num. 9. & ſeqq. de uſucapion.*Diſſent. *Longovall.ad l.3.de jurisd. Baro & Coraſ. ad l.14.de ſervit.Super.ad l.12.D. eod. Donell, 11.comm.3. & 11.*

(b) *Ubi enim lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus. l.9. §. animadvertendum. D. Quod metus cauſſ.l.item veniunt. §.petitam. D. Quod met.cauſſ.at Juſtinianus indiſtinctè loquitur in l.fin.C.de præſcript.longi tempor. Ciſner. d. loc.*Diſſent. *DD.comm.Hotom.d.obſerv. 2. Dd. comm.tradunt ſervitutem diſcontinuam non niſi tempore immemoriali præſcribi. Panſchm.lib.1.q. 22.n.26.ubi plures allegat.Vasq.ill.controv.83.n. 25.& ſeq.& c.84.n.6.lib.2.Mod.Piſtor.vol. 1.conſ.7.num.5.Schurff.cent. 1.conſ.6.*

DISPUTATIO OCTAVA.

Ad tit. 4. & 5. lib. II. Inſtitut.

Reſpondente

M. HENNINGO SCHUBERIO.

THESIS I.

Ad prin. tit. 4.

AN per Jus inh. princ. ſervitus intelligatur perſonalis? Affirm.

I. Nam in definitione ſemper eſt aſſumendum genus propinquius. At uſusfr. eſt ſervitus perſonalis genere proximo. l. 1. de ſerv.

II. Quoniam aliàs hæc definitio latior eſſet ſuo definito. Competeret enim Emphyteuſi, feudo, hereditati fiduciariæ, credito. &c. Accurſ. in pr. Inſt. de uſufr. in Verbo jus. Diſſent. *Donell. 10. comm. 2.*

Ad §.

Ad §.1.t.4.

2. An uſusfr. in cauſſalem & formalem rectè diſtribuatur? Negam.

I. Eſt enim ſaltem nominis diviſio, non rei.

II. Quoniam res ſua nemini ſervit. l.5. D. ſi uſufr. pet. l.26. de ſervit. urb. præd. nullus igitur *cauſſalis uſufr. erit.*

III. Quoniam diſtinctio monſtri quid alit, cum omne formale ſit cauſſale. Coraſ.5. Miſcel. 3. Duaren. in l.126. de V.O. Brecb. & Gœd. ad l.25. n.1. de V.S. Diſſen. *Gomez 2. reſol.15. n.2 Pinell. in l. 1. p. 2. n.9. & ſeq.* C. *de bon. matern. Myn.ſ. Schneidw. in pr. Inſt. de uſufr. Weſe. in parat. b. t. n.4. Cujac. in tract.5. ad African. pag.180. Alciat. ad d.l. 25.*

3. An uſusfructus natura ſuâ ſit dividuus? Affirm.

I. Quæcunq; res recipit jus accreſcendi, ea neceſſariò eſt dividua l.3. de uſufr. accreſc. At uſusfructus recipit jus accreſcendi t.t. de uſufr. accreſc.

II. Per l.5 de uſufr. l.16. D *fam. berciſc. l.7. §. cùm de uſufr.* D. *comm. div. l.12. & 31. de uſufruct. l.1. §.9. l.81. ad* L. *Falcid.*

III. Quoniam illa res dicuntur individuæ, quarum uſus pro parte nullus eſt: At in uſufr. alterius eſſe poteſt fructus, alterius uſus. l.42. de uſufr. Cu*jac.12. obſerv.13. Gœd. ad l.25 de V.S n.18. & in tr. de contrab ſtip. cap.6. concl.22. num. 295. & ſeqq.* Diſſent. *Hotom. ill. q.20. Adde Uſillum in §. æquè, num.16. Inſtit. de act.*

Digitized by Google

4. Cur uſusfr. ſit dividuus? Reſp. Quia in ſe habet & uſum & fructum.

Per l.42.de uſufr.Gœdd.d.concl.22. n. 305. D. ſſ. *Donell.in l.2.n.14.de V.O.& 11.comm.9,Cujac.in l.72.de V.O Govean.ad.l.1.§.ſi uſusfruct.* D. *ad L.Falcid.& aliter Coraſ.in l.via.num.15. de ſervit.*

5. An ſi feudum filio fuerit datum, ejus uſusfructus acquiratur patri? Neg.

Hanc quæſtionem affirmant alii, *Niell. diſput.feud.2.theſ.5.Sonsbec.p.7.n.8.Curt.Jun.in tract.feud.pag.3.memb.2.* alii negant. *Weſenb.c. 5.n.4.Vult.1.de feud.c.4.n.8.* Alii *dicunt uſumfructum quidem non deberi patri: Si tamen ſimul cohabitent,fructus communes eſſe.Antrigl.in cent. feud.q.52.n.33.* Alii diſtinguunt, *utrum ex feudo ſervitium debeatur, an ſecus.* Alii *inter feudum novum & antiquum, quod ex ſucceſſione materna filio obvenit. Vide Roſenth.cap.7.concl. 14. num.13.& ſeqq.Adhuc puto veriorem eſſe ſententiam negativam. 1. Nam in caſtrenſi peculio pater uſumfructum non habet.t.t.de caſtr.pecul.l. cum oportet.C.de bon.quæ.lib.At feudalia bona jure caſtrenſis peculii meritò cenſentur : quippe quod,licet non ſemper,ut plurimum tamen ob ſervitia militaria concedantur 2.f.7.verſ. Etſi ſciverit.jura verò conſtitui oportet in his, quæ ut plurimum accidunt.l.3.4.5.& 6.de ll.l.3.ſi pars hered. L.precia.§.fin.ad L.Falcid.Et quod feudalia bona cenſeantur jure caſtrenſis peculii, probari etiam poteſt*

poteſt hinc, quod non cenſeantur jure bonorum allodialium. Allodium enim & feudum tanquam contrariæ ſpecies opponuntur. 2. f. 26. §. 2. Quo etiam pertinet, quod de terra Salicâ nulla portio hereditatis in mulierem tranſire dicitur. L. Salica, t. 62. §. 2. L. Anglorum. t. 7. II. Deinde non poteſt ſuccedere pater in feudo filio dato. 2. f. t. de na. ſucceſſ. Non poterit igitur etiam ejus uſumfructum habere. III. Feudum ob ſervitium datur. At pater id ſervitium non æquè forſitan ſis ut filius exhibere poſsit: Nam redduntur parentes ad ſervitia minus idonei; Quemadmodum de Laerte ſene Penelope ſcribit ad ſuum Ulyſſem, ſed neque Laertes, ut qui ſit inutilis annis, Hoſtibus in mediis regna tenere poteſt. IV. Et meritò fit ut feudum habeat is, quem dominus idoneum judicavit. Et intereſt etiam domini ut ille habeat, quem elegit. d. lib. 2. F. t. 23. in fin. V. Porrò ſi hoc caſu tranſiret uſusfructus ad patrem, filiusfamilias ex feudo nihil habebit. Nam per feudum nihil aliud tranſit, quam jus utendi fruendi. d. lib. 2. f. 23. in fin. VI. Tandem feudi natura non aliter patitur. Nam uſusfructus rei feudalis ita tranſit ad accipientem, ut ad eum heredesq; ſuos pertineat. 2. f. 23. in fin. At verò pater non eſt heres feudalis. d. t. de na. ſucceſſ. Non igitur pertinebit ad ipſum uſusfructus. Et hoc in feudo à principe conceſſo confirmant ex hac ratione, quia omnis liberalitas imperialis ipſis

 acquirenda

acquirentibus acquiritur, non parentibus. L. cum nulla. C. *de bon. quæ lib.*

Ad §. 2. tit. 4.

6. An teſtator, uſumfruct. relinquens earum rerum, quæ uſu conſumuntur, cautionem uſufructuario remittere poſſit? Neg.

I. Per l. 1. C. de uſufr.

II Quoniam hæc cautio per legem eſt inducta. Gail. obſerv. 46.

III. Quoniam teſtator praberet occaſionem delinquendi.

IV. Quoniam iſta cautio propter heredis favorem eſt inducta. Gail. 2. obſer. 145. Donell. 10. comm. c. 14 Diſſ. *Cyn in d. l. 1. nu. 14. C. de uſufr.*

7. Num uſusfructus veſtimentorum, ſit verus uſusfr. aut quaſi? Reſp. Diſtinguimus inter veſtes quotidianas, & alias, qua tempore potius quam uſu conſumuntur. In illis eſt quaſi uſusfruct. in his verus.

Per h. §. & l. 7. de uſufr. earum rer. junctis. l. 15. §. 5. de uſufr. l. ſi uſusfr. 9. §. pen. D. uſufr. quemadm. cav. Hotom. hic. Diſſ. *Donell. 10. comm. 4. Accurſ. & D D. hic.*

Ad §. finitur. 3.

8. An uſufructuarius uſumfructum impune alienare poſſit? Affirm.

Per l. 12. §. 2. l. 38. 39 l. 64. De uſufr. §. 1. Inſt. de uſu & habit. l. 11. §. 2. l. 15. §. fin. de pignoribus.

II. Quo-

II. Quoniam fructus eſt locare, vel pignori dare licere. l. 1. §. pen. l fin. de uſur. Decian. 5. reſponſ. 43. n. 26. Vide l. 8. § fin. De peric. & comm. rei vend. l. 38. De uſufr. leg. Cujac. 15. obſ. 6. Pinell. in l 1 p. 3. n. 38. & ſeqq. C. de bon. matern. Balduin. hic. Contius diſput. 12. Diſſ. *Forcat. in l. 1. nu. 15. de ſervit. Tyraq. de retract. §. 26. gloſ. 1. & DD. comm.*

9. Num ingreſſus in monaſterium extinguat uſumfr.? Neg. Quatenus monaſterium eſt capax bonorum.

Nam ingreſsi monaſteria ipſo ingreſſu ſe ſuaq; dedicant Deo. auth. Ingreſsi C. de Sacroſ. Eccleſ. ars eſt dominis l. 4. de uſuſfr. Pinell. l. 1. p. 1. n. 47. Aſt uſuſfr. p& ſeqq. D. de bon. matern. Diſſ. *Cyn. Salycet. & DD. comm. in d. Auth.*

Ad §. item is. 3. tit. 5.

10. Num operæ ſervorum ſint ſervitutes perſonales? Neg.

I. Quoniam planè non ſunt ſervitutes; cùm pro ipſis non detur actio Confeſſoria. l 54. §. 1. de V. O. l. injuriarum. §. ſi quis me. de injur. Non ſunt perſonales, quia tranſeunt in heredem creditoris, l. fin. §. Lucius. de contrah. emt. l. 2. in fine. de uſu & uſufr. leg. non reales, quia mortuo ſervo, ſervitus extinguitur l. ſicut. § fin. D. Quibus mod. uſuſfruct. amit l. non ſolum. §. tale. de liber. legat. at reales interitu rei naturali non amittuntur. l. 2. §. 2. de S. V P. l. 13. de S. R. P. Donell. 11. comm. ult.

II. Per *l. 1. §. 9. D. ad l. Falcid. l. 2. de uſu & uſufr. leg.*

III. Quo-

III. Quoniam operis ſervorum legatis, magis obligatio quædam perſonalis conſtituta cenſetur. l.Gaius.12.de ann.legat.l.Titio 71.§.2.de condic. & demonſtr.Coraſ.ad rubr.de ſervit.n. 27. Diſſ. *Donell.10.comm.1.Accurſ.in l.ſi quis binas. de uſufr.*

Ad §.ſed ſi cui.5.tit.5.

11. Num habitatio ſit uſusfructus? Negamus.

I. Arg.rubr.§.pen.& ult.Inſt.h.t.

II. Quia non amittitur non utendo, nec capitis deminutione. l.10.de uſu & habit.l.10.de cap. minut.junct.l.8.de ann.leg.& l. 20. Quibus modis uſusfru.amitt. Diſſ. *Donel.d.c.1.*

12. Num habitatio ſit ſervitus? Negamus.

I. Per l.1.de ſervit.

II. Quoniam magis locus gratis conceſſus videtur, cùm pro ea detur actio commodati vel præſcripi.verbis.l.1.§.1.D.commodat.l.ſi gratuitam, de præſcript.verb.

III. Quoniam in facto potiùs, quàm in jure conſiſtit.d.l.10.de cap.min. Hotom.ad §.fin. h. t. & 3.obſerv.23. Diſſent. *Coraſ.in l.1.n. 4.& DD.commun. hic.*

DISPU-

DISPUTATIO NONA.

Ad tit. 6. lib. II. Inſtitut.

Reſpondente
CHRISTOPHORO CÆLESTE-NO, Berlin.

THESIS I.

Ad rubr. tit. 6.

NUm pro *præſcriptionibus* in hac rubr. ſit ſubſtituendum *poſſeſsionibus?* Negam.

I. Propter conſtantiam librorum vulgarem.

II. Quoniam hic tit. agit principaliter de effectu poſſeſſionis, qui olim duplex fuit, uſucapio & præſcriptio.

III. Quoniam hæc ſimul junguntur in §. ex his. 5. in fin. Inſtit. Per quas perſonas.

IV. Quoniam aliàs etiam in jure non eſt infrequens,

Digitized by Google

quens, ut cauſſa nonnunquam, interdum effectus in rubricis deſignetur. arg. Rubr. De verborum obligationibus, juncta Rub. C. de contrah. ſtipul. Donell. 5. com. 4. Vult. 1. I R. 71 n. 1 Schneidw. & DD. com. hic. Heig. hic n. 8. Diſſ. *Cujac. VVeſ. Borch. Pac. Hotom. hic.*

Ad princ.

2. Num rectè ſic inter uſucapionem & præſcriptionem DD. diſtinguant, ut illa ſit rerum mobilium, hæc immobilium? Neg.

I. Quoniam uſucapio tam ad res mobiles quam immobiles trãsfertur. l. 33. §. ſi dom. §. ſi mihi. 37. cũ duabus ſeqq. l. 17. 18. 23. 26. D. h. t. l. 7. §. ſervus. D. pro em. §. 1. Inſtit. h. t. l. un. C. de uſucap. transform.

II. Quoniam præſcriptio rerum etiam eſt mobilium. l. 3. l. 9. de diverſ. & tempor. præſcr. in MSo. & impresſis libris adduntur quidem ad d. l. 3. hæc ſequentia in manc. quæ in prædiis morantur, quæ partes fundi ſunt. *Sed hæc dubio procul ab interprete quodam aſſuta ſunt: velut & in l. 9. pro* in rebus mobilibus, *ſubſtitutum eſt ab eodem* in rebus ſoli: *quæ depravatio remanſit in vulgatis libris. Vnde tutius hic ſequi posſis Florentinorum librorum authoritatem. Donell. d. lib. 5. com. 4. Ciſner. ad l. 1. D. h. t. n. 23. & ſeqq. Zanger. in tr. de Except. p. 3. c. 8. Heig. hic. nu. 8.* Diſſent. *gl. Schneidw. n. 9. Borch. & DD. hic. Gomez. in §. ſed iſtæ. n. 8. Inſt. de Act.*

3. Num

3. Num uſucapio ſit *adjectio*, num *adeptio*? Reſp. Utrumq;.

Adjectio *in l.3. de uſuc* adeptio *in §. uſucapione 2. in fragm. Vlpian. t. 19. & apud Iſidorum lib.5. Etymolog* adjectio *ratione Jurisg. quo non ſtatim rei dominium quis adipiſcebatur*; adeptio *reſpectu effectus*: adjectio *ratione ejus, qui amittit*; adeptio *ratione ejus, qui nanciſcitur. Nã ijsdem modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus acquiruntur. l.1. D pro derelicto. l. ferè 153. D. R. I. Dom.5. comm.5. Vult. d. c.71. n. 2. Ciſn. ad l.3. D. h.t. n.2.* Diſſent. *Cujac. ib d. & in fragm. Ulp. ad d. §.7. Borch. hic.* & aliter. *Cont. 1. diſp. 10. Forner. 2. ſelect. 17. Duaren. ad tit. De uſucap.*

4. Num in eadem l.3. D. de uſucap. verba illa, TEMPORIS LEGE DEFINITI, ſint Triboniani? Neg.

I. Quoniam ibid. Modeſtino tribuuntur.

II. Quoniam eidem tribui poſſunt. Cont. d. cap. 10.

III. Quoniam ICti veteres in triplici juris tradendi ratione verſati fuerunt, alii namque in ſtudio practico excelluerunt: alii jus in artem redigere ſtudebant: alii notas conſcripſerunt, & explicârunt LL. 12. tab. & edicta prætorum. Forſter. 2. Hiſt. Rom. cap. 72. & ſic plerunque diverſis uſi ſunt verbis. Donell. *d. c. 5.*

IV. Quoniam definitionis leges iſtis verbis ſunt contentæ. Sicut nec hodiè definitio propterea vitioſa eſt quod biennii vel decennii, &c. non

facit

facit mentiorem. Diſſent. *Cujac. Ciſn. n. 6. ad d. l. 3. Borch. hic.*

5. Num is, qui de re ſua dubitat, habeat bonam fidem? Neg.

I. Per l. 32. §. 1. de uſuc.

II. Quoniam rem credit eſſe alienam. l. fin. C. unde vi. l. quod noſtrum. de uſufr.

III. Quoniam dubitans incipit ſcientiam habere rei alienæ.

IV. Quoniam bona & mala fides ſunt contraria, nec medium recipiunt. Gœd. in l. 109. num. 3. de V. S. Forner. ibid. Diſſ. *Alc. ibid. Covarr. ad c. poſſeſſor. §. 7. n. 2. 3 & 5. Balb. de præſcript. 2 p. 3. p. princ. q. 2. Videatur omnino Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 9. n. 30. pag. 508. Zaſ. ad l. 3. §. ex pluribus. n. 16. De acquir. poſſeſſ.*

6. Num ſuperveniens mala fides uſucapionem conſtituat irritam? Negam. tàm de re mobili, quàm immobili.

Per l. 4. §. 16. & 18. l. 44. §. 1 2. & 4. l. 10. ubi Cujac. D. h. t. l. un. C. de uſucap. transform. l. bona. §. 1. De acquir. rer. dom. l. pen. D. pro emtore. Hinc quod ille, qui habet acquiſita per præſcriptionem, poßit ea licitè retinere, ſalva conſcientia, ſi poſt præſcriptionem ſuperveniat ſcientia, quod iſta bona erant aliena, tradit Molignat. in tr. De retent. q. 82. & gloſſ. in c. fin. extr. de præſcript. Alciat. in c. novit. nu. 39. de judic. Natta conſ. 156. n. 23. vide omninò Scot. lib. 4. ſent. diſtinct. 15. Chart. 76. Diſſent. *Donell. 5. comm. 17. & 24.*

7. Num

7. Num ad ſervitutem uſucapiendam requiratur titulus? Affirm.

I. Per l.4.C.de præſcript.longi.temp.l.8. in pr. C.de præſcr 30 vel 40.annor.l.2.l. ult. C. de ſervit.

II. Quoniam nulla ratio ſatis eſt firma, cur à juris regula recedamus.l.nullo.C.de rei vindicat.

III. Per l.2.C de ſervit.& aq.quæ pertinet ad provincialia,non ad Italica prædia; cùm immobiles res provinciales præſcriberentur; Italicæ magis uſucaperentur.l.un.C. de uſuc. transform. Cujac.in l.4.de uſucap.

IV. Per l.fin.C.de præſcript.longi temp.verſ.ſit igitur. ibi.nulla ſcientia,& ibi. Eodem obſervando.

V. Quoniam ea ſervitus,in quâ non eſt neceſſe docere de jure,& in quâ vetuſtas vicem legis obtinet,quaſi ſervitus eſt,& prætorio jure ſuſtinetur, ad exemplum earum quæ ipſo jure conſtituuntur, & utilibus actionibus petetur: & utile interdictū de his competit l.10.Si ſervit vindicet.l.1.§.fin.l. fin.De aq.& aqu.pluv arc l.3 §.4.De aq.& aqu. quotid.l.1.§.fin.De ſuperficieb.l 5.§ 3. De Itin actuq; privato (ubi Haloand.male omittit particulam NON contra fidem ſcriptorum & impreſſorum librorum,& contra contextus rationem) *l.1.l.2.C.de ſerv.& aq.& c.Grangian. Paradox.46.Hotom.8.obſ 10.Duaren.1.diſp.34. Coraſ.in l.14.de ſerv.n.39.& ſeq.*Diſſ.*Coſtal. in l. 10.Si ſerv.vindic.Capol.de ſervit.urb.c.20.in l.8.*

Bronch.cent.1.Aſſ.58.& Dd.comm.Donell.11.com. 12.Menoch. retin.poſſeſſ remed.5.

8. Num in præſcriptione temporis immemoralis requiratur titulus? Neg.

Vetuſtas enim titulum, qui non adeſt, ſupplet. l. 3.§.4.de aq.& aq.æſtiv.& vim privilegii habet. c.ſuper quibusdam.§.præterea.de V.S.& vicem legis obtinet.l.1.§ fin.ibi. vetuſtatem vicem legis. *& l.2.de aq.& aq.pluv.Pratei.in lexic.V.Vetuſtas.Vult.d.c.71.nu.46.Mynſ.1.obſ.*30. Diſſent. *Dyn.in c.poſſeſſor.de R.J.in 6.*

9. Num ſine poſſeſſione contingat uſucapio? Negam.

Per l.25.D.h.t.c.ſine.de R.J.in 6.l.16. Ex quib. cauſſ.maj.Don.5.comm.6.Forſter. 2. de ſucceſſ. 10. n. 3. Diſſent. *Cujac.ad l 2.D.pro emtore.*

10. An ignorans, contra quem præſcriptum eſt, ex cauſſa juſtæ ignorantiæ habeat reſtitutionem in integrum? Neg.

I.Per l.un.C.de uſucap.transform.l.ult.C.de præscript.longi tempor.verſ. ſit igitur. *ibi, nulla.*

II. Quoniam id eſſet contra finem uſucapionis. l.ult.in pr.D.pro ſuo.l.1.in pr. de uſucap. Cic. pro Cecin.

III. Ne facilè quis inducat ignorantiam.

IV. Quoniam quod dicitur in l.1.in fin. Ex quibus cauſſis major. Si qua alia mihi juſta cauſſa videbitur, *non eſt porrigendum ad alias reſtitutionis, quam abſentia cauſſas per l.26.§.fin.l.27. & l.28.*

& l.28.D.eod.Scip.Gentil.de aliment. cap. 14. Quæ ſententia Electorali conſtitutione fuit confirmata.p.2.conſtit.9 ubi Dan.Moller. elegantem limitationem ponit. Et ſic in pari caſu,quod reſtitutio in integrum de minoribus poſt elapſos annos non competat, etſi quis ignorantiam prætendat, pronunciatum apud nos fuit. Vide VVeſenb.in Parat.Ex quib.cauſſ.maj.n. 10. Pinell. in Auth.niſi tricennale.C.de bon matern.p.2.nu.58. Diſſent.*Gail.2.obſerv.19 num.pen.& ult. & obſerv.105.VVeſenb.in Parat.h.t.num. 14.Uſillus in §.rurſus.num.75.inſtit.de Act. juxta quam ſententiam extra territorium Saxon: Reſponderi, & reſtitutio contra præſcriptionem ex capite juſtæ ignorantiæ in quadriennium à tempore ſcientiæ concedi poteſt.*

11. An uſucapione dominium plenum & abſolutum acquiratur? Affirm.

Per h.pr.in fin.l.3.D.h.t.l.10.C.de pact.l.10. §.2.de acqu.rer.dom.Donell.5.comm.29. Duar. 1.diſp.17. Diſſent. *Accurſ.Bartol. & vulgò DD. in d.auth.niſi tricennale C.de bon.mater.*

Ad §.ſed aliquando 1.

12. An furioſus, auctore curatore, poſſit uſucapere? Negam.

Per l.1.§.1.de acquir.poſſeſſ.juncta l.in negotiis de R.J.l.peregrè.44.§.49.§.ult.de acqu. poſſeſſ.Donell.5.comm.11. Diſſ. *Accurſ.& DD.cō. & cum ipſis quodammodo Ciſner in d.l.4.n.6.de uſucap.*

Ad §. furtivæ. 2.

13. An in iis, qui conditionem uſucapiendi tribuunt; requiratur bona fides? Diſtinguimus inter res mobiles, & immobiles. In mobilibus requirimus, in immobilibus non ſemper.

I. Per l. 5. 7. C pro emtor. l. 2. C. pro donato. h. §. l. 6. C. de furt.

II. Per l. 5. pro emtore l. 4. C. de rei vindic. Diſſent. *Obrecht. in diſput. de uſucap. theſ. 36. & ſequentibus.*

Ad §. aliquando etiam 3.

14. Num res vi poſſeſſas in poteſtatem domini rediſſe neceſſum ſit, ad hoc ut uſucapiantur? Affirm.

Per h. §. l. ult. D. vi bon. rapt. l. 5. C. de uſucap. pro emt. l. 4. de rei vindic. Cujac. 24. obſ. 13. Diſſ. *Accurſ. in l. 6. §. Julianus. de precar.*

15. Id claudat. An in hac materia debeamus judicare ſecundum jus Canonicum? Reſp. Secundum jus civile.

I. Quoniam hæ controverſiæ ſunt de bonis temporalibus, in quibus Pontifices ſe ſubjiciunt legibus Imp. cap. 6 diſt. 96.

II. Quoniam jus Canonicum finem uſucapionis imminuit l. ult. d. c. 71. n. 1. Weſ. cõſ. de præſcr. 5. n. 32 & ſeqq. Diſſ. *Schneidw h n. 10. Mynſ. cent. 4. obſ. 6 decad. 2. reſp. 17. n. 10 & reſp. 41. n. 13. Oldendorp. in tr. de præſcr. n. 17. Gravetta. conſ. 146. Gail. 2. obſ. 18. n7*

DISPU-

DISPUTATIO DECIMA.

Ad tit. 7. lib. II. Inſtit.

Reſpondente

ANDREA VVASSÆO Spandov.

THESIS I.

Ad pr. tit. 7.

UNde donatio dicatur? Reſp. à dono, quaſi doni datio.

Per l. 35. §. 1. de mort. cauſſ. donat. Diſſen. *Varro lib. 4. de ling. lat. Scalig. in conject. Feſtus lib. 2. cap 3. Plin. lib. 35. cap. 14.*

2. Num donatio ſit acquirendi dominii modus, an verò conventio? R. Eſt modus acquirendi dominii; eſt etiam conventio, & conventio tàm nuda; quàm cum cauſſa,

ſeu contractus; & tàm nominatus, quàm innominatus. De hac diſtinctione, & ejus utilitate. Vid. omnino Landrecht. lib. 3. art. 83. gl. lat. verſ. niſi donationem.

Modus acquirendi dominii, *quando res donata de manu transfertur in manum, vel traditione, vel legis actione. h. t. t. l. 4. C. Theodoſ. de donat. l. 1. C. Hermogen. eod. Eſt* conventio nuda *ex conſtitutione Juſtiniani. in l. 35. §. ult. C. de donat. Ergo legitima. Cum enim nudâ voluntate jure veteri non perficeretur, Juſtinianus ut perficeretur, effecit.* Contractus *ſanè ſuâ naturâ non eſt, cùm in donatione recta non geratur negotium aliquod. l. 14. De precar. l. 33. §. 1. de mort. cauſſa. donat. l. 20. & 46. D. locati. l. 12. De jure dot. l. 5. §. 4. de donat. inter vir. & uxor. Gœd. de contrah. ſtip. cap. 1. num. 33. & 38. At quoniam nonnunquam per contractus innominatos conventio donationis fiebat, ideo nomen contractus meretur. in l. 7. C. de his, quæ vi metusve cauſſa. l. 17. C. de fide Inſtrum. l. ſi quis donationis. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & ex contractuum natura cenſetur. l. ult. C. de rer. permut. l. 2. C. de condict. ob cauſſam Nov. 119. c. 1. l. 22. De donat. l. 25. §. 11. De hæred. petit.* Diſſent. *Weſenb. in Parat. de donat. num. 2. Coraſ. in l. poſt contractum. num. 3 de donat.* Cont. *1. diſp. 12. Franciſc. de Ramponib. in l. fin. de condict. cauſſ. dat.* Fortun. *Garz. in l. 7. de pact. & DD. quos mihi videre licuit omnes.*

mnes, alij aliter. Vide pro explicatione & defenſione hujus theſeos, amicabilem ſcholaſticam diſquiſitionem de donatione noſtram; in qua docuimus donationem propriè dictam eſſe ipſum actum donandi, liberalitatisq; l.1.in pr.& §. 1.l.15. §.2. De donat.alio verò reſpectu nonnunquam eſſe modum acquirendi dominii, ſeu titulum t. t. Inſtit.de donat.l.4.5.C.Theodoſ.de donat. l. 1. C. Hermogen.eod. §.fin.Inſt.de uſu & habit. nonnunquam pactum l.35.§.fin. C.de donat. interdum etiam contractum.l.7.de his quæ vi metusve cauſſ.& c.d.l.17.C.de fide Inſtr.l.ſi quis donationis. C.de præſcr.30.vel 40.annor.l.fin.de rer.permut. l.2.C.de condict.ob.cauſſ.l. 22.De donat.

3. Num donatio ſit civilis, an jurisgentium? R. Civilis.

I. Per l.Legitima.de pactis.juncta.l.35. §.5. C. de donat.

II. Expr.& §.fin Inſtit h.t §.ult. Inſt.de uſu & habit.

III Quoniam donatio habet civilem rationem.Gœd.in l.23.n.6 de V.S.Cujac.obſ.28. Cont. 1.*diſp.*12. Diſſent.*Weſenb.d.loc.Mozz.in tr.de donat.num.9.Coraſ.in d.l.poſt contractum.num. 4.de donat.& quodammodo.Don.5. comm.2.*

4. Num ab inteſtato quoque donatio mortis cauſſa ſit inſtar legatorum? Negam.

II.Per l.20.§.1.de leg.præſtand.

II. Quoniam Imper. Juſtinianus hic dicit, donationes mortis cauſſâ legatis connumerari per omnia FERE.

III. Quoniam in aliis etiam diſcrepant L. 5. §. pen. De his quibus ut indign. l. 25. l 28. l. fin. De mortis cauſſ. donat. l. 42. De condit. & demonſtrat. Cujac. 3. obſ. 17. in fin & in tr. 2 ad African. fol. 53. Diſſent. *Bocer. in tr. de donat. c. 5. n. 4.*

5. Num interdictum quod legatorum, habeat in his donationibus locum? Negamus.

Nam ſi quis ex mortis cauſſa donatione poſſideat, ceſſabit interdictum, l. 1. §. 5. D. Quod legatorum, & ibid Weſenb. n. 6. Diſſent. *Cujac. 10. obſ. 28. & 8. obſerv. 2.*

6. Num donatione mortis cauſſa transferatur ipſo jure res in donatarium? Affirmam.

Mortis enim cauſſa donationes ad exemplum legatorum capiuntur l. 2. de publ. in rem act. At ea quæ legantur, recta via ab eo, qui legavit, ad eum, cui legata ſunt, tranſeunt. l. 64. De furt. in fine l. 80. de legat. 2. l. 9. 55. de pecul. Cujac. 10. obſ. 28. Weſenb. Inſt. h. t. n. 5. Diſſ. *Contius lib. 1. diſp. c. 12. q. 99.*

7. Num donatio mortis cauſa ſit inter conjuges prohibita? Negam.

Per l. 9. §. fin. & ſeqq. de donat. inter vir. & uxor. l. Senatus 35. in pr l. 43 de mort. cauſſ. donat. arg l. 1. & 4. De acquir. poſſeſſ. Schneidw. h. nu. 7.

Moller.

Moller. lib. 1 ſemeſtr. cap. 5. Modeſt. P ſt. p. 2. q. 55. & ibidem in addit. Jacob. Schultes Diſſ. *Clar. §. donatio. q. 9. n. 2. Covarruv. in Rubr. de teſtam. p. 3. num. 2.*

8. Num donatio tempore peſtis, vel ab ægrotante facta, cenſeatur in dubio mortis cauſſa donatio? Neg.

I. Quoniam qui in extremis vitæ conſtitutus, abſolutè donat, non tam mortis cauſſâ, quàm moriens donat. l. 42 in fine de mort. cauſſ. donat.

II. Quoniam moriendi momentum vitæ reputatur, non morti, l. 42. De mort. cauſſ. donat. in fin. Coraſ. in l. ubi ita. num. 5. de donat. mort. cauß. Bartol. Bald. & DD. comm. in l. qua dotis 33. Solut. matrim. Ripa in tract. de peſte. cap. 1. num. 171. & ſeqq. Diſſent. *Corneus conſ. 124. Joan. Andr. in c. de his. de ſepult. Anton. de Butr. in c. 2. de conſuetud.*

9. Num donatio mortis cauſſa facta coram duobus teſtibus peſtis tempore, valeat? Affirm.

Quoniam in teſtamentis aliquid de rigore iuris communis remittimus l 8. C. de teſtam. multò magis igitur in hac donatione. arg. l 15. de donat. mort. cauſſ. Rip. in d. tr. cap. 2. n. 46. Diſſent. *Bart. in l 2 de legat. 1.*

10. Num mortis cauſſa donatio ſimpliciter ab ægrotante facta, ſolâ reconvaleſcẽtiâ revocetur? Affirm.

I. Per l. videamus 38. §. de uſur. l. apud 4. §. 1. de doli except.

II. Quoniam qui mortis cauſſa donat, id agit tacitè, ut cùm convaluerit, reddatur ſibi. l. non omnis. D. ſi cert. pet. l. in pr. de donat. l. Senatus 35. §. 3. de mort. cauſſ. donat.

III. Quoniam utilius eſt, aliquid ipſo jure quàm facto hominis tolli. l. ſi unus §. pactus. De pactis. §. præterea Inſtit. de except. Coraſ. in d. l. ubi ita n 5. D. h. t. Diſſent. *Dec. in l. non omnis. D. ſi cert. pet. VVeſ. in not. in Schneidw. hic. num. 21.*

11. Ubi ita donatur mortis cauſsâ, ut nullo caſu revocetur: queritur, an maneat mortis cauſa donatio, nun ſortiatur potiùs nomen donationis inter vivos? Reſp. manet donatio mortis cauſsà.

I. Nam ſic quoq; poteſt donari mortis cauſsâ, ut nullo caſu fiat ejus repetitio. l. ſi alienam. 13. in fine. d. l. 35. §. 4. de mort. cauſſ. don.

II. Per Nov. 87. in pr. Coraſ. in d. l. ubi ita. n. 3. & n. 6. D. h. t. Diſſent. *Gothofr. & DD. comm. ibid. Mynſ. 7. reſponſ. 69. n. 11. Schneidw. hic. n. 4. Clar. §. donatio. q. 4. n. 5. Cujac. conſult. 30. Hotoman. conſil. 72. n. 16.*

Ad §. alia. 2.

12. Emphyteuta num poſſit emphyteuſin ſine novo domini conſenſu donare? Affirmam.

I. *Per l. 219. de V. S. l. ſi domus §. fin. de legat. 1.*

II. Per

II. Per l.lex vectigali 31. De pignorib.

III. Per l.ult. C.de præd.decur.ſine decr.non alien.lib.10.& ibid.Cujac.

IV. Quoniam & ſervitutem ſine domini conſenſu poteſt conſtituere.Coraſ. in l.ſervitutes prædiorum 3.n.24.& ſeq.de ſervit.Gœd.in d.l.219.n.3.& ſeqq. De V.S.Borch. de feud.c.3.nu.42. Diſſ. *Bartol. in l.ſi domus.§.fin. n.2.de legat.1. Don.9.comm.14.*

13. An omnium bonorum donatio valeat? Affirm.

Per l. omnes §.1.D. Quæ in fraud.creditor.l.ſi quis argentum.§.ſed et ſi.C.de donat.l.8.C.de revocand.donat.l.5.C.de inoff. donat.l.1.§. ſi quis. D. Quorum bonorum l.12.C. ad l. Falcid. Nam & obligatione bonorum præſentia & futura veniunt. l.fin.C.Quæ res pigno. oblig. poſſ. Coraſ. 6.Miſcell. 17. Diſſent. *Petr.Pertic.quem Bartol. Bald. & alii Dd.comm. ſequuntur excepto Angelo Peruſino, ut ſcribit Caſtrenſ. in l.fin nu.6.C.de pact.Covarr. in rubr.de teſt.4.n.8.Hotom.in tr. de donat. circa fin.Bronchorſt.cent.2.aſſ.54. & alii aliter. Præſertim Anton.de Gamma deciſ. Luſit. 386. Ubi communem ab impugnationibus Coraſii liberare nititur.*

14. An qui ſciens indebitum conſtituit, donare intelligatur? Affirm.

Per l.2. de condict.indeb. l.9. C.eod. l. cujus 53. de R. J.

II. Quo-

II. Quoniam Campanus ſcribit: Si cùm ſciret quis, poſſe ſe id recuſare, obligari ſe paſſus ſit: non inhibendam operarum petitionem, quia donaſſe videtur. l. Cāpanus. 47. De oper. libert. Schneidw. ad h. §. & in §. de conſtituta. n. 33. Inſtit. de action. Diſſent. *ibid. Faber. Jaſon. num. 40. Zaſ. num. 12.*

15. Num donatio inter conjuges confirmetur morte donantis, etiam ſine traditione? Affirm.

I. Per l. 32. §. 1. & §. 18. de donat. inter vir. & uxor.

II. Per l. quod de ſuo. C. de dot. caut. non num.

III. Quoniam legata in teſtamento relicta confirmantur ſolùm teſtatoris obitu. l. 64. de furt. c. cum Matth. §. cæterùm, de celebr. miſſ. At quaſi teſtamento confirmatum eſt, quod ſic donatum eſt. l. 32. §. 1. in fine. de don. inter vir. & uxor.

IV. Per Nov. 162. c. 1. Coraſ. in d. l. ſoluto. 2. n. 12. D. Solut. matrim. & 5. Miſcel. 1. Fab. 2. conj. 8. Scip. Gentil. lib. 3. de donat. inter vir & uxor. c. 38. Diſſent. *Mynſ. 2. obſerv. 33 Gomez. 2. reſol 4. n. 33. Covarr. extr. de teſtam. p. 3. rubr. Corn. lib. 4. conſ. 124. Gail. 2. obſerv. 38.*

16. Num Juramento talis donatio confirmetur? Neg.

I. Quoniam non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum. c. non eſt. de R. J. in 6. l. 15. de condit. Inſtit. juncta l. 5. C. de legib.

II. Per l. 7. §. 16. de pactis. l. Stichum. §. naturalis. de

lis.de ſolut.junctâ.l.5.de pact.dot.l.ſi quis 112. §. fin.de legat.1.

III. Quia non debet juramentum eſſe vinculum iniquitatis.c.inter cætera.22.q.4.c.3. de jurejur.

IV. Quoniam nullus juris Canonici locus proferri poteſt, ubi ſit huic juri derogatum. Bald. conſ. 29. vol.3.c.plerumq; pen.extr. de donat. inter vir.& uxor.Gregor.Tholoſſ. 28. Syntagm. 2. Rip.Gentil.in tr.de donat.inter vir.& uxor.lib.3. c.2.cir.fin.tit.& alij quos allegat Anton.Gabriel. Rom.lib.3.concluſ.tit.de donat.concl.2.n. 2. verſ. contrarium,præſertim vero Bartol. Chaſſan. ad conſuet.Burg.rubr.4.§.7 in text.ſuppoſe que&c. pag.653.& multis ſeqq. Diſſ.*Mynſ.d.obſ.33.Gail. 2.obſ.38 & 40.*

17. Num remuneratoria donatio jure ſit inter patrem & filium valida? Affirm.

I. Quoniam hæc non eſt propriè donatio, ſed accepti beneficii compenſatio.l.ſed etſi 25. §. conſuluit.de petit.hered.l.Aquilius 27.h.t.

II. Quoniam nonnunquam in parentes filiorum merita conſtare poſſunt.Novell.2. in præfat. §.1.ibi,plurimum verò à filio experta favorem. l. 13.in princ.C de legit.hered.l.cùm pater. §. rogo. de legat. 2.l.fœminæ in princ. C. de ſecund. nupt. Gail.2.obſ.38 num.5.Bocer.de donat.c.8. num. 2. Diſſent.*Pinell.in l.1.p.3.n.62.C. de bon. matern. Obrecht.in diſp. de non mort. cauſſ. rel. donat. th. 159.*

18. Num

I. Quoniam tale juramentum impugnat legem naturæ. l. 7. de bon. damnat. juncta. l. 6. de pactis. l. 5. §. 5. De jurejur.

II. Quoniam fieret in fraudem liberorum, & ſic non valet. arg. l. 9. §. 5. De jurejur. L. 5. de agnoſc. & al. lib.

III. Quoniam ratio naturalis quaſi lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatem addicit; & liberos ad parentum bona vocat natura ſimul ratio, & commune parentum votum. l. 7. de bon. damnat. l. 7. ſi tab. teſtam. nullæ extab. l. 15. De inoff. teſtam. juncta l. id quod 11. de R. J. Mynſ. 5. obſerv. 63. 64. Beuſt. in d. l. 1. De jurejur. n. 196. Diſſent. *Tyraq. in d. l. 8. n. 95. & ſeqq Gomez. d. c. 4. n. 11.*

21. Num donationes ante delictum factæ, ab eo, qui delinquere conſtituebat, ſint invalidæ? Affirm.

I. Quoniam quamcunq; alienationem cum propoſito delinquendi factam lex averſatur. l. ſed ſi maritus. in fin. D. qui & à quibus. c. fin. de renunciat. in 6. l. ſi aliquis. De donat. cauſſ. mort.

II. Quoniam in fraudem legis eſt facta, ad hoc ſcil. ut pœnam publicationis bonorum eludat. l. ſi libertus minorem; verſ. diverſitatis. D. jure patron.

III. Quoniam *malitiis non eſt indulgendum l. in fundo 38. de rei vendicat.* Coraſ. *in d. l. poſt contractum, n. 6. de donat.* Diſſ. *Salycet. in l. pen. col. 4. C. de bon. proſcript. & DD. comm.*

22. Num

22. Num inſinuatio, cujus hic ſit mentio, locum habeat in donatione quoque ad Eccleſiam, vel ad pias cauſſas collata? Affirm.

Per l.19.C.de ſacroſ.Eccl.l.27.C.de donat. Bocer.in d.tr.de donat.c 3.n. 20. Diſſent. *Weſenb. hic.n.5. Tyraq.in l.8 n.275.* C. *de revocand. donat.*

23. Num inſinuatio fieri poſſit apud quemcunque judicem? Affirm.

I. Per l.in hac 30.C.de donat.

II. Quoniam inſinuatio nihil eſt aliud, quàm donationis in ſcripturam coram quocunque judice facta redactio. Gomez.in theſ. recept.ſent. in verb.inſinuatio n.107. Gail.2.obſerv.123. Eman. Soarez.in theſaur.recept.ſent. in V. inſinuatio num.107. D.ll. *Vaud 1.q.11. Guid.Pap.deciſ 325.*

24. Solidi quid ſint in hoc loco? Reſp. Sunt aurei Hungarici.

Arg.c.fin.extr.de rer permut.Weſenb.in parat. h.n.6.Bocer.d.c.2.n.19. Diſſentientes. *ibid. vide.*

25. Solidi undè dicantur? R. quòd illis nihil deſit.

Solidum enim ſignificat integrum, perfectum. Unde ſolida proprietas, plena, & non deducto uſufr. l 26.de uſufr leg. l.35.de bon.libert.ſolida legata, id eſt, integra.l.14.§.1 ff.ad l.Falcid. Molin. de uſur.n.64. D.ll. *Viv.in th.verb. aurei, qui ſtatuit ſic dictos, quòd ſint ex ſolido auro.*

26. Num

26. Num aliæ ſint admittendæ ingratitudinis cauſſæ, præter enumeratas in l. ult. C. de revoc. donat? Negam.

I. *Quoniam in d. l. ult dicitur*: Ex his tantummodo cauſsis.

II. *Quoniam aliàs odia reſtringi, favores verò convenit ampliari. l. 41. de pœn. l. 155. §. fin. de R. J. c. odia, de R. J. in 6. Schneidw. hic. n. 6.* Diſſ. *Gomez 2. reſolut. 4. n. 14. Clar. d. §. donatio q. 21. num 2. Vide omninò Beuſt. in l. 1. de jurej. nu. 188. & ſeqq.*

Ad §. pen.

27. Num exæquatio dotis & donationis propter nuptias ſit generalis, an ſaltem quoad quantitatem? Reſp. Generalis.

I. *Per Novell. 97. c. 1. Auth. æqualitas. C. de pact. convent. ibi. OMNIBUS, & ibi. NON TANTUM IN LUCRIS.*

II. *Quoniam & nomine & ſubſtantiâ nihil diſtat à dote ante nuptias donatio. l. cum multæ 20. C. de donat. ante nupt. Ergo & donatio propter nuptias. Coraſ. in d. l. ſoluto. num. 24. D. ſolut. matrim.* Diſſent. *Jaſ. in aut. æqualitas.*

Ad §. fin.

28. An inter conjunctos verbis & re ſimul, locus ſit juri accreſcendi? Affirm.

Nam non initio, ſed concurſu fiunt partes l.1. §.interdum de uſufruct accreſc.l.4.ſi pars heredit pet l.26.§.1.l.30.de condit. & demonſtrat.

II. Quoniam huic ſententiæ congruit ratio Celſi, dicentis; toties jus accreſcendi eſſe, quoties in duobus, qui in ſolidum habuerunt, concurſu diviſus eſt l.3.in pr.de uſufr.accreſc. Diſſent. *Robert.2.ſent.25.in fine.*

29. Num jus accreſcendi locum habeat etiam in verbali conjunctione? Affirm.

Per l.16.in fin.de legat.1.l.42.de legat.2.l.un. §.ubi autem 11.C.de caduc.tollend.l.67.de heredibus Inſtit.Duaren.1.de jure accreſc.c.10.Coſtal in l.1.in pr.num 4.de uſufru accreſc. Gœd. in l. 142.num.19 de V.S. Diſſent. *Accurſ.in l.pen.de uſufr.accr.Ant.Fab.6.conj.2.Cujac.15.obſ.4.& 24.obſ.344.*

30. Num in conjunctione reali, cùm unus deficit, pertineat legatum totum eo caſu ad alterum jure accreſcendi, an verò jure non decreſcendi? Reſp. Jure non decreſcendi.

I. Quamvis enim veteres hæc tam ſubtiliter non diſtinguant arg.l.1.§.interdum de uſufr.accreſc.l.hæc ſcriptura l.ſi ſeparatim. de condit. & demonſtr. Juſtinianus tamen ad expreſſionem verborum magis reſpexit.l.un.§.11.ver.ſi verò pars. C.de caduc.tollend.

II.Quia

II. Quia in reali conjunctione uterque conjunctorum ab initio in ſolidum habet legatam rem: & ſic altero deficiente ſolidum ſuum retinet l.80.De legat.3.Vult.1.J.R.per.in fine. Cujac. 24.obſerv.34. Diſſent. *Myнſ.ad h.§.n.10. Coſtal. in l 1.de uſufr.accreſc.Duaren. 2.de jure accreſc. cap.2.*

31. In concurſu num verbis tantùm conjuncti, conjunctis re tantùm, ſint præferendi? Negamus.

I. Par enim eorum jus eſt.l.66.de hered. Inſtit. l.un.§.bis ita.cum ſeq.C.de caduc.tollend.l.41.de legat.

II. Quia pari nituntur ratione & jure: uterque enim pro ſe partim expreſſam, partim tacitam habet voluntatem teſtatoris Gœdd.in d.l.142.nu. 20.de V.S Forcat.in Necyo.dial.59.num.4. Diſſent. *Duaren lib.2.de jure accreſc.c.11.& 13. Coſtal.in d.l.1.§.idem ait.num.15. Cujac.d.obſerv.34.in fine.*

DISPUTATIO UNDECIMA.

Ad tit. 8. & 9. lib. II. Inſtit.

Reſpondente

FRIDERICO COSTO, Hall. Saxo.

THESIS I.

NUm uſucapio quoque ſit propriè & verè ſpecies alienationis? Affirm.

I. Quoniam propriè eſt modus acquirendi dominium. l.3. de uſuc. t.t. Inſt. de uſucap. Ergo & amittendi l ferè 153. verſ. cum quibus modis. l. nihil tam. de R.J.

II. Per l.28. de V.S. ubi particula, VIX, nullum modum excipit. arg l. vix. 53. de judic. l. 19. in princ. vix. D. ad SC. Velleian. Donell. 9. comm. 12.

Gœd.

*Gæd.in d.l.28.nu.10.*Diſſent.*ibid.Brecb.n.*5.6. *& ſeqq.*

2. Num ſimplici alienationis prohibitione legatum etiam, & factum inſtituendi contineatur? Affirmamus, ſi eadem ſit prohibitionis ratio.

l.ſi quis prioris.§.certum.C.de ſecund.nupt.l.peto.§.fratre.l.Lucius 88.*§.matre 16.de legat.2. Sichard.ad l.fin.C.de reb.alien.non alien.Gæd.in d.l.28.num.16.de V.S.* Diſſ.*Ang.in conſ.59.col.3. Bald.& Jaſon.in l.1.de fundo dot.*

3. Dotis inæſtimato datæ quis ſit dominus? R. Mulier eſt domina proprietatis, maritus juris in proprietate ſibi conſtituti.

Per *l.7.§.3.l.69.§.8.l.75.l.77. in prin. de jure dot.l.13.§.dotale.l.14.§.pen.*De *fund.dot.l.ſervum dotalem.*De *manum.l.3.l.23.l.30.C.eod.l.doce ancillam.C.de rei vendicat.l.21.§.4.Ad Municip.§.per traditionem.Inſtit.de rer.div. Vult.1.diſcept.19.Vaud.2.quæſt.3.* Diſſent. *Coraſ.5.Miſc.16.*Pinell *in l.1.p.3.num.13.C.de bon.matern.* Cujac.10.*obſerv.32.& aliter Donell.14.comm.4.qui putat maritum non eſſe plenè dominum; ſed ſaltem quoad vindicationem & alios aliquos effectus. Quod refutatur per l.un.C.de Nudo Quirit.jur.toll.*

4. Num res mobiles quasvis, etiamſi ſervando conſervari poſſint, maritus alienare queat? Affirm.

I. Per l.divortio.§.ſi fundum. D.*ſolut. matrim.l.ſi ex lapidicinis.de jure dot.auth.ſive à me.* C.*ad Vellejan ibi.* UT NON ALIQUID IMMOBILE.

II. Quoniam lex Julia de fundis, & ſic de rebus ſoli loquebatur.h.pr.juncta l.quaſtio.& l.fundi.de V.S.

III. Quoniam Juſtinian.de immobilib.expreſsè loquitur.Novell.61.

*IV. Quoniam ſi de exceptione non conſtet, ſtandum eſt regula. At regula ſic eſt, quòd maritus res, quarum habet dominium, alienare poſſit.l. in re mandata.*C.*Mandat.Coraſ.in l.qui liberos.n.101.de ritu nupt.* Diſſ.*Bartol.&.*DD.*in l.1.*D.*ſolut.matrim.*

5. Num alienatio rei dotalis firmari, roborarique poſſit uxoris juramento? Negam. tam de jure Can.quàm de jure civil.

*I. Quoniam factum contra legem jurejurando non firmatur.l.non dubium.*C.*de ll.l.quis inquilinos.§.fin.De legat.1.c.non eſt De R.J.in 6.*

II. Quoniam eadem facilitate & fragilitate deducitur uxor ad jurandum.qua ad conſentiendum.l.doli.§.diverſum.de novat.

III. Quoniam nullo canone probatur, alienationem rei dotalis juramento confirmari: ſed ſaltem quod juramentum à muliere ſervari debeat. c.2.De jurejur.in 6.& c.2.extr. de jurejur. Inter *quæ duo, magna differitas eſt. Nam juramentum eſt perſonale.cap.veritatis.*De *jurejur, cap. debitores*

tores extr. de jurejur. l. 3. §. pen. De jurejur. & non ſtringit heredes; quemadmodum quidem contractus ſunt ad heredem tranſitorii. l. pro hereditariis C. de hered. act. l. 13. C. de contrah. & committ. ſtip. l. ſi unus, in pr. De pact. l. ſi ex patronis §. fin. De bon. libert. Deinde ſi juramentum ſervandum eſt, poteſt jurans contravenire, cæteris paribus, petita abſolutione: ſecus autem eſt quando juramentum firmat contractum: Crot. in l. ſtipulatio num. 33. De V. O. Dauth. in c. quamvis. de pact. num. 20. Coraſ. in d. l. qui liberos. num. 100. de ritu nupt. & in l. ſoluto num. 28. De ſolut. Matrim. Pratei. ad L. Jul. de fundo dotali §. certis tamen ex cauſſis. Diſſent. Canoniſtæ com. vide Dauth. in cap. quamvis. n. 118. extr. de pact.

Ad § contra. 1.

6. Num pignus ante biennium poſſit alienari, quando nullum de alienando pignore pactum adjectum fuit? Neg.

Per l. ult. § 1. ibi, poſt biennium. C. de jure dom. impetr. VVeſenb. in parat. de diſtract. pignor. num. 4. Cujac. de præſcript. cap. 21. Diſſent. *Donell. de pignor. cap. 10. & ad l. 4. C. de diſtract. pign. num. 3.*

7. An ſi convenerit, ne creditor pignus venderet, poſt trinam denuntiationem & biennium elapſum, nihilominus id vendere poſſit? Affirm.

Ineſt enim huic pacto tacita conditio: SI DEBITOR INTERPELLATUS SOLVAT. l.4 de pign. act. l.54. §.1. D. Locati. VVeſenb. de diſtrah. pign n.2. Donell. in l.4. C. de diſtr. pign. n.4. Diſſent. *Pinell. in l.2. p.2. n 8. & ſeq. C. de reſcind. vendit.*

Ad §.3. t.9.

8. An ſervus acquirat nobis poſſeſſionem etiam invitis vel ignorantibus ex cauſſa non peculiari? Neg.

Per *l.1. §. item acquirimus. l. quicquid. l. peregrè. §.1.* De *Acquir. poſſeſſ. l. juſto. § ult. de uſucap. Donell. 5 comm. 8. & 10. & præ aliis Anton. Matthæus hic.* Diſſent. *DD. comm. & Cujac. 24. obſerv. 9.*

Ad §. ex his quoq; pen.

9. Num infante acquirant ſibi poſſeſſionem per tutorem? Affirm.

Nam judicium infantis ſuppletur auctoritate tutoris. l. quamvis. 32. §. infans 21. De acquir. poſſeſſ. l.3. C. eod. Cujac. in §. pupillus. de uſucap. Donell. 5. comm. 11. Diſſent. *Duaren. in d. l.3. Calderin. in l.3. verbo, cùm non abſimilis. num. 51. & ſeqq. C. de in integrum reſtitut.*

DISPU-

DISPUTATIO DUODECIMA.

Ad tit. 10. 11. 12. 13. 14. lib. II. Inſtit.

Reſpondente

ANDREA BERGIO, Colberg. Pomer.

THESIS I.

Ad pr. tit. 10.

NUm hic proponatur definitio teſtamenti? Neg.

I. Quoniam nulla proponitur hic teſtamenti forma, quæ in directa heredis inſtitutione conſiſtit. l. 19 §. 1. De teſtam. milit.

II. Quoniam Imperator hic dicit APPELLARI.

III. Quoniam omnis actus, teſtes requirens, mentis eſt teſtatio Vult. hic n. 14. & in tr. de ult. volunt. p. 83. Diſſent. *VVeſenb. hic. n. 2.*

2. Num verò vera proponatur & logica teſtamenti notatio ? Affirm.

I. *Quoniam & magnus ille IC. Servius Sulpitius eam propoſuit apud Gell. 6. noct. Attic. 12.*

II. *Quoniam hæc notatio à formâ teſtamenti externâ ſeu exiſtentiæ deſumta videtur.*

III. *Quoniam ICti notationes ſuas ex rebus deducunt, ut intelligatur natura rei.*

IV. *Quoniam illa adjectio* MENTUM *hic neutiquam eſt otioſa. Vult. dd. loc. Connan. 9. comm. 1. Gœdd. in l. 164. nu. 6. de V.S. Rolandin. Rodolphin. in ſumma. art. Notar. cap. 8. Petr. Gregor. Toloſ. in ſyntagm. jur. p. 3. lib. 42. c. 2. n. 3. Daueh. de teſtam. n. 9. Diſſent. Gell. 6. noct. Attic. 12. Valla 6. elegant. 35. Alciat. 4. de V.S. Cujac. 11. obſerv. 37. & 26. obſerv. 40. Tyraq. de nobilit. c. 31. num. 538.*

Ad §. ſed cùm paulatim.

3. Num teſtamenti factio ſit jurisg. an verò juris civilis ? Reſp. juris civilis.

I. *Quoniam in h. §. jus teſtamentorũ refertur partim ad jus civile, partim ad jus prætoriũ, partim ad cõſtitutiones principũ, nihil ejꝰ ad jusgent.*

II. *Quoniam verbis legis XII. Tab. his ;* UTI LEGASSIT SUÆ REI, ITA JUS ESTO ; *latiſſima poteſtas tributa videtur & hæredis inſtituendi. l. 120.* De *Verb. S. juncto. §. ante heredi Inſt. de legat.*

III. Quo-

III. Quoniam aliquid iniquitatis naturalis habent leges teſtamentaria. Bodin. 5. de Repub. 2.

IV. Quoniam Germani ſciverunt quidem teſtamentorum uſum. Bodin. d. cap. 2. ſed tamen apud ipſos ſucceſſores cuiq; liberi. Corn. Tacit. de moribus German.

V. Quoniam deportati non poſſunt facere teſtamentum, nec ex eo capere. l. 1. C. de heredibus Inſtit. l. 2. C. de bon. proſcript. l. 8. §. 1. Qui teſtam. fac. poſſ. l. 1. §. hi quibus. De legat. 3. Bodin. lib. 1. de Rep. c. 6. At deportati ea, quæ juris g. ſunt, habent. l. ſunt quidam 17. §. 1. De pœnis. l. ſi mandavero 22. §. is cui. D. Mand. l. 15. De Interd. & releg.

VI. Per §. fin. Inſtit. de uſu & habit. Bartol. in l. ex hoc jure. De juſt. & jur. Gædd. in tract. de contrab. ſtip. c. 2. concl. 1. n. 22. & ad l. 2. §. 1. n. 27. de V. S. Bronch. cent. 2. aſſ. 27. Vasq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 1. n. 1. Diſſent. *Villalob. in C O. in lit. T. n. 20. Cujac. ad l. 1. & 3. D. h. t. Vult. ad h. §. n. 1. & in d. tr. pag. 59. Connan. 1. com. 6. Vacun. 1. declarat. 16. n. 1.* Bolognet *de leg. & æquit. c. 16. n. 11. Dauth. de teſtam. n. 82. ubi plures alleg. t.*

4. Num requirantur in teſtamentis adhuc hodie ſeptem teſtes? Affirm.

I. Per h. text.

II. Quoniam lex, ne quid falſitatis incurrat per duos fortè teſtes compoſitum teſtamentum, majorem numerum teſtium expoſtulat: ut per ampliores homines perfectiſſima veritas reveletur. l. ult. C. de fideicomm.

III. Quo-

III. Quoniam idem in comitiis Colonienſib. ſub Maximiliano habitis anno Chriſti 1512. conſtitutum legitur ſub tit. Von Teſtamenten §. Vnd ſollen die Notarij.

IV. Per l. jubemus. C. de teſtam.

V. Quoniam c. cum eſſes. extr. De teſtam. in terris Imperii non vendicat ſibi locum, ut teſtatur Eberhard. in Top. in loc. à ratione legis larga.

VI. Quoniam teſtamentum eſt voluntas perfecta: Congruit igitur etiam numerus perfectus. Dauth. de teſtam. num. 420. & ſeqq. Vult. ad §. poſſunt nu. 28. Gartz. de ult. fin jur. n. 244. Diſſ. *Canoniſtæ comm. in c. cùm eſſes; extr. de teſtam. & Alciat. in l. 1. n. 12. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

5. Quot teſtes requirantur in teſtamento tempore peſtis condito? Reſp. Si parva peſtis ſit ſeptem adhiberi debent, ſi magna & dura, quinq;: Sin teſtator peſte correptus ſit, vel ejus domus infecta, duo vel tres ſufficient.

I. Per l. 8. l. fin. C. de teſtam p. 3. Conſtit. Elector. Sax. 4. quod & receptum à Repub. Francoford. ad Mœnum teſte Refor. p. 4. t. 1. §. 3. & Noricâ tit. 29. §. Aber in der zeit.

II. Quoniam neceſſitatis tempore à regulis juris receditur. l. 1. De damno infecto.

III. Quoniam peſtis eſt bellum divinum. Maſcard. concluſ. 1352. n. 18. Vide Gail. 2. obſerv. 118. n. 18. Dauth. de teſtam. nu. 424. Boër. *deciſ. 228. Ayrer. p. 1. c. 2. obſ. 1. num. 16. & ſeqq.* Diſſent. *Fulgoſ.*

Aretin.

Aretin. Paul. de caſtro, & DD. comm. in l. 8. §. fin. C. de teſtam. Hotom. conſ. 15. & 20. & alii aliter.

6. An contractus in teſtamento poſſint celebrari? Neg. niſi ſit contractus ad teſtamentum pertinens.

I. Per h. §. l. heredes palam. 21. §. fin. D. h. t. l. cum antiquitas. C. eod.

II. Per l. 20. de V. S.

III. Quoniam teſtamenta ad mortem usq; poſſunt revocari. l. 4. De adim. legat. At à contractibus ſemel initis non licet recedere. l. ſicut. C. de O. & A. l. 12. in fin. C. de contrah. emt. l. 17. §. 3. commodati. l. 22. in fine. Mandati. Vigl. in §. ſed paulatim hic. eleganter Dauth. in explic. l. heredes palam. D. h. t. nu. 17. & multis ſeqq. Bronch. cent. 2. aſſ. 29. Diſſ. DD. *comm.* Covarru. *in rubr. de teſtam. n. 17. Boër. deciſ. 353. n. 4. Loriott. de apicib. jur. tit. de teſtam. ord. ax. 25.*

Ad §. 5.

7. Num teſtes teſtamentarii poſſint alio quovis quoq; ſigno, præter annulum ſignare, num annulus præcisè requiratur? Reſp. Annulus requiritur.

I. Per l. 22. §. ſignum. D. Qui teſtam. fac. poſſ. l. 12. C. de teſtam.

II. Quoniam ad majorem certitudinem in teſtamentis multa ſpecialiter ſunt recepta. l. ult. C. de fidei

de fideicomm. Supremæ namque voluntates periculo falſitatis præter cæteras teſtationes maximè ſunt obnoxiæ; quod homines libenter inhient alienis hereditatibus.

III. Quoniam aliàs in teſtamentis ſervatur nimia & miſera diligentia.l.88. in fine. De legat.3.

IV. Quoniam ideo potiſſimùm videtur permiſſum, ut alieno quoq; liceat annulo ſignare teſtamentum. h.§.

V. Quoniam veteres ſignandi cauſſâ ſecum annulum circumferebant qui & ideo ſignatorius dicebatur l.74. De V.S. & notior eſſe potuit omnibus, quia ſemper in digito geſtaretur. Unde quoq; non plus quàm unum ſignatorium annulum habere licuit, ut teſtatur Macrob. lib.7. Saturn. 13. Duaren. ad h.t. Digeſt. ſub rubr. De teſtam. in ſcriptis. verſ. quarto præter. Dauth. ad l.22.§. ſignum. D.*h.t. Robert.1.lect.21. Cujac. 14. obſerv. 11.* Diſſ. *Donell.6.comm.8. Hotoman.1.obſerv.20. Weſenbec.hic.* Diſſ. *aliter Connan.9.comm.2. Vult. hic. num. 35. & in d. tract. de ult. volunt. pag. 121. Eguin.Baro.hic. Quorum ſententia conſtitutione Imperij comprobata eſt.* von Notarien. *ſub rubr.* von Teſtamenten. *verſ.* Nun die form eines Teſtaments.

Ad §.9.

8. Utrum emancipatus filius patri teſtis eſſe poſſit? Affirm.

I. Quoniam filius emancipatus in poteſtate patris non eſt.

II. Quo-

II. Quoniam non videtur una cum patre perſona.

III. Quoniam novum caput & novam familiam habet. l. pronunciatio. §. 1. de V. S.

IV. Quoniam teſtis heredi potius eſt, quàm teſtatori. Donell. 6. *com.* 7. Diſſ. *DD. comm. & quodammodo Duar. 1. diſp. 28.*

9. An valeat teſtamentum, ſi teſtator alterius inſtinctu quæſitus à Notario reſponderit, ſe velle Caium eſſe heredem? Negam.

Quoniam neceſſe eſt, teſtatorem voce exprimere nomen vel nomina heredum. l. 29. v. quemadmodum enim. C. de teſtament. Vigl. in §. 3. nu. 11. Inſtit. h. t. Diſſ. *Angel. in pr. h. t. & & DD. in d. l. 29. Si tamen aliquis in teſtamento aliquid ſuâ manu ſibi aſſcripſit, & teſtator in calce teſtamenti, non tantum generaliter, ſed etiam ſpecialiter id approbaverit, putant valere relictum, & excuſari teſtamenti ſcriptorem à pœna Senatus C. Liboniani. per l. Divus. §. & quaternis. verſ. ſi tamen.* De falſ. *Montan. de tutel. c.* 10. *n.* 39. *Vide omninò eleganter diſtinguentem. Dauth. de teſtam. pag.* 279. *n.* 234.

Ad pr. tit. 11.

10. An milites limitanei teſtentur jure militari? Affirm.

I. Quoniam & *propter ſubita pericula cenſentur in expeditione, l. 6. §. 1.* De *V. S.*

II. Quo-

II. Quoniam & paganus in acie ſive procinctu quoquo modo teſtamentum facere poteſt. l.ult.de teſtam. milit. Cujac.conſult.49. Gothofr. in l. 17. C. de teſtam. milit. Diſſ. *Ripa in l. 27. D. eod. & DD. comm. Gail. 2. obſ. 118. n. 6.*

Ad §. planè. 1. t. 11.

11. Num valeat teſtamentum militis coram teſtibus caſu intervenientibus, factū? Affirmamus.

Per h. pr. ibi: neque aliam teſtamentorum ſolennitatem; & *ibi.* quoquo enim modo voluntas ejus; &c. *l. 3 l. 15.* C. *de teſtam. milit.*

II. Quoniam milites ad ſolennitates juris civilis non ſunt aſtricti. l. 1. de teſtam. milit. At rogatio juris eſt civilis. Auth. rogati. C. *de teſtib. Weſenb. hic, n. 11. Vigl. ibid. n. 5.* Diſſ. *Baver. in §. ult. n. 37. inſt. de teſtam. ordin.* Clar. *in d. §. teſtamentum. q. 58. n. 4.*

Ad §. fin.

12. An advocati & alii togatæ militiæ milites poſſint jure militari teſtari? Neg.

I. Per h. §. ibi. ſed jure communi.

II. Quoniam armatæ militiæ milites propriè veniunt nomine militum & commilitonum. l. 1. § ult. de teſtam. milit.

III. Quoniam propter imperitiam & ſimplicitatem hoc militibus conceſſum fuit. d. l. 1. D. h. t. l. 3. C. *eod.*

*C.eod.pr.Inſt.hic; cùm arma ſcire magis quam jura milites, ſacratiſſimus legislator exiſtimaverit.l.fin.in pr.C.de jure delib.l.9.§.1.de jur. & facti ignor.At verò turpè eſt cauſſas oranti, jus, in quo verſatur, ignorare, l.2.§.43. De O.J. Donell. 6.comm.28.Schneidw in pr.h. t. n. 12. Weſenb. ibid.num.6.*Diſſent. *Horat.Luc. de privil.Schol. priv.5 Gail.d.obſ.118.n.15.Graß.§. teſtamentum. q.4.Vigl.in pr.n.8.*

Ad pr.t.12.

13. Num filiusfam. de illis adventitiis, quorum uſusfruct. ad patrem non pertinet, poſſit teſtari? Neg.

I. Per h.pr.in fin.

II. Per l.pen.& ult.C.Qui teſtam fac.poſſ.cùm illa bona nihilominùs maneant adventitia.

III. Quoniam teſtamenti factio publici juris eſt.l.3.Qui teſtam.fac.poſſ.& ſic certis legibus aſtricta.l.teſtand.C.de teſtam.At filiusfam. à teſtamenti factione regulariter arcetur. Vaſq. de ſucceß.progreſſ.lib.1.§.1.n.4.Et hanc veriorem eſſe dicit.Specul tit.de inſtrum edit.§. compendiosè. nu.4.Weſenb.conſ.17 n.3.Vide Donell 6 comm.5. & 28.in fine VVeſenb.n.3.Mynſ.n.6.Vigl n. 16. Vult.nu.11.& in d.tr.pag.155.Bronch.cent. 2. aſſ. 28.Vide præ aliis Dauth de teſtam.n.1 4.& ſeqq. ubi diſſentientium argumentis eruditè reſpondet Diſſent. *Vaud.1.q 1.VVurmſ.1.pr. 3.obſ.16. Cravett conſ.543.& 555.Gothofr ad l.3.§.1.C.Qui teſtam.fac poſſ.*

Ad § fin. tit. 12.

14. Num adhuc hodiè damnati pœnâ capitali, prohibeantur à teſtamenti factione? Neg.

Ideo enim olim teſtamenti factionem amittebant, quoniam eorum bona publicabantur: l. 8. §. fin. D. *Qui teſtam. fac. poſſ. At bona damnatorum non fiunt amplius lucro judicibus, aut eorum officiis: neq; ſecundũ veteres leges fiſco applicãtur, ſed aſcendentib. & deſcendentib. & ex latere* (Hæc verba *& ex latere*, non ſunt in græco *Novellæ* 134. *§. fin.* unde authentica deſumta eſt, textu, nec in Latino. Quæ cauſſa movit aliquos, ut putarent ea hic eſſe delenda. Bartol. vol. 1. conſ. 157. num. *1.* & alij allegati apud M. Anton. Delrio hic. Communius tamen receptum eſt, etiam admitti collaterales. Proſper. Farinac. in praxi crimin. lib. 1. tit. 3. qu. *25.* Quam ſententiam, ni fallor, nos in pronunciando ſumus ſecuti.) *usque ad tertium gradum, ſi ſuperſint. Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript. ſeu damnat.* Frider. *Ortlepius in exam. notar. immatr. in q.* Was vor Perſonen teſtiren. *pag.* 50. Diſſ. *Vasq. ill. contr. 96. cum com. qui auth hanc reſtringere nititur ad damnatos in metallum, ſed refutatur illis verbis*, neque ſecundum veteres & *d. Novell. 134. c. fin ibi.* mortem aut proſcriptionem. *Sanè diverſa opinio probabilioribus fortaſſe an de jure Romano ſuſtineri*

poſſit

poſſit argumentis; ſed tamen hæc noſtra quæſtionis ſententia de conſuetudine ſervatur, teſte Caſtr. in l. ejus qui. §. ſi cui D. h. t. & Electorali Saxonica conſtitutione corroboratur. p. 3. cap. 6. & ibi. Dan. Moller. Vide omninò Dauth. de teſtam. num. 210. & ſeqq. Et ſi hanc tueri malis, poteris ad diſſentientium argumenta reſpondere ex Auth. Quod ſine. C. De donat. inter vir. & uxor.

Ad pr. tit. 13.

15. Num filius ſub caſuali vel mixta conditione inſtitutus, præteritus cenſeri debeat? Reſpond. præteritus non impropriè dici poteſt.

I. Quoniam filius non ſub ea conditione inſtitutus videtur, quæ in poteſtate ejus eſt, & ideò teſtamentum nullius eſt momenti. l. Lucius 83. de condit. & demonſtr. l. 4. C. de inſtitut. & ſubſtit.

II. Per l. 4. de heredibus Inſtit. l. 15. & ult. de condit. Inſtit. Coraſ. in rubr. C. de impub. & al. ſubſtit: Donell. 6 comm. 12. Duaren. in tit. de condit. Inſtit. cap. 4. Diſſent. *DD. & Gothofr. in d. l. 4. C. de inſtit. & ſubſtit. Vaſq. §. 30. n. 112. & ſeq. de ſucceſſ. creat.*

16. An igitur liberi in conditione SI SINE LIBERIS poſiti, videantur ex teſtamento vocari? Neg.

I. Per l. 1. C. de pact. ubi aliàs revocare potuiſſet Philinus ſextantem, cùm ea, quæ reſtitutioni ſubjecta ſunt, alienari non poſſint. l. ult.

 §. pen.

§. pen. & auth. res. C. commun. de legat.

II. Quoniam quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione. l. 8. D. ſi quis omiß. cauß. teſtam. l. 1. §. item ſi ita. D. ad l. Falcid.

III. Per l. 32. D. hered. inſt. ubi qui poſitus erat in conditione, non vocatur ex teſtamento, ſed ab inteſtato. ibi. puto deficere conditionem teſtamenti.

IV. Per l. Lucius 85. de hered. Inſtit. in fine. ibi. non enim fratrem ſolum heredem prætulit ſuſtitutis; ſed & ejus liberos. *Ex quibus verbis ſic argumentor. Si prætulit liberos neque per inſtitutionem, neque per fideicommiſſum; non prætulit ex cauſſâ teſtati: At prius: Poſterius igitur. Non per inſtitutionem, quoniam ea ex conjectura non inducitur, ſed verbis debet fieri. l. jubemus. C. de teſtam. l. cum proponeretur. de leg. 2. §. in primis. Inſtit. de fideicomm. hered. Non per fideicommiſſum; quoniam id intercidit, quando heres ſcriptus ante aditam hereditatem moritur, dum non repudiârit in fraudem fidecommiſſarii. l. 13. §. 3. l. 27. § 6. D. ad SC. Trebell. l. 4. C. eod. l. 2. § ult. De ſuis & legit. Donell. 7. comm. 21. Atqui frater hic, priusquam adiret, deceßit.*

V. Quoniam hæc ſententia rebus judicatis ſæpè confirmata, Germaniæq; uſu comprobata eſt. Duaren. de condit. Inſtit. c. 5. Gail. 2. obſ. 136. Donell. in l. 1. C. de pactis. Cujac. in l. 85. D. hered. inſtit. Cephal. conſ. 16. Boer. deciſ. 147. Gome. 1. reſolut. 3. n. 23. adde Forſter. 4. de ſucceſſ. c. 1. Alberic.

Gentil.

Gentil.de condit.lib.1.pag.86. Diſſ.*Coraſ.2.Miſc. 19.Hotom.ill.q.13.Forc.in dial.50.& 51. Gœdd.in l.148.de V.S.Cujac.conſ.53. & omnium acerrimè Fachineus 4.controv.51.Vide quæſtionem banc prolixè tractantem.Petr.Anton.de Petr.in tr.de fideicom.q.9.n.154.& ſeq.ubi defendit contrariam.Vide omnino Hartman.Piſtor.lib.4.q. 191. num.298.*

17. An igitur præteritus totum teſtamentum infirmet etiam quoad legata? Negamus.

I. Per Novell.115.c 3.in fin.

II. Per §.eadem.Inſtit.de hered.ab inteſt.

III. Per auth. Ex cauſſâ.C.de lib præter.

IV. Quoniam ea ſola Juſtiniano fuit intentio, à parentibus & liberis injuriam præteritionis & exheredationis auferre.d.Nov.115.c.5. Atqui fit injuria filio præterito vel exheredato ſolummodò quoad inſtitutionem. Gail.2.obſ.113.nu.1. Donell. in d.auth.ex cauſſa n.7.& 8.& 9.comm.10.fol.307 Diſſent.*Cujac.in l.7.De injuſt.rupt.& in l. 4. De lib.& poſt.Alciat.4.parerg.9.*

18. An exheredatio fieri poſſit ob alias graviores, aut æque graves cauſſas, quàm quæ in d.Novell.115.c.3. relatæ ſunt? Negamus.

I. Propter inſtitutirationem, quod ibi habetur: SED QUIA CAUSSAS.

II. Quoniam dicitur; nominatim.

III. Quoniam dicitur, ut præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſſas opponere, niſi quæ in hujus conſtitutionis ſerie continentur.

IV. Per c. odia. de R. J. in 6.

V. Quoniam aliàs altercatio nondum eſſet ſublata. Connan. 10. comm. 6. Vigl. in § fin. num. 8. h. t. Bronch. cent. 2. aſſ. 32. Diſſent. *Coraſ. 3. de juris arte c. 8. Alciat. 3. parad. 14. Eberh. in Topic. in loc. ab Except. ad reg. Menoch. de arbitr. jud. q. 2. caſ. 267. n. 6. Schneidw. hic. n. 15. & DD. com. Ludovic. Schwartzmeier miſc. 5.*

Ad §. poſthumi. 1.

19. Num poſthumus adhuc hodie poſſit exheredari? Neg.

Nam hodie nemo poteſt exheredari, niſi certis ex cauſsis ingratitudinis, in d. Nov. 115. c. 3. relatis. Satis autem crudele nobis eſſe videtur, eum, qui non ſentit, ingratum exiſtimari. l. 33. in fin. C. de inoff. teſtam. Cujac. ad l. 4. De lib. & poſth. Vult. hic. n. 16. & in d. tr. p. 193 Habebũt igitur potius jus dicendi nullum. Nec iniquum eſt meliore conditione frui poſthumos, atq; natos. Vide l. 33. C. de inoff. teſtam. Cajum lib. 2. tit. 3. §. 2. & quæ nos diximus ad l. 6. in princ. De inoff. teſtam. Diſſent. *Alciat. 4. parad. 10. Connan. 9. comm. 10. Donell. 6. comm. 13 & 19. comm. 4. p. 272. Pac. 5. ἐναντιωφ. 86.*

Ad §. poſthumorum.

20. Utrum

20. Utrum in alienis poſthumis, teſtamenti, vel mortis tempus ſit attendendum? Reſpond. Mortis.

I. Quoniam in ſuitate ejus, de cujus hereditate agitur, mortem leges attendunt. l. lege Cornelia in fin. De teſtam. §. ſui. Inſtit. de hered. qual. & diff.

II. Per l. quod vulgo de bon. poſſ. contr. tab. Coraſ. in anteluд. ad l. Gallus n. 8. de lib. & poſthum. Diſſent. *Alex. Jaſon. ibid. Bartol. in §. ille caſus. ejusd. leg.*

21. An Gallus Aquilius jus novum induxerit, quo hæc poſthumorum inſtitutio recepta? Negam. Nam formulam ſaltem induxit.

I. Quoniam JCi condendæ legis poteſtatem non habuerunt, niſi quatenus illis à Cæſaribus tribui cepit. l. 2. §. & ut obiter. de O. I. Coraſ. in l. 11. de jurisdict. & in l. Gallus. §. quæramus. De lib. & poſth.

II. Quoniam Aquilius ut plurimùm in cautionibus & formulis concipiendis occupatus fuit, qualis & hæc eſt, & Aquiliana ſtipulatio. D. Georg. Eberlin. in l. 2. De O. I. c. 40. n. 6.

III. Quoniam idem jus latiſſimis L. XII. *tab. verbis acceptum referimus. Coraſ. in d. antelud. ad l. Gallus n. 14.*

IV. Quoniam id ſuadet vocula INDUXIT in pr. d. l. Gallus. Coraſ. ibid. n. 6. Mar. Salomon. & Duaren ibid. Nonius in h. §. n. 11. Diſſ *Vigl. hic. n. 4. Forc. dial. 8. n. 7. & 8.*

Ad § fin.tit.13.

22. An adhuc hodie præteritio materna ſit pro exheredatione? Neg.

Per d.Nov.115.cap.3.Vult.hic, & 1. J.R. 73. Diſſen. *Weſenb.hic.*

Ad § ſervus plurium 3.tit.14.

23. Servus communis ab alterutro heres inſtitutus, num adipiſcatur libertatem? Affirm.

I. Per §.fin.ſup.de donat.

II. Per l.un. C.de comm.ſer.man.Vult.num.6. Vigl.num.15. h. §. Diſſent. *Joan. Fab. Ang. & DD.ibid.*

Ad §. hereditas.

24. Num ante vocem SEXTANS ſit ponenda vocula SEXCUNX vel UNCIA? Negam.

I. Per l.50.§ fin.D.h.t.

II. Quia Juſtiniano fuit propoſitum, nomina, quæ ſunt inter unciam & aſſem, enumerare. Baro. Bald.Vult.hic.num.4. Diſſent. *Cujac. Hotom. Vigl.Weſenb.ibid.*

Ad §. videamus 7.tit.14.

25. An prohibitio teſtatoris quid obſtet juri accreſcendi? Negam.

I. Quoniam jus noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtato & inteſtato deceſſiſſe, l. jus noſtrum 7.de R J.

II. Quo-

II. Quoniam nemo poteſt in teſtamento ſuo cavere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. l. nemo 55. de leg. 1.

III. Per l. 36. l. 74. De hered. Inſtitut. Vult. hic. & in d. tract. pag. 222. & ſeq. Diſſent. *Gomez. 1. reſolut. 10. Bartol. in. l. quotiens 9. §. ſi duo. D. h. t.* Diſſent. *aliter. Vigl. hic. & Gothofred. in d. l. 7. de R. J.*

Ad §. etſi. 8.

27. Si quis dupondium diſtribuit, & tertium ſine parte inſtituit, in quam partem hic veniet? Reſp. Non in alium aſſem, ſed in trientem.

I. Per l. 17. §. fin. de heredibus Inſtit.

II. Quoniam aliàs eveniret, ut contra mentem & ſententiam teſtatoris, tantundem haberet tertius ſolus, quantum primus & ſecundus ſolùm. Anton. Fab. *5. conj. 20.* Diſſ. *Hotoman. hic. & 8. obſ. 2.*

DISPUTATIO DECIMA TERTIA.

Ad tit. 14. 15. 16. 17. 18. 19. lib. II. Inſtit.

Reſpondente

JOHANNE JDENIO, Brandenburg.

THESIS I.

Ad prin. tit. 15.

NUm ſubſtitutio jurisg. an verô civilis? Reſp. Civilis.

Per l. 2. de vulg. ibi. Moribus. *l. 4. eod. l. 1. C. de Caduc. tollend. Prætei. in lexic. verb. Moribus. Foquelin. pag. 31.* Diſſent. *Odd. in prælud. comm. p. 1. q. 3. & p. 3. q. 3. Coſtan. lib 1. q. 6. & ſeq. Gilken. ad l. 1. C. de heredib. Inſtit. & in prælud. ad tit. C. de impub. & al. ſubſtit.*

2. An

2. An ſubſtitutio vulgaris ſuo heredi vel ſervo proprio facta, faciat ex neceſſario voluntarium? Neg.

I. Per §. ſint autem. 3. Inſtit. de hered. ab inteſt. §. 1. & 2. Inſtit. de hered. qual. l. cum non ſolum. §. ſimili bono. De bon. quæ lib.

II. Quoniam filio impuberi ſemper in vulgarem caſum intelligitur ſubſtitui. l. 4. de vulg. Js tamen nihilominus neceſſarius heres patri dicitur exiſtere. l. Julianus 42. De acquir. hered. l. ſi filius 12. de vulg. Donell. 6. comm. 24. pag. 81. Coraſ. 1. Miſc. 2. Anton. Fab. 22. error. pragm. 6. & 7. Connan. 10. comm. 7. Gilken. ad l. 4. nu. 27. & ſeq. C. de impub. & al. ſubſtit. Alex. in tr. de ſubſtit. pag. 38. & ſeqq. & pag. 49. Diſſent. *Bartol. in l. 1. De vulg. Gomez. 1. var. reſol. 3. n. 15. Mynſ. n. 2. Vult. n. 6. in h. pr.*

3. Num paterfam. præferatur ſubſtituto, ſi filius ejus inſtitutus repudiet hereditatem? Affirm.

I. Nam qui ita ſubſtituit: SI STICHUS HERES NON ERIT, SEMPRONIUS HERES ESTO; *intelligitur tale quod dicere, ſi Stichus neq; ipſe heres erit, neq; alium fecerit. l. paterf. 40. de hered. Inſtit. §. ult. Inſt. de vulg. l. ſi quis filiu. 7. de acq. hered. l. cum proponas. C. de heredibus Inſtit.*

II. Per l. 25. §. pen. D. ad SC. Trebell.

III. Per

III Per l. 8. §. 1. C. de bon. quæ lib.

IV. Quoniam pater & filius habentur una & eadem perſona. l. ult. C. de Impub. & aliis ſubſtit. Duaren. ad tit. D. de vulg. cap. 10. Vasq. 1. de ſucceſſ. prog. §. 5. n. 17. Diſſ. *Donell. d. lib. 6. cap. 24. Connan. 10. comm. 7. num. 4. Jaſ. in l. cum filio. num. 87. De legat. 1. Fachin. 4. contr. 63.*

Ad §. ſed ſi. 3.

4. Teſtator Mævium & Titium heredes inſtituit, ac Titium Mævio ſubſtituit, & Mævio Sempronium, illis deficientibus, ad utramque partem Sempronius admitti debet, an ſubſtitutionis jure, num verò jure accreſcendi? R. Subſtitutionis jure.

Per h. §. l. ſi Titius coheredi 27. ibi ſubſtitutum eſſe l. cohered. 41. D. h. t. Duaren. d. loc. Weſenb. num. 2. Mynſ. n. 4. Foquelin. & ex ipſo Vultejus. Vigl. hic. Diſſent. *DD comm. ad l. 6. h. t. Lancellot. Polit. de vulg. ſubſtit. n. 107.*

Ad §. fin.

5. Teſtator alienum ſervum, quem exiſtimabat liberum, heredem inſtituit, eique ſubſtituit, quæritur, an ſubſtitutus in dimidiam partem hereditatis admittatur? Negam.

Nam alter tantùm ſemis inter eum, qui dominus inſtituti heredis fuerit, & ſubſtitutum

æquis

æquis portionibus dividetur. l. ſi paterfa. 40. in fine. de hered. Inſtit.

II. Quoniam partitionis nomen non ſemper dimidium ſignificat. l. nomen. 164. §. 1. De V. S. Diſſ. *Cujac. in not. Vultej. Borch hic.* Diſſ. *aliter Weſenbec. Mynſ.* Hotom. *Vigl. hic. Don. d. lib. 6. comm. cap. 24. Alciat. 1. diſput. 2. Vacon. 6. declamat. 85.*

Ad pr. tit. 16.

6. An ſubſtitutio pupillaris fieri poſſit etiam exheredatis ? Affirm.

Per §. non ſolum 4. Inſt. h. t. l. 1. de vulg. & pup. l. 120. in pr. de leg. 1. l. fin. in princ. de leg. 3. l. 24. C. de legat. & ibi. Salic. Forſter. 1. de ſucceſſ. 19. Vult in princ. h. t. nu. 9. Donell. d. cap. 24. Diſſ. *Riminald in l. precib. nu. 46. C. de impub. & al. ſubſtit.*

7. An naturali pupillariter ſubſtitui poſſit? Negam.

Quoniam *iis ſubſtituitur, qui ſunt in poteſtate h. pr. l. 2. de vulg. At naturales in poteſtate patris non ſunt.* Nam *nec habere patrem intelliguntur, cùm & his pater incertus. §. ſi adverſus ea. 12. Inſtit. de Nupt. Vult. hic. in pr. n. 4. Gopean. in l. 2. h. t.* Diſſent. *Fum. in tr. de ſubſt. n. 37.* Coraſ. *ad l. humanitatis, n. 7. C. de impub. & al. ſubſtit.*

8. An

8. An autem utroq; tempore, ſubſtitutionis nimirum & mortis, debeat in poteſtate parentis eſſe pupillus, ut ſubſtitutio pupillaris valeat? Affirm.

I. Per l. coheredi. 41. §. cum filiæ. D. h. t. ubi particula, QUOQUE, *ſatis innuit illud alterum tempus, quo fit ſubſtitutio.*

II. Quoniam hic. & in l. 2. D. h. t. dicitur, Quos in poteſtate habent, *verbis nimirum in præſens, non futurum collatis.*

III. Per *l. ſi alienum §. 1. de heredibus inſtit. §. in extraneis. Inſtit. de hered. qual. & differ. Don. 6. comm. 25. Vigl. in h. pr. n. 7. & 8. Covar. in cap. Raynutius cap. 5. n. 6. extr. de teſtam. Duar. ad h. t. c. quæ ſunt neceſſ. verſ. diximus. Foquelin. pag. 49. Coraſ, Donell. & Gilk. ad l. 5. C. h. t. & ibid. gloſ. Iaſon. & Zaſ.* Diſſent. *Accurſ. & vulg. interpr. in d. l. 2. Connan. 10. comm. 18. nu. 2.*

9. An exiſtentia ſui heredis confirmet tabulas pupillares? Affirm.

I. Per l. paterfam. 28 de rebus auctoritate jud. poſſeſſ. ubi quamvis pupillus hereditate patris abſtinuiſſe proponeretur, nihilominùs tamen, eo intra pubertatem mortuo, ſubſtitutus admittitur.

II. Per l. 12. de vulg. & pupill. ubi etiam legata ſuſtinet.

III. Per l. 41. & 42. de acq. vel omittend. her.

IV. Quoniam *iſtud ratio legum adductarum ſuadet; fruſtrà quæreretur namq;, an creditoribus*

bus paternis ſubſtitutus teneatur, ſi non in tali caſu ex ſubſtitutione admitteretur.

V. Quoniam non eſt ſine herede, qui ſuum heredem habet, licet abſtinentem ſe. l. cum quaſi 30. §. ſed et ſi ſuus 10. de fideicom. libert.

VI. Quoniam in ſuis heredibus aditio non eſt neceſſaria l. in ſuis 14. de ſuis & legit. hered. & ſupervacua, cum aditio ſit voluntariorum, ſuus autem neceſſarius d. §. item extraneus, & §. fin. ſui. Inſt. de hered. qual. & diff. l. 6. §. interdum. de acquir. hered. Forſter. 2. de ſucceſſ. 8.

VII. Quoniam ſine dubio heres manebit, qui ſemel extitit. l. ait. 7. §. ſed qui 10. in fin. de minor. l. 88. de hered. inſt. at ſuus heres patri ſtatim exiſtit ipſo jure, & quidem multò certiùs, quam ſi quis extraneus heres adiiſſet hereditatem §. fin. Inſtit. de hered. quæ ab inteſtato defer. Donell. 6. comm. 25. p. 91. n. 40. & 7. comm. 4. p. 121. Cujac. ad l. 2. de excuſ. Hotom. 9. obſerv. 10. pag. 202. Diſſent. *Anton. Fab. 2. conject. 2. Vigl. ad §. 1. nu. 21. inſtit. de pupill. ſubſtit.*

10. Num verò per tacitam pupillarem, ſicut per expreſſam, mater excludatur? Affirm.

I. Per l. fin. arg. dicto à contrario ſenſu. C. de inſtit. & ſubſtit. per l. Papinianus 8. §. ſed nec 5. ff. de inoffic. teſtam.

II. Quoties enim pater filio impuberi in alterum caſum ſubſtituit, in utrumq; ſubſtituiſſe cenſetur Bronch. cent. 2. aſſert. 37. Donell. ad l.

ad l. precib. n. 5. C. de impub. & al. ſubſtit. Vigl. ad hoc pr. n. 17. Con. 10. comm. ult. n. 13. Govean. ad tit. de vulg. & pupill. n 30. Vaud. 1. q. 44. Ant. Fab. 15. conj. 9. & ſeqq. & in error. pragm. dec. 33. er. 5. Foquelin. pag. 43. & 61. Cabot. 2 diſp. 18. Diſſent. *poſt. gl. & DD. Sichard. in d. l. precib. Alex. in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. Covarr. in c. Raynutius §. 4. n. 6. Forcat. dial. 31. num. 2.* Cujac. 12. *obſer. 17. Fach. 4. cent. 40.*

Ad §. qua ratione. 1.

11. Num ſubſtitutione exemplari, quam vocant DD. ſeu quaſi pupillari, mutis, ſurdis, & prodigis, etiam absq; ſpeciali Principis permiſſu, ſit ſubſtituendum? Neg.

I. Quoniam nullibi reperitur id cautum, at in exemplari ſubſtitutione jus ſingulare cognoſcimus, contra rationem juris communis. arg. l. verb. de V. S. l. teſtandi. C. de teſtam. quod verò contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias. l. quod verò, de ll.

II. Quoniam morbus ſurdi & muti non eſt animi, ſed corporis.

III. Quoniam aliquo vivente & ignorante, non licet de rebus ejus convenire. l. fin. C. de pactis.

IV. Quoniam captatorias inſtitutiones, quarum conditio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis, Senatus improbavit. l. captatorias 70.

de

de hered. Inſtitut. l. captatorias. C. de teſtam. milit.

V. Quoniam mutus ſi ſcribere poſſet, ſibiipſi faceret teſtam. l. diſcretis. C. qui teſtam. fac. poſſ.

VI. Per expreſſum text. in l. ex facto 43. de vulg. & pupill. ibi, impetravit à Principe. *Cujac. in Parat. C. de impub. & al. ſubſtit. Vasq. illuſtr. contr. 7. num. 9. Vult. ad rubr. Inſtit. de vulg. num. 8. Donell. 6. comm. 28. p. 98.* Diſſ. *DD. comm. Coraſ. in l. humanitatis n. 11. C. de impub. & al. ſubſtit. Gomez. 1. reſolut. 6. n. 3.*

12. Si filius mente captus, cui ſubſtitutus datus erat, reſipuerit primò, deinde in eandem mentis alienationem reciderit, num evanuit ſubſtitutio? Negam. niſi moriente patre ſit adhuc ſanæ mentis, vel, niſi filius per id tempus, quo erat ſanæ mentis, teſtamentum fecerit.

I. Is enim efficaciter non reſipuit, cui morbus poſtea recurrit. l. pen. C. de curat. furioſ.

II. Quoniam aliàs mediis temporibus mutatam eſſe conditionem heredis, nihil nocet. l. ſi alienum. §. 2. l. 6. §. ſolemus. ff. de heredit. Inſtitut. §. in extraneis. 4. Inſtitut. de hered. qual. & diff. Don. 6. comm. 27. Vigl. hic. n. 19. Diſſent. *Forcat. Dial. 32. n. 3. Covarr. in c. Raynutius §. 6. n. 7.*

Ad §. liberis autem. 5.

13. Num ordo ſcripturæ ſit hic neceſſarius, num verò valeat ſubſtitutio pupillaris ante inſtitutionem ſcripta? Poſterius

K affirm.

Digitized by Google

affirm... niſi ſit exheredato facta ſubſtitutio.

Per l.2.§ ſed ſi quis ita.6. de vulg. & pupil. juncto §.prius 4.ejusdem l. Inſtituti enim ſubſtitutio favorabilis eſt.l.8.§.ſi quis.de inoff. teſtam. l.4.de vulg.& pupill.ubi extenditur.l.9. C. de impub.& al.ſubſtitut.non exheredati.l.24. C. eod. Deinde certum eſt, filium inſtitutum, quamvis extremo loco *poſitus ſit, ſemper tamen primo loco exiſtere. At in exheredato certum eſſe non poteſt. Donell.6.comm.25.Pac.5.ἐναντιοφ.92.Vult. in tr.de ult.volunt.p.263.Revard.ad l.7. De R. J. Foquelin.pag 56 & ſeqq.* Diſſent. *Govean.1.var. 9.qui textum corrigit.* Diſſent. *aliter.Robert receept.lect.34.qui diſtinguit inter heredis ſcriptionem, & teſtamenti factionem.*

Ad §.Maſculo.8.

14. Num ſubſtitutio pupillaris puberi verbis directis ſeu civilibus facta, ſuſtineatur ſaltem per vim fideicommiſſi? N...mus.

I. Quoniam verbis civilibus ſubſtitutionem poſt quartum decimum annum ætatis fruſtrà *fieri convenit.l.7.de vulg. & pupill.*

II. Quoniam hic dicitur evaneſcit. *Eſt autem evaneſcere, intercidere.l.cùm fundus §.1.ff.ſi certè petat.& in nihilum redigi.Virg.* Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

III. Quo-

III. Quoniam in illa ætate filius ſibiipſi heredem facere poteſt, unde jus non admittit, ut à patre obtrudatur.

IV. Quoniam hîc privilegium militum aliquod agnoſcimus. At privilegia ſingulari jure conſtituuntur contra rationem & tenorem juris; & ad conſequentias non producuntur. l. quod verò 14. & l. 16. de ll.

V. Quoniam in pupillari ſubſtitutione licèt longius tempus comprehenſum fuerit; tamen finietur ſubſtitutio pubertate. l. 14. de vulg. & pup.

VI. Per §. fin. Inſtit. h. t. l. ſi frater. C. *de fideicomm.* Cujac. 11. *obſerv. 25. & 12. obſerv. 27. & 17. obſerv. 16. Govean. ad d. l. verbis. Vigl. & VVeſenb. ad §. fin. Inſtit. h. t.* Connanus *ult. comm. 9. Bronch. cent. 3. aſſert. 36. Fachin. 4. contr. 44. Heig. Foquelin. Vultej. Borch. hic. Zaſ. de ſubſtit. c. 5. Menoch. 4. Præſ. 55.* Diſſent. *Donell. 6. comm. 25. pag. 89. verſ. amplius diximus. Vacun. 4. declar. 64. num. 9. Gomez. 1. reſolut. 4. num. 6. Aleſmi. in tr. de ſubſtit. c. 5. Anton. Fab. 15. conj. 12. Duaren. ad h. t. c. 10. & 23. Chiflet. de fideicomm. c. 19.*

15. An igitur directa ſubſtitutio, à milite facta, in ſecundum caſum [illegible]ſtineatur ultra pubertatem ceu directa, num verò per vim fideicommiſſi? Reſp. Per vim fideicommiſſi.

I. Per text. in l. precib. 8. l. in fine. C. de impub. & al. ſubſtit. ibi. velut ex cauſſa fideicommiſſi.

II. Per l. centurio. 5. de vulg. ibi. Patris duntaxat. *Nam fideicommiſſaria ſubſtitutione non veniunt bona filii. l. coherede. 41. §. quod ſi. 3. de pup. ſubſti. Cujac. 11. obſerv. 25. & 12. obſerv. 27. Facb. controv. 43. Gilken. ad l. 8. C. h. t.* Diſſent. *Duar. 2. diſp. 7. & ad tit. de vulg. c. 28. Gabriel. de Gaſt. ad d. l. 8.*

Ad pr. tit. 17.

16. Teſtamentum nativitate poſthumi ruptum, an ſuſtineatur virtute clauſulæ Codicillaris? Negam.

I. Quoniam donatio ſupervenientia liberorum revocatur, l. ſi unquam C. *de revoc. donat.*

II. Quoniam à tabellionibus clauſula magis ex conſuetudine quâdam, quàm teſtantium & contrahentium voluntate ſcribuntur, atque ideo principalis diſpoſitionis natura ex acceſſoriis clauſulis non debet immutari. Clem. *1. de prebend. Bartol. in l. 1. num.* 10 *de jure* Codicill. Coraſ. *in l. impuberum* C. *de ſubſtit. & ad rubr. de V. O. in fine. Quæ enim magis ex ſtylo notariorum, quàm ex conventione contrahentium apponuntur, modicam, vel pe[illegible] nullam vim obtinent. Decian. conſ. 7 nu. 122 vol. 1. Henr. Heydecc. de præſcript. verb. xb. 36. Vide Bartol. in l. fin. §. item quæſivit. num. 2. De cond. indeb. per l. 92 De R. J. Coraſ. in l. hereditatem.* C. *de Impub. & al. ſubſtit. nu. 12. Hotom.*

tom.conſ.8.Moll.p.3.conſt.El 9.n.4.Ayrer,in proceſſ.hiſt.c.11.in fin.

III. Quoniam non eſt veroſimile, patrem extraneum filio voluiſſe præferre.l. cum acutiſſimi 30.in fin.C.de fideicomm.Bartol.in l.filio præterito.de injuſt.rupt.Gail.2.obſerv.114.n. 8. & ſeqq. Diſſ.*Bald.in l.fin.C.de Codicill.& DD.comm.allegati à Gail.d.obſ.114.n.6. & 7.*

Ad §.tit.17.

17. An prius teſtamentum perfectum, rumpatur per poſterius, ob filij præteritionem, imperfectum? Affirm.

Per l.2.de injuſt.rupt.teſt.l.12.§.1.de bon.poſſ.contra tab.Vigl.in §.ex eo.num.7. Inſtit.h.t. Diſſ. *Clar.in §.teſtamentum.q.97.n.27.*

Ad §.fin.

18. An princeps ſit ſolutus legibus? Diſtinguo, Civilibus eſt ſolutus, non naturalibus, nec juris gentium.

Non eſt ſolutus naturalibus, quoniam cum iis non confertur ut Princeps, ſed ut animal, non juris gen. ad quas conſideratur ut homo; ſed iis quarum reſpectu & relatione Princeps eſt; id eſt, merè Politicis, merè civilibus. At quibus iis civilibus? Cujac.15.obſerv.30.caducariis Principem ſolutum eſſe docet, qua traditio multùm juvatur ex inſcriptione Ulpiani, quæ eſt ad l.Jul. Papiam & l.65.de leg.2.At quomodo huic §. reſpondendum, qui Juſtiniani eſt, cùm ab ipſo caduca fuerint ſublata.l.un.C.de caduc.toll.An etiam legibus

caducariis ſaltem olim fuerunt ſoluti Principes? leve fuiſſet Privilegium; Quid ſi lex fuiſſet, ne quis cum telo, aut armatus incedat; ne quis purpura veſtiatur; ne quis feſtas choreas ducat, &c. Nobis certè noſtro tempore planè foret diſquiſitio ſupervacua. Quapropter ſicut ante hac docui, ſic adhuc ſtatuo, merè civilibus legibus, puta ſolemnibus, ne videlicet contrahendo, teſtando, judicando, aut aliter diſponendo, juris formulis alligetur, aut propriis obſtringatur conſtitutionibus: rurſum & illis ſupra relatis, ne quis purpura veſtiatur, & ſimilibus, iis omnibus Principem eſſe ſolutum. Scio, quod Græci de Pœnariis Ulpianum exaudiant, & alii aliter, quomodo extricando rem intricent, non eſt ignotum. Puto tamen rem omnem eſſe ſatis expeditam. Si quis plura voluerit ad noſtram ſententiam; is videat Coraſ. ad l.31. num. 3. de ll. & 2. Miſc.22. Donell. 1. comm. 17. & diſſertat. Apologet. pro jure Juſtinianeo noſtram. Ad aliorum opinionem poſt alios videatur. Jacob. Lect. in Orat. 2. pro domit. Ulpian. Moſcorn. de juriſd. num. 5. & ſeqq. Fachin. 1. controv. 2. & præſertim Joan. Calvin. in lib. de majeſt. princip. pag. 61. & ſeqq. Forſter. de juriſdict. Rom. pag. 49. & ſeqq. Alberic. Gentil. diſp. 1. de poteſt. reg. abſol. pag. 17. & ſeq. Vide locum elegantem apud Arnob. ad Pſ. 50. ad verba tibi SOLI.

Ad prin. t. 18.

19. Que-

19. Querela inofficioſi num fuerit jure civili introducta, num jure prætorio, num verò moribus? Reſp. Moribus.

Non jure civili. I. *Per l.8. in pr. de bon. poſſ. ubi exheredatione notati* jure civili *teſtamenta parentum non turbant.*

II. *Querela datur emancipatis, juri civili incognitis. l.6. ff. eod.*

III. *Quoniam nullis certis perſonis ab initio querela fuit permiſſa. l.2. ff. h.t. Non jure Prætorio. quoniam Prætor hereditatem nec dare poteſt, nec adimere. §. quos autem Inſtit. de bon. poſſ. At heredi per querelam hereditas adimitur. l. in ſubſtitutione, D. de vulg. Moribus igitur* : Cœperunt *enim homines ſine jure certo queri apud judices de inofficioſis teſtam. quâ querela admiſſa, cœperunt etiam teſtamenta reſcindi. Val. Max. lib.7.c.7. Poſtmodum facta abierunt in mores, donec legib. tandem & conſtitutionib. confirmata ſunt, idq; multis hinc inde locis poteſt comprobari in l.5. in pr. de inoff. teſtam. dicitur &* obtinere aſſiduè ſoleant, *ubi particulæ* aſſiduè & ſoleant, *ſatis manifeſtè factum potiùs, quàm jus con arguunt. Sic & in l. 24. D. eod. Ulpianus ait, circa inofficioſi querelam evenire plerunque aſſolet, ut in una atque eadem cauſſa diverſa ſententia proferantur, & hinc inde. Hotom. ad pr. Inſtit. hic. Donell. 19. comm. 4. p. 172. Claud. Chifflet. in tr. de port. cap. 4. Qua de re plura diximus. in l. 4. De inoffic. teſtam. Foquelin. pag. 29.*

& ſeqq. Diſſent. *Cujac. 2. obſ. 21. & 3. obſ. 8. & 14. obſer, 14. Con. 1. ſubſec. lect. 3. Weſ. in Parat. h. t. n. 3.* Diſſent. *aliter Vigl. in §. 2. Inſtit. de inoff. teſtam. & ibi. Vult. p. 287.*

Ad §. 1. tit. 18.

20. Num ſpurio herede ſcripto, frater habeat querelam? Diſtinguimus inter ſpurium & re & vita honeſta, & alium, qui talis non eſt. Illo caſu negamus, hoc affirmamus.

Diſtinctio fundata eſt in l. 3. §. 2. de decur: facitq; ut nulla ampliùs relinquatur difficultas inter l. fratres 27. C. de inoff. teſtam. ibi. vel levis notæ macula. *Novell. 12. juncta. l. ult. C. de natural. lib. & l. 6. D. de decurionibus. ibi.* Qui nihil amiſit. *Probatur hæc diſtinctio per c. nunquam &, c. Apoſtolicæ & ſeq. & tot. diſt. 56. Fachin. 4. controv. 93. Setſer. lib. 4. de jurejur. cap. 12. num. 36 pag. 595. Atver. Valaſc. tom. 1. conſult. 17. Fulv. Pac. lib. 2. de probat. 17. num. 41.* Diſſent. *Palaot. in tr. de ſpur. cap. 55. Thoming. deciſ. 48. Rol. à Valle lib. 3. conſ. 87. Coraſ. in l. heres inſtituta num. 15. C. de impub. & al. ſubſt. & in l. dotis causâ. ſolut. matrim. & al ter. Mynſ. 4. obſ. 31. Gomez. 1. reſol. 11. & alij aliter. Hartm. Piſtor. q. 30. num. 4. Teſſaur. deciſ. 126. num. 3. Heig. p. 1. q. 21.*

21. Quo jure legitima ſit introducta? Reſp. Jure civili.

I. Quoni-

I. Quoniam nomen legitimi iis ſaltem tribuitur, quæ legibus jure civili introducta ſunt.

II. Quoniam debetur etiam adoptivis, qui juri naturali ſunt incogniti. §. tam autem. Inſtit. h. tit.

III. Quia non ſolùm quarta, ſed tota hereditas jure naturæ debetur filiis. l. cùm ratio. in pr. de bon. damn.

IV. Per l. ſcripto. in fin. unde lib. Auth. hoc amplius. C. de fideicomm. l. 36. §. 2. C. de inoff. teſtam. Chiflet. in d. tr. de portionib. c. 3. Diſſent. *Cuch. in tr. de legit. in pr. n. 7. Claud. de Battandier. in d. tr. c. 1. n. 3. & DD. comm.*

Ad §. fin. h. t.

22. Num legitima ſit portio bonorum, aut hereditatis? Reſp. Hereditatis.

I. Per l. 8. §. 8. de inoff. teſtam.

II. Quoniam legitima ſolo inſtitutionis titulo relinqui poteſt. Novell. 115. cap. 3.

III. Quoniam habet locum actio familiæ herciſcundæ l. 2. §. ſi quarta. Fam. *hercisc.* Chiflet. *in tr. de port. legit. c. 12. Duar. ad t. D. de acquir. hered. pag. 460.* Diſſent. *Cuch. in tr. de legit. c.* legitima eſt quota bonorum. *p. 57. Boër. deciſ. 24. n. 12. Gail. 2. obſerv. 119. nu. 12. & obſer. 120. Mant. 7. de conject. ult. vol. c. 8. n. 5. Coraſ. ad l. heres inſtituta. n. 12. C. de impub. & al. ſubſt.* Diſſ. *aliter* Claud. *de* Battandier, *in tr. de leg. cap. 5. num. 9.*

23. An igitur ſolo inſtitutionis titulo legitima debeat relinqui? Affirm. de jure novo.

I. Per Novell. 115. c. 3. in princ. ibi. nec ſi per quamlibet.

II. Quoniam à parentibus & liberis injuria præteritionis & exheredationis debet auferri. d. Novell. 115. c. 5. DD. comm. præſertim Gilken. in Auth. noviſſima. C. h. t. Weſenb. hic n. 2. Vigl. n. 1. & 3. Myns. n. 2. & ſeqq. Fach. lib. 4. contr. 65. & lib. 6. controv. 56. Diſſent. *Menoch. 2. de arb. jud. quæſt. caſu 149. Vaud. 1. quæſt. 5. Coraſ. in l. 24. C. famil. Herciſc. Vide omninò Beuſtium in l. 1. De jurejur. nu. 177. & ſeq. ubi nobiſcum conſentit. Teſtamentum tamen inter liberos conditum putat eſſe validum, quamvis pater non fuerit uſus verbo inſtitutionis, ſed tantum legati & donationis, atq; ita pronunciatum in Collegio noſtro refert. nu. 179. Sed contrarium verius eſſe defendit. Gilken. d. loc. Quod etiam Electorali Sax. conſt. convenit p. 3. conſt. 9. ubi notat.*

24. An parentum etiam legitima ſit aucta? Affirm.

I. Per. Nov. 18. §. 1. juncta l. 15. de inoff.

II. Quoniam patronis debetur triens. §. ſed noſtra. Inſt. de ſucceſſ. libert. Cujac. in Novell. 18. gloſ. Bartol. Bald. Caſtr. Salycet. Jaſon. Fulgoſ. Sichard. Vaſq. & Gilken. ad d. auth. noviſſima. Diſſ. *Vaud. 1. quæſt. 50. Claud. de Battandier. in d. tr. c. 4. nu. 31.*

25. Num

25. Num & fratrum? Negam.

d. Nov. 18. Vaud. d. q. 50. Weſenb. Schneidw. Heig. hic. Bald. Angel. Anton. Cuch. *Vaſq. & alii in d. auth. noviſſima.* Diſſent. *Cujac. in d. Nov. 18. Alex. lib. 3. conſ. 63. Matth. de Afflict. deciſ. Neap. 125. nu. 3. & deciſ. 204. nu. 2. Ioan. Andr. in c. ſi pater. De teſtam. in 6. Gilken. in d. auth. noviſſima. n. 23. & ſeqq. Fachin. lib. 4. controv. 28.*

Ad pr. t. 19.

26. Heres unde dictus ſit? Reſpond. ab hero: unde & cum ſimplici E. ſcribi debet.

Veteres enim heredem Dominum *appellabant, auctore Feſto; & ICtis noſtris, pro herede gerere, eſt, pro Domino gerere. §. fin. Inſtit. h. t. unde & Vlpian. l. Aquilia actio hero competit. h. e. Domino. l. 11. §. 6. ff. ad l. Aquil. & Dominum. L. Aquilia etiam heredem appellat. l. 43. in princ. ff. ad L. Aquil. & creditum eſt, hereditatem Dominam eſſe. l. 31. de hered. Inſtit. Forſter. 2. de ſucceſſ. 15. num. 2. Gell. 12. noct. Attic. 3. Cujac. 5. obſerv. 10. Weſenb. ad §. fin. infrà h. t.* Diſſent. *Vigl. Mynſ. ad d. §. fin. Pratei. Hotom. Spigel. in lexic. qui vel ab hærendo, vel ab ære, derivant.*

Ad §. 3. tit. 19.

27. An Suitas ſit agnationis ſpecies? Affirm.

Filius enim patri agnatus proximus eſt. l. filius. 12. de ſuis & legit. l. de bonis. 6. §. huic

autem

autem 2. *ibi.* Qua legitimi vocantur. *de carbon. edict. l. ult.* §. 2. *ibi.* Liberis uſq; ad quartum gradum agnationis. *C. de Codicill. Cujac.* 14. *obſerv.* 11. *Robert.* 1. *lect.* 2. Diſſent. *Alciat.* 3. *parerg.* 25. *Hotoman.* 1. *obſerv.* 17.

28. Num adoptati ſint ſui? Neg.

Per l 10 §. 1. *C. de adopt.* Forſter. 2. *de ſucceſſ.* 32. *& ſeqq. Tyraq. in l. ſi unquam. in verbo, ſuſceperit liberos C. de revoc. donat.* Diſſent. *Bald. in d. l.* 10. *Bellon. in lib. ſupput. & alii.*

29. Num per vulgarem tollatur ſuitas? Negam.

I. Nam ſi frater à patre fratri ſubſtitutus impuberi ſit, ſine dubio neceſſarius heres exiſtet. l. 42. *in pr. verſ. ſed quod. de acquir. hered.*

II. Per *l. ſi filius de vulg. & pup. Coraſ.* 1. *Miſcell.* 2. *Leonb. Aleſm. de ſubſt. c.* 1. *pag* 39. *& ſeqq.* Diſſ. *Bartol. in l. ſi filius.* 16. *per illum text. De lib. & poſthum. & Dd. in l.* 1. *de vulg. Vaſq. de ſucceſſ. lib.* 2. §. 11. *nu.* 52.

30. An exheredatio ſuitatem extinguat? Negam.

Memini me ſuprà contrarium ſtatuiſſe. diſput. 4. *theſ.* 4. *Rat.* 2. *Verùm ut ſtudioſorum congregationes ſuas habent utilitates plerunq; ſic & hac in re docto cuidam ſtudioſo, amico meo & Collegæ; quòd aliud ſentiam, acceptum refero. Is n. dum unà confabularemur, ſcrupulum injiciebat aliquem, ut non immeritò dubitarem, cùm & Hotomannum inter aliqua producebat, qui planè de*

nè de ſua priſtina ſententia, quam tum veram eſſe credebam, deſciverat. Nam Hotom. 6. obſerv. 5. tradit, exheredationem extinguere jus ſui; idem ab ipſo negatur lib. 9. obſerv. cap. 10. & tam demonſtratur expreſſè, ut Sophiſtam exiſtimem iſtum, iſthoc qui nolit credere. Quapropter adverſus Hotom. & meum anteriùs traditum, unà cum Hotomanno nunc ſentio. & quod ibi dictum, indictum hac vice cupio. Idq; facio libentiùs quod & parentem meum Valent. Forſterum, ejus eſſe ſententiæ, didici ex lib. 2. de ſucceſſ. c. 18. nu. 40. At, inquiat aliquis, indignum eſt ſapientis gravitate, quod non ſatis exploratè perceptum ſit, ſine ulla dubitatione defendere. At, inquam, ego: Poſterior dies præcedentis præceptor eſt, *& ſemper addiſcere quid cupio. Levia verò ſunt ingenia, quæ nihil ſibi patiuntur detrahi; magno ingenio, multaq; alias habituro, ſufficit ſimplex erroris cogniti confeſſio. Et cur ita gravitatem venerarer meam, ut utilitati & commodo commilitonum meorum anteferrem? Cæterùm fundamenta ſunt hujus ſententiæ.*

I. Pater exheredato tutorem dat. l. 4. de teſta. tut. At tutor teſtamento, niſi ſuo heredi non poteſt aſſcribi. l. 73. §. 1. de R. J.

II. Exheredatus retinet jura ſacrorum. l. 6. de religioſ. jus familiæ & agnationis, & alia, l. ult. ff. unde legit. l. 46. ff. fam. herc. & nomen ſui retinet. l. 6. §. 2. de bon. libert. l. 2. §. 4. D. Ad SC. Tertyllian.

Ad §.

Ad § 3. tit. 19.

31. Num diſcrimen emancipationis & ſuitatis, etiam quoad cauſſam teſtati, ſit ſublatum? Affirm.

I. *Per Novell. 118. cap. 4. ibi.* in quacunque ſucceſſione.

II. *Per l. maximum vitium. ver. ſancimus. ibi.* Qualem filius, vel ſuus, vel emancipatus haberet. *C. de liber. præt. Coraſ. ad l. Gallus §. & quid ſi tantùm, nu. 4. de lib. & poſth.* Diſſ. DD. *comm. & Accurſ. ibidem Anton. Cuch. in tract. de legitima. c. 1. n. 3. Guilhelm. Ranchin. in tract. de ſucceſſ. p. 23. n. 3.*

Ad §. extraneis. 5. tit. 19.

32. An fructus & aliæ accesſiones, quæ poſt mortem defuncti ex hereditate jacente ſuſceptæ ſunt, in inventario deſcribi debeant? Affirm.

I. Quoniam hi fructus hereditates ſunt. l. quod ſervus. De leg. 2. & pars rei intelliguntur. l. fructus pendentes. De rei vindic.

II. *Quoniam aliàs præjudicaretur ſubſtitutis, quibus fructus debentur. l. ita tamen 27. §. ſi ſervum 1. in fin. l. poſtulant. § pen. & ult ff. ad SC. Trebell. l. quod de bonis §. fructus. Ad L. Falci. Coraſ. in tract. inventarii. n. 23.* Diſſ. *Angel. Alex. & Jaſon in l. ſcimus. §. 1. C. de jure deliberandi.*

33. An heres non conficiens inventarium, perdat Trebellianicam? Affirm.

Per

Digitized by Google

Per Nov. 1. *c.*2. *ibi.* convocare omnes legatarios, *&* *c.*2. *ibi.* non retinebit Falcidiam, ſed complebit legatarios & fideicommiſſarios; licêt puræ ſubſtantiæ morientis tranſcendat menſuram legatorum datio. *Si debet complere fideicommiſſarios, perdet Trebellianicam. Nam hæc ad fideicommiſſarios ſaltem refertur §.5. & t. t. Inſtit. de fideicommiß. heredit.*

II. Per *Authen. ſed cùm teſtator.* C. *ad L. Falcid. ibi.* quo non obſervato ſolida legata præſtet, etſi fines hereditarios excedant.

III Per verba apertiſſima in l.fin.§.licentia C. de jure de lib.

IV. Quod communis opinio ſit Covarr. in cap. Raynutius. §. 11. num. 16. extra de teſtam. Coraſ. in l. in ratione. §. quod vulgò D. ad L. Falcid. *n.16.* Franciſc. *Viv. in comm. opin. in verb. heres extraneus.* Franc. *Turzon. in comm. opin. concl.18.* Diſſ. *Mynſ.3. obſerv. 60. & in Inſtit. hic. & ibidem Schneidw. Vigl. Gail. 2 obſ.138.n.6. & ſeq. Fachin. lib.5. c.4. Vide omninò* Angel. *Matthaac. lib.4. de legat. c.14. n. 6. ubi putat diligenter inquirendum eſſe, num heres ſuſpicione doli vel fraudis careat. Vide Rol. à Valle in tr. de confect. invent. p. ult. art. 4. Maſcard. vol. 2. de probat. concl.851 nu 5. & ſeqq. Rauchbart. p.1. q.29. n. 22.*

DISPU-

DISPUTATIO DECIMA QUARTA.

Ad tit. 20. 21. 22. 23. 24. & ult. lib. II. Inſtit.

Reſpondente

PETRO JORDEN, Burgenſi.

THESIS I.

Ad rubr. tit. 20.

UNde legatum dicatur? Reſpond. à lege.

Legatum enim eſt, quod legis modo, id eſt, imperativè teſtamento relinquitur, verbis nimirum directis. Vlpian. in fragm. t. 24. l. 15. C. de teſtam. Angel. Matthaac. de legat. c. 1. n. 5. Diſſ. *Donell. 8. comm. 1.*

Ad §. legatum. 1. tit. 20.

2. Num

2. Num ex hac definitione legati, verba illa, AB HEREDE PRÆSTANDA, tanquam ſpuria ſint exterminanda? Negamus.

I. Quoniam legatum eſt delibatio hereditatis, & ſic talis ab herede præſtari debet. l. 116. de legat. 1.

II. Quoniam poſſeſſio non transfertur ipſo jure in legatarium; ſed peti debet. l. cùm res 47. in pr. de legat. 1. ibi: eam præſtare, *& ibi,* ubi petitur. *l. 5. C. de legat. unde & actiones tres in eam rem legatario ſunt proditæ. §. 2. infr. h. t.*

III. Quoniam quod quis legatorum nomine non ex voluntate heredis occupavit, id reſtituit heredi. l. 1. §. & continet. 2. D. Quod legatorum.

IV. Quoniam hac adjectione excluditur donatio mortis cauſſa & inſtitutio hæredis.

V. Quoniam & illæ definitiones ſunt eſſentiales, quæ generi & differentiæ ſpecificæ proprietatem adjungunt, vel externas cauſſas. Goclen. p. 2. problem. 46. Non ſolent enim quæ abundant vitiare ſcripturas. L. non ſolent. 94. De R. J. Don. 8 com. 1. Anton. Fab. 6. conject. 1. pag. 252. (edit. anno 91.) Cujac. in parat. de legat. 1. Vult. num. 5. Weſenbec. num. 4. hic. Diſſent. *Hotoman. Baro. Cont. hic. Duaren. in princ. de legat. 1. Borcholt. in tr. de pactis c. 5. n. 39. Gœd. ad l. 120. nu. 2. de V. S. Bronch. cent. 2. aſſ. 95.*

Ad §. 1, verſ. Noſtra autem, t. 20.

3. An pro legato conſequendo poſſit agi via executiva, ex l.fin. C. de edicto Divi Hadriani tollendo? Neg.

I. Per illam.l.fin.verſ.Sin autem aliquis. C. de Edicto Div. Hadr.toll.ubi non poteſt per viam executivam procedi, ſi contradictor aliquis extiterit. At verò ſemper adeſt heres, qui contradicit.

II. Quoniam has tres actiones fruſtra Juſtinianus in hoc loco legatario tribuiſſet. Mynſing. 5. obſerv.61.Menoch.de adipiſc poſſeſſ.remed.4.nu. 694.legatarius non poteſt rem legatam autoritate propria occupare, & ſi faciat perdit jus quod habet ad rem legatam l.non dubium C. de legat. & alijs multis textibus & argumentis allegatis à Roderio.Soarez in l.quoniam pag. 422. Videatur omnino Harprecht.hic.num.21. Diſſent. *Angel.Jaſ.& DD.comm.in cap.fin. Novell. 1. & ad d.l.fin.Alciat.in l.Pecuniæ 178.§.actionis.n.10.de V.S. Sichard.in alleg.l fin.*

4. Num conſtitutione demum Juſtiniani legata fideicommiſſis per omnia ſint exæquata? Affirm.

I. Per h.§.l.2 C.comm. de legat.

II. Quoniam Ulp.in fragm.tit.24.& 25.præſertim §.10.tit.25.differentias inter legata & fideicommiſſa relinquit. Cujac. 8. obſerv 4. & in parat.de legat.1.Ræuard.3.var. 4. VVeſenb. hic. Duaren.2.Diſput.9.& cap.1. de legat. & fidei-com.

com. Auguſtin.emend.jur civ.lib.3. Anton. Faber. 6 conject 3.Donell 8.comm.2. Vide Angel Mattheac.de legat.lib.1.cap.1. Alexand, Turramin. in diſput.de exæquatione legatorum ac fideicommiſſorum. Diſſent. *Coraſ.5.Miſcell.17.Robert. 2. ſentent. 23.*

Ad §.ſed non usq.3.

5. An verò reciproca ſit exæquatio? Affirm.

Per h. §.ibi. ut nulla ſit inter ea differentia. *VVeſenb.hic.Angel.Matthæ.de legat.c.1.n.13. & ſeqq.*Diſſent.*Bartol.& DD.in l.1.de legat. 1. & l.etiam.C.de compenſ.Alc.in l.178 §.actionis. in fine.De V. S.*

6. Num exæquatio ſit ad libertates etiam extendenda? Neg.

I. Per §.2.in fine infr. de ſing. reb.per fideicommiſſ.

II. Quoniam hæc differentia mutari ex voluntate teſtatoris non potuit.

III. Quoniam aliàs etiam multa contra juris rigorem pro libertate ſunt conſtituta.l.24.§. Si quis 10.de fideicomm.libertat.Donell.8. comm. 2. & 4.in fine.Angel.Matthæac.de legat.c.1. nu. 25. Diſſent.*Treutl.p.2.diſp.13.th.1.in fine.*

7. An etiam exæquata ſint, quantum ad quartæ deductionem? Neg.

I. Per l.in quartam 91.D.ad l. Falcid.

II. Per §. ſed quia 5. Inſtit. de fideicomm. hered. ibi. Quartam partem. *illud enim ſubjecta ſatis declarant,* ſicut ex lege Falcidia ex legatis, *cùm enim Falcidiam ad legata aſtringat, in SCto verò generaliter quartam partem nominet, ſatis declaratur, illam eſſe quartam bonorum, cùm hac interpretatio legibus ſit conformis, & minus habeat vitii.*

III. Quoniam multò favorabiliùs interpretãtur, & pleniùs legata JCti, quàm fideicommiſſa. Duaren. in tit. D. ad l. Falcid. c. 8. verſ. altera regula eſt, & 2. diſput. 10. Donell. 7. comm. 28. & 8. comm. 26. Ant. Fab. 6. conject. 3. & 4. Diſſent. *Hotom. hic. axiom. 2. Cujac. 8. obſ. 4. Pac. 6. ἐναντιοφ. 51. & 52.*

Ad §. non ſolùm 4.

8. An res Eccleſiæ Clericis legari poſſit, ut æſtimatio debeatur ab herede? Negam.

Per c. filius 5. extr. de teſtam. Diſſent. *Panormit. ibid.*

9. An debeatur etiam tum æſtimatio, ſi legatarius ex caſu aliquo ſuperveniente factus fuit incapax legati, licitè relicti? Diſtinguimus inter ignorantem, & ſcientem teſtatorem, hoc caſu debetur, non illo.

Diſtinctio probatur ex l. fideicommiſſa. §. 11. §. Si ſervo 16. de legat. 3. & facit, ut nulla relinquatur difficultas inter l. ſed ſi res 40. l. filiusfam. 114.

§. ſi

§.ſi quid alicui.de legat.1.juncta l.mortuo 49.§.Labeo 2.de legat.2.l.multum 34.de V.O & alios text.Robert 3.anim.11. Diſſent. *Cujac. in notis hic.& ad d.l.34.de V.O & in notat.lib.3.cap.11. Weſenb.hic.* Diſſent.*aliter Donell.in d.l.34.de V.O.n.4.7.& ſeqq.Vide Gœdd.de contrah.ſtip.c.6.concl.10.n.113.*

10. Num autem debeatur æſtimatio feudi legati? Neg.

I. Quoniam Vaſallus de feudo nullo modo teſtari vel legare poteſt c.1.de ſucceſſ feudi.c.1.donare.qualiter olim.

II. Quoniam feuda cum prædiis Cæſaris aliquam multam habent confinitatem. Vult. Weſenb.hic.Eberhard.in topic.in loc.à feudo ad Emphyteuſ.num.16.Gail.2.obſerv.154.num.13.Roſenthal.cap.7.de feudis.concluſ.4.Jacob.de S.Georg.in inveſtit.feud.in ver.Et cum pacto quod de ipſo feudo.Curt.jun.p.4.q.pen.Borch.de feud.c.8.num.43. Diſſent.*Camerar.in cap.imperialem.p.195.& multis ſeqq.Franciſc.Mantic.lib.9.de conj.ult.vol.4.11.n.8.& ſeqq.*

Ad §.13.

11. Num legatum liberationis ſit perſonale? Neg.

l.Si quis in teſtamento de liberat.legat. Vaud.1.q.18. Diſſ.*Bartol.in l.Aurelio,20.de liberat.lega.*

Ad §.tam autem 21.

12. Si legato uſufr. prohibeat teſtator

 aliena-

alienationem, an cenſeatur legata proprietas? Neg.

I. Non enim aliter à ſignificatione verborum recedi oportet quam cùm manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem, l. non aliter 69. in princ. de legat. 3.

II. Quoniam prohibitio fuit adjecta favore heredis vel proprietatis, & ſic contra eos non debet torqueri.

III. Per l. 71. §. fin. de condit. & demonſtrat. ibi. NON PLUS ASSEQUETUR. *l. 59. §. 2. de man teſtamen. l. 19. de hered. Inſtit. Pinell. in l. 1. part. 3. nu. 42. C. de bon. matern. Connan. 4. comm. 3.* Diſſent. *Alciat. in l. 25. num. 5. de V. S. Gail. 2. obſerv. 143. num. 7. & DD. comm. à Pinello relati.*

Ad §. longè 31. verſ. ſed ſi.

13. An legatum in arbitrium extranei poſſit conferri? Reſp. Conferri poteſt, ſed ut in conditionem.

l. 1. in princ. de legat. 2. l. ſenatus. §. legatum. de legat. 1. Cuiac. 2. obſerv. 2. Donell. 8. comm. 15. Robert. 2. ſentent. 10. & 11. Diſſent. *DD. comm. Gomez. 1. reſol. 12. n. 47. Hotom. 1. amicab. 5.*

Ad princ. tit. 22.

14. Unde lex Falcidia dicatur? Reſp. ab autore ſuo Falcidio trib. plebis.

Nam ab autoribus pleruns leges nominantur, ut lex Aquilia ab Aquilio trib. plebis. l. 2. ad l. Aquil. & c. Weſenb. hic. Gædd. in l. 120. n. 1. de V. S. Diſſent. *Accurſ. Schneidw. & DD. hic. & in l. 1. ad l. Falcid.*

l.Falcid. Diſſent. *aliter Goveanus, qui refert Auguſtum eam ſanxiſſe.*

15. Quando lex Falcidia fuerit lata? Reſp. Anno urbis 714. temporibus Auguſti.

Dion. in Auguſt. lib. 48. Myns. Pac. hic. Borch. in tr. de pact. cap 5. n. 82.

ad pr. tit 22.

16. An duplex deductio, quæ canonibus probatur in ſuis, jure civili quoque ſit cognita? Neg.

I. Quoniam & is, qui habet quartam ex conſtitutione D. Pij non admittitur ad querelam inofficioſi. l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. & § ſi quis impubes. de inoff. teſtam. l. 1. §. pen. cui plus quàm per L. Falcid. Paul. 4. ſent. 5.

II. Per l. liberto 21 §. filium, de ann. legat. ubi filius rogatus reſtituere detrahit tantùm unum quadrantem.

III. Per l. jubemus. 6. C. ad SC. Trebell. Nov. 18. c. 3. Nov. 39. ubi deductio fideicommiſſaria nulla fiebat.

IV. Quoniam bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. l. 57 de R. J.

V. Quoniam traditũ eſt, duas lucrativas cauſſas in eundem hominẽ & eandẽ rẽ cõcurrere nõ poſſe. §. 6. Inſt. de legat. Donel 7. cõ 30. Claud. Chiflet. de port. legit. c. 13. Cuj. 8. obſ. 3. Hot. ill. q. 43. Vand. 2. q. 32. Gail. 2. obſ. 121. n. 4. Vide eleganter Padillam in auth. res quæ. C. com. de legat. Gothofred. in l. 3. §. 2. Ad SC. Trebell. Diſſent. *Coraſ. in l. filium, num. 45. C. fam. herciſc. Covarruv. in c.*

Raynutius.§.11.num.5.de teſtam. Cont. 1. diſput. 3. Vacun.4.declar.59. & præſertim Andr. Fachin. 5.controv.2. Hanc quæſtionem eleganter tract. Angel.Matthæac.de legat. & fideicomm. lib. 4.c. fin.ubi ſimul tractat, an magis juri Pontificio, an Cæſareo ſit acquieſcendum? Vide omninò diſſentientem Heig.p.1.q.32.Cujus ſententiam retinemus in pronunciando.

Ad §.& cùm 1.tit.22.

17. Si portio onerata acceſſerit portioni non oneratæ, quæritur, quantum legatorum nomine præſtari debeat? Diſtinguimus: aut enim acceſſit jure accreſcendi, aut jure vulgaris ſubſtitutionis. Illo caſu fit contributio, hoc ſolida legata præſtantur.

*Diſtinctio facit ut ſopita ſit lis omnis, quæ apparet inter l.1.§.id quod ex ſubſtitutione,& §. ſi coheredis juncta l.qui fundum. 87. §. qui filium.4.l.quod ſi alterutro.78.D.ad l. Falcid. Probari verò poteſt ex legum iſtarum collatione; cùm §.qui filium de ſubſtitutione loquatur: ſed & rationem habet, quòd jus accreſcendi ſit ex lege, jus ſubſtitutionis ex teſtatoris voluntate. Ant. Faber.4.conj.13.Coraſ.ad §.quod vulgo.l.in ratione.D.ad l Falcid.n.5.6.&7.*Diſſent.*Cujac.4. obſ.35.& 15.obſ.14.&15.Donell 8.comm.23.Duaren.in cap.8.ad l.Falcid.*

Ad

Digitized by Google

Ad §. ergo. 6.

18. Num teſtator prohibere poſſit Trebellianicam? Negam. Quoad liberos primi gradus.

Per l. jubemus. in fine. C. ad SC. Trebell. Gail. 2. obſerv. 138. num. 16. Villalob. in comm. opin. lit. T. n. 78. Vide omninò Angel. Mattheac. lib. 4. de legat. c. 14. n. 9. Andr. Fach. lib. 5. C. 4. Diſſ. *Soarez in Theſ. lit. T. n. 306. Vasq. de ſucceſſ. reſol. 2. §. 11. n. 27.*

Ad §. fin. tit. ult.

19. Num in codicillis fœminæ poſſint eſſe teſtes? Affirm.

I. Per l. fin. C. de Codicillis, ubi non opus eſt adrogatione teſtium in Codicillis. At tum mulier eſſe teſtis poteſt. per ea, quæ deducit Hotoman. 3. obſerv. 14.

II. Per l. 20. §. 6. Qui teſtam. fac. poſſ. Moller. p. 3. conſt. El. 3. n. 27. Bartol. in l. fin. C. de Codicill. Bald. vol. 4. conſ. 284. Vigl. hic. n. 5. Donell. 7. comm. 19. Diſſent. *Cujac. in l. qui teſtamento D. Qui teſtam. fac. poſſ. Hotom. in l. heres. § mulier. D. ead. Dec. in l. 2. de R. J. n. 28. Gothofred in l. 18. n. 26. de teſtib. Oldendorp. 4. de teſtib. num. 13.*

DISPUTATIO DECIMA QUINTA.

Ad tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. lib. III. Inſtit.

Reſpondente

JOHANNE GEORGIO, Felſinio, Styro, Græcenſi.

THESIS I.

Ad rubr. tit. 1.

SUcceſſionis appellatione quid contineatur in hereditatis definitione ſub l. 24. de V. S.? Reſp. Jus ipſum ſuccedens defuncto, & hunc repræſentans.

I. Quoniam & acceßio eſt res, quæ acceſſit. §. fidejuſſores. Inſtit. de fidejuſſoribus. Ergo & ſucceßio, quæ ponitur genus hereditatis, in l. nihil: 24. de V. S. & in l. hereditas. de R. J.

II. Quo-

II. Quoniam ſucceſſio in illa definitione non ſignificat actum ſuccedendi, non jus ſuccedendi, non rem, cui ſucceditur; Ergo rem: quæ ſucceſſit. Verbalium enim in IO quadruplex potiſſimum uſurpatio. Aut enim ſignificant actum verbi; aut jus faciendi; aut rem quæ patitur actum, aut rem quæ agit.

III. Quoniam hereditas eſt Domina, defuncti locum obtinens. l. non minus. §. 1. de heredib. Inſtit. l. 34. & l. 64. De acquir. rer. dom §. ſervus autem. Inſt. de heredib. inſt. l. 9. C. depoſiti.

IV. Per l 50. De petit. hered. Bartol. in l. 1. de acqu. hered. Donell 6. comm. 2. Forſter. 2. de ſucceſſ. 2. & 3. Diſſent. *Apellus in method. Dialect. ration. cap. 1. pag. (mihi)* 128. Diſſ. *aliter Alciat. in d. l. 14. de V. S. & aliter Gœdd. ibid.*

Ad pr. tit. 1.

2. Num ſucceſſio contra teſtamentum conſtituat tertiam ſpeciem inter cauſſam teſtati & inteſtati? Negam.

I. Per h. pr. l 1 de ſuis & legit. l. 20. §. ſed cùm exheredatio. de bon. poſſeſſ. contra tab.

II. Quoniam earum rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus & inteſtatus. l. 7. De R. J.

III. Quoniam ille caſus diverſo reſpectu ſemper refertur ad cauſſam teſtati, vel inteſtati. Ad cauſam teſtati, ratione cauſſæ. l. 1. § 2. D. ſi tab. teſtam. nullæ extab. l. 4. C. de collat. §. ſunt autem §. ſed eas quidem. Inſt. de bon. poſſeſſ. l. 2. §. teſtam.

Quem-

Quemadmodum teſtam. aper. ratione effectus ad cauſſam inteſtati. per d. l. 1. De ſuis & legit. Forſt. 1. de ſucceſſ 8. 9. & 10. Diſſent. *vide ibid. cap. 10. num. 27.*

Ad §. 1. tit. 1.

3. Num teſtamentaria quoque ſucceſſio dicatur propriè legitima? Negam.

I. Per l. 3. §. 2. D. pro ſoc. & quæ ad eam diximus in tr. de pact. c. 6. pag. 154.

II. Quoniam lege obvenit non impropriè. i. e. latè. l. lege 130. de V. S. Forſter. d. lib. 1. c. 15. & ſeqq. Gœdd. ad d. l. 130. Donell. 9. com. 1. Diſſent. *Alciat. ibid. & lib. 4. parad. c. 7. & præſertim. Gilken. ad tit. Inſt. de rer. diviſ. in §. ſi quis à non domino c. 1. Cujus argumentis reſpondimus lib. 2. obſ. c. 16.*

4. Num in legitimatis per ſubſequens matrimonium, locum habeat jus primogenituræ? Negam.

I. Quoniam legitimatio non fit in alterius præjudicium. Nov. 74. c. 2.

II. Quoniam hereditas juſti filij cœpit eſſe. §. ſed ſui. inſt. de hered. qual. & differ.

III. Quoniam duo vincula fortius ligant.

IV. Quoniam legitimatio fictio quædam eſt. At fictio nunquam fingit retrò, ſi æquitas adverſetur, neq; fit in præjudicium juris alteri quæſiti. Forſter. 6. de ſucceſſ. 24. Gail. 2. obſ. 141. nu. 3. Tyraquel. de jure primogen. qu. 34. Diſſent. *Covarr. in c. 4. decret. c. 8. p. 2. §. 2. nu. 28. Vaſq. de ſucceſſ. §. 9. n. 89. Graſſ. in §. ſucceßio, q. 19. n. 8.*

Ad §.

Ad §. cùm filius. 6. tit. 1.

5. Num repræſentatio locum habeat etiam ultra pronepotes? Affirm.

I. Per h. §. verſic. & quia placuit.

II. Per Nov. 118 §. 1. Auth. in ſucceſſ. C. de ſuis & legit. ubi admittuntur omnes deſcendentes cujuscunque gradus ſunt.

III. Per l. 4. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt, ibi. & deinceps cæteri. *l. fin. in pr. C. de ſuis & legit.*

IV. Per §. fin. verſ. ſancimus. Inſtit. h. t.

V. Quoniam pronepotes transmittunt in liberos ſuos ab proavo ſibi derelictam hereditatem, ſi ante apertas tabulas decedant. l. un. C. de his, qui ante apert. tab. Atqui difficiliùs inducitur transmiſſio, quam repræſentatio. l. emancipata. C. qui admitti ad bon. poſſeſſ. l. 3. C. de ſuis & legit.

VI. Per l. 220. §. fin. de V. S. Forſter. 4. de ſucceſſ. 21 Guilielm. Ranch. in tr. de ſucceſſ pag. 17. Borch. de grad. pag. 177. & ſeq. Diſſ. *Ioan. Fab. Angel. & Myn. ſ. hic. Bartol. in l. 1. De lib. & poſthum.*

Ad §. licet. 8.

6. An nepos poſt Avi mortem conceptus, ad ejus hereditatem admittatur? Affirm.

I. Per l. 69. §. fratre. De leg. 2.

II. Quoniam ex avo derivatur, licèt poſt mortem, unde jura ſanguinis ſuadent ipſum admitti. l. Jura ſanguinis. de R. J.

III. Per

III. Per Nov. 118. c. 1. Non admittitur quidem ratione ſuæ perſonæ. l. 6. De ſuis & legit. admittitur ex perſona patris per jus tranſmiſſionis ſeu repræſentationis Forſter. d. lib. 4. c. 23. Alciat. in l. 195. de V. S. Diſſent. *Accurſ. & DD comm. in l. ſi quis 34. C. de inoff. teſtam. Ferrar. in form. libelli pro hered. ab inteſt. venient. verſ. nullus ſupereſt.*

Ad §. emancip. 9.

7. An hodie prorſus ſit ſublata differentia inter ſuos & emancipatos in ſucceſſione inteſtati? Affirm.

Per Nov. 118. c. 4. ibi & omnes ſine qualibet, *&c. Forſter. 8. de ſucceſſ. 9. n. 6. Guilielm. Ranch. in d. tr. de ſucceſſ. p. 23. Coraſ. in l. Gallus. §. & quid. de lib. & poſth. Anton. Cach. in tr. de legit. c. 1. num. 3.* Diſſ. *Alciat. 3. par. d. 10. Fortun. in l. Gallus. §. & quid. de lib. & poſthum. Cujac. ad d. Novell. 118. Cont. in tract. de hered. quæ ab inteſt. deferuntur.*

Ad §. At hi. 10.

26. Num filius poſt mortem patris naturalis emancipatus ab adoptivo patre, perdat illius ſucceſſionem? Neg. Nam jura in bonis parentis naturalis integra ſervat.

Nam in hac ſucceſſionum materia, patria poteſtas non conſideratur, verùm jus ſolùm cognationis. Auth. in ſucceſſionibus. C. de ſuis & legit. hered. juncta l. jura ſanguinis d. R. J. Forſter. 5. de ſucceſſ. 3. nu. 6. Angel. in §. ſed hodie. Inſt. de adopt.

opt. Diſſ. *Accurſ. in l. 10. §. ſi verò. verſ. reverti. C. de adopt. & §. ſed ea omnia 14. in verb. vocabuntur. infr. h. t.*

Ad §. hoc autem. 4. tit. 2.

9. Num fratrum filii patruo ſuccedant in capita, an verò in ſtirpes, quando exiſtunt ſoli? Reſp. In capita.

I. Per l. lege. pen. circ. fin. ibi illo proculdubio l. ult. §. 3. verſ. illo etiam. C. *de legit. hered. & h. §. l. 2. §. 2.* De *ſuis & legit. hered. l. 1. §. fin. ſi pars hered. pet.*

II. Per textum Caii *in fragm. lib. 2. tit. 8. §. 6. ibi. item ſi moriatur quis. & Vlpian. in fragm. t. 26. §. 3. & in reſponſis Papiniani Burgund. tit.* 11. *ubi ſic inquit: in capita inter fratris filios hereditas dividitur, ita ut quanti fuerint fratrum filii, ſingulas & æquales portiones tollant.*

III. Per *Novell.* 118. *cap. 3. verſ. hujusmodi, argumento ducto à contrario ſenſu, nim. ut ſi cum fratribus defuncti non concurrant, ſuccedant in capita. arg. l. 1. verſ. huius.* De *offic. ejus l. ſi per procuratorem. §. ſi ignorante. juncto §. igitur ſeq. Mandat.*

IV. Per autoritatem Harmenopuli. lib. 5. tit. 8.

V. Quoniam ſecundum naturam eſt, ut hereditas potiùs deſcendat, quàm aſcendat l. 7. de bon. damnat l. 7. ſi tab. teſtam. nullæ extab. l. 15. De *inoff. teſtam.*

VI. Quo-

VI. Quoniam hæc opinio recepta à parlamento Galliæ, teſte Hotom. il. qu. 14.

VII Quoniam in Comitiis Spirenſib. Conſtit. Caroli V. Anno 1529. comprobata ſub tit. Wie Brüder vnnd Schweſter kinder. *Forſter. 8. de ſucceſſ. 3.*

IIX. Quoniam ubi fortuiti caſus par in utramq; partem ratio eſt, neuter lædi videtur. l. 12. C. de inoff. teſtam. Donell *9. comm. 4. Cujac. 2. feud. 11. & conſult. 4. Borcholt. c. 7. de feud. Hotom. d. l præſertim Guilielm. Ranch. in d. tract. p.* 111. Diſſ. *Accurſ. in auth. ceſſante. C. de legit. hered. Faber in §. cæterũ* Inſtit. *h. t. Guido* Papæ *deciſ. 134. Oldendorp. in comment. leg. 12. tab. t. 6. Contius in d. tr. de hered. ab inteſt. & novè Sonsbecc. p. 9. de feud. nu. 110. & ſeq. Vide omninò quæ ad. quæſtionem eleganter diſputavit* Anton. *Faber in diſputatione forenſi ſubjectâ tractatui de re numaria. Vide* Landtr. *lib. 1. art. 17.* In *ibi gl. lit. G. & J.*

Ad §. placebat. 7. tit. 2.

10. An abſtinente filio nepos admittatur ad hæreditatem avi de jure civili per ſucceſſorium edictum? Neg.

Per *l. 6. C. de legit. hered. l. ult. C. unde liberi. Cujac. 4. obſ. 6.* Diſſ. *DD. & Vacun. 4. declar. 49.*

Ad §. præſertim. 3. tit. 3.

11. Si parentes paterni & materni pares gradu concurrunt, an tum diſtinctio debeat fieri bonorum? Neg.

I. Per

I. Per d. Novell. 118. c. 2. verſ. ſi autem eundem.

II. Quoniam inter ſolos fratres, ex uno latere conjunctos, inducta fuit bonorum maternorum à paternis ſeparatio.

III. Per l. ſed ſi plures. 10. §. filio. De vulg. & pup. l. fin. De inoff. teſtam.

IV. Quoniam alias aſcendentes imparis gradus admitterentur. Bald. in l. quod ſcitis. C. de bō. quæ lib. & ibid. Salyc. Fulgoſ. & alij. Nicol. de Ubaldus in tr. de ſucceſſ. p. 2. num. 4. Forſt. 7. de ſucceſſ. 4. Mynſ. 6. obſerv. 55. Guilielm. Ranchin. pag. 127. & ſeq. Diſſent. *Bartol. in d. l. quod ſcitis. Angel. hic. num. 6. Matthesilan. in d. tr. de ſucceſſ. ab inteſt. art. 2. num. 5. Borch. de gradib. pag. 210. edit. 91.*

Ad §. noviſsimè. 3. tit. 4.

12. An nepotes juſti ex filio naturali ſuccedant avo? Neg.

Per l. fin. C. de Nat. lib. Forſt. 6. de ſucceſſ. 10. in fine. Cujac. Novell. 18. Diſſent. *Covarruv. de ſponſal. p. 3. c. 8. §. 4. n. 10. & ibid. relati.*

Ad §. fin. tit. 4.

13. An in emtorem hereditatis, jus accreſcendi derivetur? Negam.

I. Quoniam ei nihil voluit dari teſtator, ſed magis heredi vel proximo ſucceſſori.

II. Per l. 2. §. 1. De hered. vel act. vendit. Si enim vendita hereditate id venit, quod jam ad venditorem pervenit venditoris tempore, utique

M non

non id, quod poſt accrevit aut accreſcit. At prius. Ergo.

III. Quoniam aliàs plenius eſt jus ſucceßionis, quàm emtionis. l. Pomponius 13. §. quæſitum. 4. de acq. poſſeſſ.

IV. Quoniam jus accreſcendi locum habet ſaltem in ultimis voluntatibus, non verò in contractib. argum. l. ſi mihi & Titio. 110. de V. O. Duaren. 1. de jure accreſc. 25.

V. Quoniam in contractibus totum negotium expreſſe contrahentium diſpoſitioni relinquitur. l. vetteribus. de pactis l. 94. l. quicquid 99. de V. O. Cujac. 12. obſerv. 13. & in Mercatore. 3. not. 12. Gomez. in var reſolut. cap. de jure accreſc. num. 3. & ultim. Bronch. cent. 1. aſſ. 93. Diſſent. *Duaren. 2. de jure accreſc. 6. & 19. Robert. 3. anim. 19.*

Ad rub. tit. 6.

14. Num gradus rectè definiatur, quòd ſit generatio perſonæ? Neg.

Gradus enim non eſt generatio, quoniam hæc efficit gradum. Efficiens autem non eſt genus effecti; idq; & Hotom. animadvertit in §. 6. Inſtit. h. t. Diſſent. *Bercholt. in tract. de gradibus. pag. 5. 6. & 7.*

DISPU-

DISPUTATIO DECIMASEXTA.

Ad tit. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. lib. III. Inſtitut.

Reſpondente

JOHANNE VVILHELMI, Elbingenſi.

THESIS I.

Ad pr. tit. 10.

BOnorum poſſeſſio, num ſit unum ſimplex nomen? Neg.

I. Per l. 3. in pr. ubi declaratur, quid bona ſint in bonorum poſſeßione. De bon. poſſeß.

II. Per l. 3. §. 1. ib. Bonorumve poſſeſſio. & §. 2. Bonorum igitur poſſeßionem. ff. eod.

III. Quoniam nonnunquam ſimpliciter dicitur poſſeſſio. l. 6. in princ. ff. eod. l. 21. §. 1. ff. ad SC. Syllan.

*IV. Quoniam appellatur nonnunquam poſſeſſio bonorum l.4.§.3.de offic.ejus.cui mand. eſt juriſdict.Forſter. 2. de ſucceſſ.24.in fine.Donell. 7. comm.*14.Diſſent. *Mynſ.Schneidw.& DD. hic. Hotom.9.obſerv.10.Sichard.ad rubr.* C. *qui admitt.ad bon.poſſ.n.19.*

2.Quid per jus denotetur in definitione bonorum poſſeſſionis, quæ eſt in l.3.§.3.de bon.poſſeſs. Reſpon. Formula ſeu titulus, qua nanciſcimur jus perſequendi, ſeu actiones hereditarias.

Per l.63.§.9.10.11.ff.ad SC.Trebell.Accurſ.in rubr.C.qui admitti & ad d.l.3 §.3.& ibidem Gothofr.Forſt.2 de ſucceſſ.24.num.7. & ſeqq. Diſſ. *Dec.in d.rubr.C.qui admitti,& ibid.Barbat.n.39. Zachard.num.55.*

3. Num bonorum poſſeſſio dominium proprietatis tribuat? Neg. Nam tribuit ſaltem poſſeſſionem.

I. Quia id nomen ſatis indicat.

II. Quoniam prætor heredem facere non poteſt,h.prin. Ergo nec dominium. per ea, qua deduximus ſupra diſp.13. theſ. 26.

III. Quoniam dominum facere legis eſt, poſſeſſorem juriſdictionis.l.4.§.1.de offic.ejus, cui mād. eſt jurīd.

IV. Quoniam ſaltem tribuit jus perſequendi actiones perſecutorias, ceu in anteced.theſ.habuimus.Cujac.in parat.ff.ad h.tit.& in Mercat.3.c. 9.Guilielm.Ranch.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.p.2.

Gœdd.

Gæld. in l. 24. num. 15. & ſeqq. de V. S. Diſſent. *Robert. 3. anim. 9. Cont. in lib. ſing. de here. quæ ab inteſt. def. Donell 6. comm. 2. & 7. comm. 14. DD. com. hic Foquelin. de vulg. ſubſti. pag. 8.*

4. Num bonorum poſſeſſio rectè diſtribuatur in Edictalem & Decretalem? Negam.

I. Quoniam definitio bonorum poſſeſſionis Edictali non competit.

II. Quoniam jus adeundi hereditatem differt ab ipſa hereditate. Ergo & edictalis quam dicunt, differet à bonorum poſſeſſione.

III. Quoniam qui ſemel bonorum poſſeſſor effectus eſt; ampliùs effici nequit. arg. l. ait prætor. §. 10. de minor.

IV. Quoniam ſicut hereditas, ita quoque bonorum poſſeſſio ſaltem eſt una, reſpectu perſonæ defunctæ.

V. Quoniam diverſitas in accidentibus differentiam ſpecificã non inducit. Forſter 2. de ſucceſſ. 26. Ronchegall. ad § fin. Inſtit. h. t. Diſſent. *DD. comm. Accurſ. in l. 1. C. qui admitti VVeſenb. in parat. hic. num. 11. Mynſ. h. c. num. 10. Gothofred. ad rubr. ff. eod. Donell. d. c. 14. Govean. in l. 4. de jurisd. Gilken in tr. de præſcr. p. 3. c. 2. n. 8. & ſeqq.*

Ad §. ſed eas 2. tit. 10.

5. An emancipatus filius reſciſſo teſtamento per Bonorum poſſeſſionem contra tabb. ſuccedat per bonorum poſſeſſionem UNDE LIBERI? Neg.

Digitized by Google

I Quoniam bonorum poſſeſſio contra tabb.nõ ſolùm eſt reſcindendi jus, ſed etiam ſuccedendi ex teſtamento, & perſequendi l. 1. §. ita ſi tabul. teſtam. nullæ ext. l. filiæ C. de collat. §. ſunt autem Inſtit. de Bon. poſſeſſ.

II. Quoniam aliàs cauſſa teſtati & inteſtati concurreret, contra l. jus noſtrum. de R. J. Forſter. 1. de ſucceſſ. cap. 11. Bald. in l. pater filium. de inoff. teſtam. Coſta in l. Gallus. §. & quid ſit. num. 137. de lib. & poſth. Diſſent. Cyn. l. certum § fin. C. unde legit. Angel. in l. illud. de acq. hered. Dec. in rubr. C. unde liberi. Alciat. 4. cap. 14. parerg.

6. Num bonorum poſſeſſio adverſus tabulas, pertineat ad bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas? Neg.

Per text. in l. ult. C. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. non putavit. verſ. ſed ſi poſt. de bon. poſſeſſ. contra tab. juncto tit. 28. in fragm. Ulpiani. Robert. 2. lect. 23. Diſſent. *Cujac. ad tit. 20. in fragm. Ulpiani. & Gilbert. Regius 2.* ἐναντιοφ. *cap. 20.*

7. An filius patri ſe prætereunti conſentiens, a bonorum poſſeſſione contra tab. excludatur? Neg.

I. Per l. 10. §. fin. de bonor. poſſeſſione contra tabulas.

II. Quoniam æquitas hoc ſuadet. Jaſon. in l. fin. C. eod. Diſſent. *Br. in l. ſi quando §. fin, C. de inoff. teſtam. Gomez. 1. reſolut. n. 6.*

8. Num

8. Num bonorum poſſeſſio ſit adhuc in uſu? Neg.

I. Quoniam hodie nulli ſunt ampliùs prætores tales, quales olim.

II. Quoniam qui communi auxilio & mero jure munitus eſt, non debet ei tribui extraordinarium auxilium. l. 16. in pr. De minor. atqui cognati ſuccedunt ampliùs non ex jure prætorio, ſed magis ex jure civili. per Nov. 118. Verùm & diſcrimen quod olim erat inter emancipatos & ſuos, prorſus eſt ſublatum, eadem Novell. c. 4. non in cauſſa ſolùm teſtati, verùm & inteſtati, ceu deduximus ſup. diſp. 13 theſ. 31. & diſp. 15. th. 7. Sed & vir & uxor ſuccedunt hodie jure civili, per auth. præterea. C. unde vir & uxor. Diſſent. *DD. com. Sichard. in rubr. C. qui admitti. num. 6. & ſeq. Oldendorp. cl. 5. act. 6. qu. an hodie petatur? Donell. 7. comm. 14. in fine. Weſenb. in §. ſed eas 4. num. 1. & 8. comm. 26.* Diſſent. *quo ad bon. poſſeſſ. unde vir & uxor. Ranchin in d. tr. de ſucceſſ pag. 5.*

Ad rubr. tit. 14.

9. An initium hic fiat doctrinæ de actionibus? Neg.

I. Quia Juſtin. dixit, ſe de obligationibus, quaſi de rebus incorporalibus tractaturum. §. fin. ſupra de uſu & habit. adde, quæ diximus diſput. 2. theſ. 1.

II. Quoniã obligatio nõ eſt mater omniũ actionũ, ſed perſonalium tantùm. Ergo & dominiorum

tractatio pertineret ad actiones. Vult. Cont. Pac. hic. Diſſent. *Accurſ. Nicaſ. Angel. Porc. & DD. comm. hic.*

Ad pr. tit. 15.

10. An mutuum inde rectè dicatur, quod ex meo tuum fiat? Affirm.

I. Per hoc pr.

II. Per l. 2. §. 2. ff. h. t. quoniam aliàs, quæ ſunt reciproca, mutua vocamus, ut mutuum amorem, mutuas operas. Donell. 14. comm. 1. Scip. Gentil. in lib. ſing. orig. pag. 362. Diſſ. *Varro, qui à Siculo μοῖτον deducit.* Diſſent. *Cujac. 11. obſerv. 37. qui à mutatione derivat.* Diſſent. *alii, qui quaſi μῦτεον ſic dictum autumant.*

11. Num mutuum ſit verus & proprius contractus? Affirm.

I. Per h. pr. juncto pr. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. & §. fin. ſuprà de obl.

II. Per §. in jurisg. Inſtit. de jure N. G. & C. l. 1. de O. & A.

III. Quoniam cauſſam habet expreſſam. Donell. d. cap. 1. Gœd. ad l. 19. de V. S. & de contrah. ſtip. cap. 1. num. 63. Diſſent. *Cujac. in l. 7. in pr. de pact. & comm. DD. ad l. 17 de V. S. Coraſ. in l. frater. De cond. ind. n. 3.*

12. Num officiales & hodierni præſides mutuo dare poſſint pecuniam? Affirm.

I. Per l. 34. in pr. ff. h. t.

II. Quoniam ſunt magiſtratus perpetui, unde in perpetuum eis contractu mutui interdiceretur,

contra

contra civilem ſocietatem. Donell. in d. l. 34. Diſſent. *ibi. Salic. & Zaſ. in l. 33. num. 15. ff. eod.*

13. Num in panibus etiam conſiſtat mutuum? Affirm.

Nam & panes pondere conſiſtunt, vel numero Diſſ. *Accurſ. in l. 2. §. 1. de reb. cred.*

Ad §. is quoq; tit. 14.

14. Num indebitum ſolutum ſit verus contractus? Neg.

Per h. §. in fin. ibi. non ex contractu, & ibi. magis voluerit negotium diſtrahere. §. item is cui. 6. Inſt. de obl. quæ quaſi ex contr. ibi. Si certiorem rationem. l. 5. §. 3. de O. & A. ibi. quaſi ex mutui, & ibi. non poteſt intelligi, &c. & ibi. magis diſtrahendæ obligationis animo. Et evincit hoc etiam ordo ſive ſeries legum ſub tit. de O. & A. Cùm enim in principio leg. 1. dictum fuiſſet, obligationes aut ex contractu naſci, aut ex maleficio, aut proprio quodam jure ex variis cauſarum figuris, id eſt, (ut interpretatur Don. 12. comm. 5. Coraſ. *ad rubr. De acquir. poſſeſſ.) ex quaſi contractu & quaſi maleficio: ibi poſtea ſubjicit, & de veris contractibus nominatim agit in l. 1. 2. 3. De veris maleficiis in l. 4. de quaſi verò contractibus, & inibi etiam de indebito ſoluto in l. 5. usque ad §. 4. Deinceps ab iſto §. 4. usq; in finem de quaſi delicto. Suſtinetur enim hic quaſi contractus, non quod conventio aliqua præceſſerit, ſed quod iniquum, aliquem cum alterius jactura fieri locupletiorem. l. 12. & ſeq. l. 33. de con. indeb. l.*

 206. de

206. de R. J. &c. Vult. 1. J. R. 42. n. 23. & 2. J. R. c. 13. circa fin. Vasq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. n. 50. Petr. Heig. hic. & §. item is. Inſtit. de obligat. ex quaſi contract. Diſſ. *Donell. 14. comm. 16. & 17.* Cujac. *2. obſerv. 37. & 8. obſerv. 34.*

Ad §. item is cui. 2. tit. 15.

15. Num compenſatio locum habeat in commodato? Negam.

I. Per h. §. ibi. & ob id de ea re ipſa reſtituenda tenetur.

II. Quoniam prætextu debiti, reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur, l. ult. C. *de commod.*

III. Quoniam reſtituitur eadem ſpecies in commodato l. 2. in pr. de reb. cred. Species autem compenſationem non admittit. l. ſi non ſortem 26. §. ſi centum. de cond. indeb. l. 18 in pr. de pign. act.

IV. Quoniam *petenti quod ſibi debetur, competit compenſatio: At commodans petit rem ſuam. Forn. 2. ſelect. 14. Bronchorſt. cent. 1. aſſ. 12.* Diſſent. *Donell. in §. bona fidei. Inſtit. de action. pag. 388. Cujac. 9. obſerv. 37. & ad* Paul. *2. ſent. 12. §. fin.* Pac. *4. ἐναντιοΦ. 44. Vide Fachin. 1. contr. cap. 6.*

Ad §. præterea. tit. 15.

16. Num depoſitum ſit rerum etiam immobilium? Neg.

I. Per *l. 1. in pr. h. t. ibi.* datum.

II. Quoniam ea cuſtodia adverſus vim parùm proficit. l. 31. in princ. de action. empti.

III. Quo-

III. Quoniam res immobilis non poteſt poni, multò minùs igitur deponi. arg. l. 1. in pr. depoſiti.

IV. Quoniam interdictum de vi, habet locum in re depoſita etiam mobili. l. 1. §. 38. juncta l. 1. in pr. de vi & vi armat.

V. Quoniam in jure nullibi reperitur exemplum. Schneidw. Mynſing. & DD. ad h. §. Azo in ſum. C. depoſiti, Diſſent. *Gœdd. in l. 110. nu. 3. de V. S. & in rubr. extr. de ſeq. nu. 9.*

17. An depoſitarius teneatur, ſi culpa quidem ſua, absque dolo tamen rem amiſerit? Negam.

Per h. §. l. 20. Depoſiti. l. 23. de R. J. l. 1. §. 10. l. 7, l. 32. depoſiti. Cujac. 22. obſerv. 30. Diſſent. *Sucrin. rep. lect. 19.*

Ad §. fin. tit. 15.

18. Num pignus oblatione nuda liberetur in id, ut actio naſcatur pignoratitia? Affirm. Si ſit judicialis.

Per l. 20. §. 2. De pign. act. l. 6. §. 1. Quib. mod. pign. vel hypotheca. Sichard. in l. 19. C. de uſur. Diſſ. *Duar. de pign. act. c. 4.* Cujac. *in tract. ad African. pag. (edit. an. 98.) 569. & DD. comm. Donell. in l. 9. C. de ſolut.*

19. Num cenſeatur jus pignoris remiſiſſe, qui pignus reddidit? Affirm.

Quamvis enim utendum dari manente pignoris jure poſſit, reddi tamen non poteſt; quoniam reddi eſt retrò dari. l. 49. De V. S. Cujac. in l. 2. in fin. De pact. Diſſ. *Duaren. in l. 3. eod.*

DISPU-

DISPUTATIO DECIMA SEPTIMA.

Ad tit. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. lib. III. Inſtit.

Reſpondente

CHRISTIANO OHEMIO, Mülhuſino.

THESIS I.

NUm plures ſint ſpecies verborum obligationem producentes, quam ſtipulatio? Negam.

I. Quoniam nec hic nec in Dig. nec in Cod. ſpecies aliæ recenſentur. At male fuiſſent omiſſæ, ſi fuiſſent aliæ, præſertim in hoc Inſtitutionis contextu, ubi ſingulas contractuum ſpecies enumerat Imper.

II Quoniam verbis obligamur, cùm præcedit interrogatio, & ſequitur congruens reſponſio. l. 52. §.

52. §. 2. l. 1. §. 7. de O. & A. At & dotis dictio, & libert. jusjurandum ſine interrogatione fiebat. teſte vel ipſo Cajo. in fragm lib. 2. t. 9.

III. Quoniam in eam rem ex noſtro Iuſtinia-neo jure nullus datur textus.

IV. Quoniam obligatio ex jurejurando non verborum obligatio, ſed jurisjurandi. l. ut jurisjurandi 7. De oper. libert. l. 13. de Acceptilat.

V. Per l. exactionem. C. de dotis promiſſione. Don. in rubr. de V. O. n. 7. & ſeqq. Diſſent. Cujac *in l. 1. De V. O. & Gœdd. in rubr. de contrab. & commit. ſtipul. num. 7. & ſeqq.*

2. Unde ſtipulatio dicatur? Reſp. à ſtipulo, quod firmum appellabatur, fortè à ſtipite deſcendens.

I. Per h. pr. Paul. 5. ſent. 7. Iſidor. 5. Etymo. 27.

II. Quoniam ea potiſſimum Logica commendatur notatio, quæ à forma & fine quàm minimum recedit. Ad hac à fine nihil recedit. Nam obligationum firmandarum gratiâ ſtipulationes inductæ ſunt. Paul. d. c 7. l. 1. §. 8. De O. & A. l. 3. §. ſtipulatio. l. 126. §. Chryſogonus. de V. O. Donell. ad l. 5. §. ſtipulatio autem. n. 2. de V. O. Cujac. in Par. C. eod. Gœd. de contrab. ſtip. c. 1. concl. 1. Diſſent. *Alciat. in Parerg. 39. Coraſ. 1. Miſc. ult. num. 8. Myrſ. hic.*

3. Num ſtipulatio ſit verus ac proprius contractus? Affirm.

I. Quo-

I. Quoniam eam & ICti & Impp. contractum vocaverunt l. non ſolum. De O & A. l. eandem rem. 9. De duob. Reis. l. 80. De ſolut. l. 9. §. 3. De reb. cred. l. 3. §. idem ſcribit. de peculio. l. præposteri. 25. C. de teſtam. l. 7. C. quod vi metusve cauſſa.

II. Quoniam Imp. Juſtin. hanc ſpeciem inter veros contractus in hoc ordine recenſuit.

III. Per § fin. Inſtit. de Obligat. ubi Iuſt. inter alias obligationum ex contractu ſpecies tres, hanc quartam fecit.

IV. Quoniam definitio contractus ſtipulat. competit. Nam contractus eſt conventio, quæ habet in ſe negotium. l. ſolent. 15. De præſcript. verb. l. 14. De precar. l. 7. De pactis. At ſtipulatio eſt conventio. l. 1. §. 3. & fin. de pactis. & habet in ſe negotium. l. 8. 3. de V. O. Coraſ. ad rubr. de V. O. n. 11. Donell. ad l. 1. de reb. cred. nu. 11. & ſeq. Conſtan. 1. quæſt. jur. cap. 8. Cujac. in l. 7. de pact. Gœd. d. cap. 1. concluſ. 3. n. 22. & ſeqq. & ad l. 19 de V. S. Diſſ. Accurſ. & DD. comm. in §. conventionales de diviſ. ſtipul. Bartol. Alciat. & Brech. & Fornerius ad l. Labeo 19. de V. S. Schrad. ad §. Sequens. n. 7. Inſtit. de obligat.

4. Num verò ſit contractus civilis? Affirm.

I. Per §. de conſtituta Inſt. de Act. ibi. iure civili tenetur.

II. Per l. 1. D. Locati. Vbi concludit, locationem ideo jurisg. eſſe, quoniam non verbis tantùm contra-

contrahitur. Ergo quoniam ſtipulatio verbis tantùm contrahitur, non erit juris gentium, ſed juris civilis.

III. Per *l. ex hoc jure.* De *juſt. & jur.*

IV. Per *l ſi ita 126. §. Chryſogonus. 2. de V. O. ibi. planè ſi præcedat, ubi naturali obligationi ſtipulationem JCtus opponit.*

V. Per l. ea, quæ civiliter 53. De acquir. rer. dom. ubi ſtipulatio civiliter acquiritur.

VI. Quoniam ſtipulatio civilem habet rationem, cùm Jus gent. verborum ſolennitatem neutiquam conſideret, ſed conſenſu perficiatur, & fidem intueatur.

VII. Quoniam deportatus Jure gentium utitur. l. 17. §. 1. de pœn. l. 15. De Interdict. & Relegat. At deportatus ex ſtipulatione non obligatur. l. 14. de nova. Coraſ. in d. rubr. n. 3. & ſeqq. Cujac. ad l. 1. de V. O. & 5. obſ. 36. & 14. obſ. 40. Vult. ad h. pr. n. 4. & ſeqq. Gœdd. in d. tract. cap. 2. concluſ. 1. Diſſent. *Ræuard. 4. var. 17. Walter. 1. Miſc. c. 11. Forcat. Necyom. dial. 72. Hotom. ad §. jus autem gent. Inſtit. de J. N. G. & civ. Uſill. in §. conſtituta nu. 34. & ſeq. Inſtit. de Act. Vide ad diſcurſum* Alber. *Gentil. in lib. de mixturâ linguarum, pag. 49.*

Ad §. omnis ſtipulatio. 2.

5. An ex pura ſtipulatione confeſtim agi poſſit eadem die, ſine ullo laxaměto? Neg.

I. Quoniam conventiones humanæ ſunt civiliter intelligendæ, l. ſi cujus. de ſervit.

II. Quo-

I Quoniam bonorum poſſeſſio contra tabb. nõ ſolùm eſt reſcindendi jus, ſed etiam ſuccedendi ex teſtamento, & perſequendi l. 1. §. ita ſi tabul. teſtam. nullæ ext. l. filiæ C. de collat. §. ſunt autem. Inſtit. de Bon. poſſeſſ.

II. Quoniam aliàs cauſſa teſtati & inteſtati concurreret, contra l. jus noſtrum. de R. J. Forſter. 1. de ſucceſſ. cap. 11. Bald. in l pater filium. de inoff. teſtam. Coſta in l. Gallus. §. & quid ſit. num. 137. de lib. & poſth. Diſſent. *Cyn. l. certum § fin. C. unde legit. Angel. in l. illud. de acq. hered. Dec. in rubr. C. unde libe ri. Alciat. 4. cap. 14. parerg.*

6. Num bonorum poſſeſſio adverſus tabulas, pertineat ad bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas? Neg.

Per text. in l. ult. C. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. non putavit. verſ. ſed ſi poſt. de bon. poſſeſſ. contra tab. juncto tit. 28. in fragm. Ulpiani. Robert. 2. lect. 23. Diſſent. *Cujac. ad tit. 20. in fragm. Ulpiani. & Gilbert. Regius 2. ἐναντιοφ. cap. 20.*

7. An filius patri ſe prætereunti conſentiens, a bonorum poſſeſſione contra tab. excludatur? Neg.

I. Per l. 10. §. fin. de bonor. poſſeſſione contra tabulas.

II. Quoniam æquitas hoc ſuadet. Jaſon. in l. fin. C. eod. Diſſent. *Br. in l. ſi quando §. fin. C. de inoff. teſtam. Gomez. 1. reſoluta. n. 6.*

8. Num

8. Num bonorum poſſeſſio ſit adhuc in uſu? Neg.

I. Quoniam hodie nulli ſunt ampliùs prætores tales, quales olim.

II. Quoniam qui communi auxilio & mero jure munitus eſt, non debet ei tribui extraordinarium auxilium. l. 16. in pr. De minor. atqui cognati ſuccedunt ampliùs non ex jure prætorio, ſed magis ex jure civili, per Nov. 118. Verùm & diſcrimen quod olim erat inter emancipatos & ſuos, prorſus eſt ſublatum, eadem Novell. c. 4. non in cauſſa ſolùm teſtati, verùm & inteſtati, ceu deduximus ſup. diſp. 13 theſ. 31. & diſp. 15. th. 7. Sed & vir & uxor ſuccedunt hodie jure civili, per auth. præterea. C. unde vir & uxor. Diſſent. *DD. com. Sichard. in rubr. C. qui admitti. num. 6. & ſeq. Oldendorp. cl. 5. act. 6. qu. an hodie petatur? Donell. 7. comm. 14. in fine. Weſenb. in §. ſed eas 4. num. 1. & 8. comm. 26.* Diſſent. *quo ad bon. poſſeſſ. unde vir & uxor. Ranchin in d. tr. de ſucceſſ. pag. 5.*

Ad rubr. tit. 14.

9. An initium hic fiat doctrinæ de actionibus? Neg.

I. Quia Juſtin. dixit, ſe de obligationibus, quaſi de rebus incorporalibus tractaturum. §. fin. ſupra de uſu & habit. adde, quæ diximus diſput. 2. theſ. 1.

II. Quoniã obligatio nõ eſt mater omniũ actionũ, ſed perſonalium tantùm. Ergo & dominiorum

tractatio pertineret ad actiones. Vult. Cont. Pac. hic. Diſſent. *Accurſ. Nicaſ. Angel. Porc. & DD. comm. hic.*

Ad pr. tit. 15.

10. An mutuum inde rectè dicatur, quod ex meo tuum fiat? Affirm.

I. Per hoc pr.

II. Per l. 2. §. 2. ff. h. t quoniam aliàs, quæ ſunt reciproca, mutua vocamus, ut mutuum amorem, mutuas operas. Donell. 14. comm. 1. Scip. Gentil. in lib. ſing orig. pag. 362. Diſſ. *Varro, qui à Siculo* μῦτον *deducit.* Diſſent. *Cujac 11. obſerv. 37. qui à mutatione derivat.* Diſſent. *alii, qui quaſi* μῦτον *ſic dictum autumant.*

11. Num mutuum ſit verus & proprius contractus? Affirm.

I. Per h. pr. juncto pr. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. & §. fin. ſuprà de obl.

II. Per §. in jurisg. Inſtit. de jure N. G. & C. l. 1. de O. & A.

III. Quoniam cauſſam habet expreſſam. Donell. d. cap. 1. Gœd. ad l. 19. de V. S. & de contrah. ſtip. cap. 1. num. 63. Diſſent. *Cujac. in l. 7. in pr. de pact. & comm. DD. ad l 17 de V. S. Coraſ. in l. frater. De cond. ind. n. 3.*

12. Num officiales & hodierni præſides mutuo dare poſſint pecuniam? Affirm.

I. Per l. 34. in pr. ff. h. t.

II. Quoniam ſunt magiſtratus perpetui, unde in perpetuum eis contractu mutui interdiceretur, contra

contra civilem ſocietatem. Donell. in d. l. 34. Diſſent. *ibi. Salic. & Zaſ. in l. 33. num. 15. ff. eod.*

13. Num in panibus etiam conſiſtat mutuum? Affirm.

Nam & panes pondere conſiſtunt, vel numero Diſſ. *Accurſ. in l. 2. §. 1. de reb. cred.*

Ad §. is quoq; tit. 14.

14. Num indebitum ſolutum ſit verus contractus? Neg.

Per h. §. in fin. ibi. non ex contractu, & ibi. magis voluerit negotium diſtrahere. §. item is cui. 6. Inſt. de obl. quæ quaſi ex contr. ibi. Si certiorem rationem. l. 5. §. 3. de O. & A. ibi. quaſi ex mutui, & ibi. non poteſt intelligi, &c. & ibi. magis diſtrahendæ obligationis animo. Et evincit hoc etiam ordo ſive ſeries legum ſub tit. de O. & A. Cùm enim in principio leg. 1. dictum fuiſſet, obligationes aut ex contractu naſci, aut ex maleficio, aut proprio quodam jure ex variis cauſarum figuris, id eſt, (ut interpretatur Don. 12. comm. 5. Coraſ. *ad rubr. De acquir. poſſeſſ.) ex quaſi contractu & quaſi maleficio: ibi poſtea ſubjicit, & de veris contractibus nominatim agit in l. 1. 2. 3. De veris maleficiis in l. 4. de quaſi verò contractibus, & inibi etiam de indebito ſoluto in l. 5. usque ad §. 4.* Deinceps *ab iſto §. 4. usq; in finem de quaſi delicto. Suſtinetur enim hic quaſi contractus, non quod conventio aliqua præceſſerit, ſed quod iniquum, aliquem cum alterius jactura fieri locupletiorem. l. 12. & ſeq. l. 33. de con. indeb. l.*

206. de R. J. & c. Vult. 1. J. R. 42. n. 23. & 2. J. R. c. 13. circa fin. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. n. 50. Petr. Heig. hic. & §. item is. Inſtit. de obligat. ex quaſi contract. Diſſ. *Donell. 14. comm. 16. & 17.* Cujac. *2. obſerv. 37. &* 8. *obſerv. 34.*

Ad §. item is cui. 2. tit. 15.

15. Num compenſatio locum habeat in commodato? Negam.

I. Per h. §. ibi. & ob id de ea re ipſa reſtituenda tenetur.

II. Quoniam prætextu debiti, reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur, l. ult. C. *de commod.*

III. Quoniam reſtituitur eadem ſpecies in commodato l. 2. in pr. de reb. cred. Species autem compenſationem non admittit. l. ſi non ſortem 26. §. ſi centum. de cond. indeb. l. 18 in pr. de pign. act.

IV. Quoniam *petenti quod ſibi debetur, competit compenſatio: At commodans petit rem ſuam. Forn. 2. ſelect. 14. Bronchorſt. cent. 1. aſſ. 12.* Diſſent. *Donell. in §. bonæ fidei. Inſtit. de action. pag. 388. Cujac. 9. obſerv. 37. & ad* Paul. *2. ſent. 12. §. fin.* Pac. *4.* ἐναντιοφ. *44. Vide Fachin. 1. contr. cap. 6.*

Ad §. præterea. tit. 15.

16. Num depoſitum ſit rerum etiam immobilium? Neg.

I. Per l. 1. in pr. h. t. ibi. datum.

II. Quoniam ea cuſtodia adverſus vim parùm proficit. l. 31. in princ. de action. empti.

III. Quo-

III. Quoniam res immobilis non poteſt poni, multò minùs igitur deponi. arg. l. 1. in pr. depoſiti.

IV. Quoniam interdictum de vi, habet locum in re depoſita etiam mobili. l. 1. §. 38. juncta l. 1. in pr. de vi & vi armat.

V. Quoniam in jure nullibi reperitur exemplum. Schneidw. Mynſing. & DD. ad h. §. Azo in ſum. C. depoſiti, Diſſent. *Gœdd. in l. 110. nu. 3. de V. S. & in rubr. extr. de ſeq. nu. 9.*

17. An depoſitarius teneatur, ſi culpa quidem ſua, absque dolo tamen rem amiſerit? Negam.

Per h. §. l. 20. Depoſiti. l. 23. de R. J. l. 1. §. 10. l. 7, l. 32. depoſiti. Cujac. 22. obſerv. 30. Diſſent. *Suerin. rep. lect. 19.*

Ad §. fin. tit. 15.

18. Num pignus oblatione nuda liberetur in id, ut actio naſcatur pignoratitia? Affirm. Si ſit judicialis.

Per l. 20. §. 2. De pign. act. l. 6. §. 1. Quib. mod. pign. vel hypotheca. Sichard. in l. 19. C. de uſur. Diſſ. *Duar. de pign. act. c. 4.* Cujac. *in tract. ad African. pag. (edit. an. 98.) 569. & DD. comm. Donell. in l. 9. C. de ſolut.*

19. Num cenſeatur jus pignoris remiſiſſe, qui pignus reddidit? Affirm.

Quamvis enim utendum dari manente pignoris jure poſſit, reddi tamen non poteſt; quoniam reddi eſt retrò dari. l. 49. De V. S. Cujac. in l. 2. in fin. De pact. Diſſ. *Duaren. in l. 3. eod.*

DISPU-

DISPUTATIO
DECIMA SEPTIMA.

Ad tit. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. lib. III. Inſtit.

Reſpondente

CHRISTIANO OHEMIO, Mülhuſino.

THESIS I.

NUm plures ſint ſpecies verborum obligationem producentes, quam ſtipulatio? Negam.

I. Quoniam nec hic nec in Dig. nec in Cod. ſpecies aliæ recenſentur. At male fuiſſent omiſſæ, ſi fuiſſent aliæ, præſertim in hoc Inſtitutionis contexsu, ubi ſingulas contractuum ſpecies enumerat Imper.

II Quoniam verbis obligamur, cùm præcedit interrogatio, & ſequitur congruens reſponſio. l. 52. §.

Digitized by Google

52. §. 2. l. 1. §. 7. de O. & A. At & dotis dictio, & libert. jusjurandum ſine interrogatione fiebat. teſte vel ipſo Cajo. in fragm lib. 2. t. 9.

III. Quoniam in eam rem ex noſtro Iuſtinianeo jure nullus datur textus.

IV. Quoniam obligatio ex jurejurando non verborum obligatio, ſed jurisjurandi. l. ut jurisjurandi 7. De oper. libert. l. 13. de Acceptilat.

V. Per l. exactionem. C. de dotis promiſſione. Don. in rubr. de V. O. n. 7. & ſeqq. Diſſent. Cujac *in l. 1. De V. O. & Gœdd. in rubr. de contrab. & commit. ſtipul. num. 7. & ſeqq.*

2. Unde ſtipulatio dicatur? Reſp. à ſtipulo, quod firmum appellabatur, fortè à ſtipite deſcendens.

I. Per h. pr. Paul. 5. ſent. 7. Iſidor. 5. Etymo. 27.

II. Quoniam ea potiſſimum Logica commendatur notatio, quæ à forma & fine quàm minimum recedit. Ad hæc à fine nihil recedit. Nam obligationum firmandarum gratiâ ſtipulationes inductæ ſunt. Paul. d. c 7. l. 1. §. 8. De O. & A. l. 3. §. ſtipulatio. l. 26. §. Chryſogonus. de V. O. Donell. ad l. 5. §. ſtipulatio autem. n. 2. de V. O. Cujac. in Par. C. eod. Gœd. de contrab. ſtip. c. 1. concl. 1. Diſſent. *Alciat. in Parerg. 39. Coraſ. 1. Miſc. ult. num.* 8. *Myn. hic.*

3. Num ſtipulatio ſit verus ac proprius contractus? Affirm.

I. Quo-

contrahitur. Ergo quoniam ſtipulatio verbis tantùm contrahitur, non erit juris gentium, ſed juris civilis.

III. Per l. ex hoc jure. De juſt. & jur.

IV. Per l ſi ita 126. §. Chryſogonus. 2. de V. O. ibi. planè ſi præcedat, ubi naturali obligationi ſtipulationem JCtus opponit.

V. Per l. ea, quæ civiliter 53. De acquir. rer. dom. ubi ſtipulatio civiliter acquiritur.

VI. Quoniam ſtipulatio civilem habet rationem, cùm Jus gent. verborum ſolennitatem neutiquam conſideret, ſed conſenſu perficiatur, & fidem intueatur.

VII. Quoniam deportatus Jure gentium utitur. l. 17. §. 1. de pœn. l. 15. De Interdict. & Relegat. At deportatus ex ſtipulatione non obligatur. l. 14. de nova. Coraſ. *in d. rubr. n. 3. & ſeqq.* Cujac. *ad l. 1. de V. O. & 5. obſ. 36. & 14. obſ. 40. Vult. ad h. pr. n. 4. & ſeqq. Gœdd. in d. tract. cap. 2. concluſ. 1.* Diſſent. *Ræ vard. 4. var. 17. Walter. 1. Miſc. c. 11 Forcat. Necyom. dial. 72. Hotom. ad §. jus autem gent. Inſtit. de J. N. G. & civ. Uſill. in §. conſtituta nu. 34 & ſeq. Inſtit. de Act. Vide ad diſcurſum Alber. Gentil. in lib. de mixturâ linguarum, pag. 49.*

Ad §. omnis ſtipulatio. 2.

5. An ex pura ſtipulatione confeſtim agi poſſit eadem die, ſine ullo laxamēto? Neg.

I. Quoniam conventiones humanæ ſunt civiliter intelligendæ, l. ſi cujus. de ſervit.

II. Quo-

II. Quoniam quod dicitur, debere ſtatim ſolvere, cum aliquo temperamento temporis intelligendum eſt, nec enim cum ſacco adire debet. l. quod dicimus 105. de ſolut.

III. Quoniam non licet continuò agere, niſi tantùm ſpacium præterierit, quo traditio fieri poſſit. §. fin. Inſtit. de inutil. ſtipulat. Schneidw. Vult. & DD. hic. Diſſ. *Cujac. ibid. & in l. 41. §. 1. De V. O.* Donell. *ibid.* Diſſ. *aliter Coraſ. & Gothofred. ibid. qui putat decendium indulgendum debitori.*

Ad §. fin. tit. 16.

6. An ex faciendi ſtipulatione quis præciſè teneatur ad factum? Neg. Sufficit enim, ſi præſtet intereſſe.

Per l. 72. verſ. Celſus. l. quoties quis 81. in pr. & §. 1. l. 112. D. h. t. l. ſi quis ab alio 13. §. 1. De re judic. §. fin. Inſtit. eod. l. fin. de prætor. ſtipul.

II. Quoniam in dandi quidem obligationibus nihil ineſt aliud, quàm ut res detur. l. 11. §. 2. de act. emt. §. aliæ. Inſtit. de donat. l. 46. l. 68. in fin. de contr. emt. At in oblig. faciendi, vel ut fiat, vel ut præſtetur intereſſe. d. l. 72. l. 81. l. 112. D. h. t. l. 13. §. 1. de re jud.

III. Quoniam ſtipulationes, quib. quis præciſè cogitur ad factum, onerant libertatem l. 2. De hom. lib. exhib. l. Gaius 12. De annuis legat. l. fundi Æbutiani. De uſu & uſufru. leg. l. 71. §. 2. De condit. & demonſtrat. At ſtipulationes, quæ liber-

libertatem onerant, non valent. l. 1. §. 5. Quarum rerum act. non detur. Aliud ſi quis cogatur ad dandum nummos vel aliam rem. Nam hoc nec incivile eſt, nec ſervile, argum. l. 20. §. 1. Qui teſtamen. fac. poſſ. Accurſ. Jaſ. Duaren. & DD. comm. in d. l. 13. Donell. ad l. 72. De V. O. Gœd. de contrah. ſtip. 9. concl. 4. Diſſ. Coraſ. ad. d. l. 72. Pinell. ad l. 1. p. 3. n. 25. C. de bon. matern.

Ad pr. tit. 17.

7. Num duo rei ſtipulandi & promittendi tam acceſſoriè, quàm principaliter eſſe poſſint? Affirm. Si eodem ejuſdem obligationis vinculo contineantur.

I. Per l. 8. § fin. l. 27. §. 1. & ſeq. §. ſi fidejuſſor De fidejuſſoribus; ubi duo confidejuſſores poſſunt ſibi fidejuſſorem de eadem obligatione aſſumere. Atqui ipſorum obligatio erat acceſſoria.

II. Quoniam duo conſtituentes rei cenſentur duo rei debendi l. ſi duo 17. De conſtit. pecun. at conſtitutum eſt contractus acceſſorius.

III. Quoniam plures mandatores ejusdem pecuniæ cenſentur correi debendi. l. 60. §. duobus D. mandati. l. 52. § fin. De fidejuſſor. atqui mandatores illi, ceu fidejuſſores obligantur acceſſoriè. l. mandati. 14. l. reos. C. de fidejuſſor.

IV. Quoniam unitas & paritas ejusdem obligationis in ſolidum recepta cadit etiam in fidejuſſores.

V. Quoniam rei principalis fidejuſſor principalis appellatur, d. l. ſi plures 27. § ſi fidejuſſr. de

fidejuſſor. Gœd. de contrah ſtip. c. 5. concl. 10. nu. 131. & ſeqq. Diſſent. *Donell de duob. reis. cap. 4. nu. 1. & 9. Duaren. eod. Bartol. & DD. in l. eadem nu. 6. de duobus reis.*

Ad §. 1. tit. 17.

8. An adhuc hodiè duo rei debendi teneantur in ſolidum? Negam.

Per auth. Hoc ita. C. de fidejusſorib. Nov. 99. c. 1. ubi ἀλληλεγγύες non debemus ſaltem eos intelligere qui vice mutuâ fidejuſſerunt, verùm ſimpliciter duos reos, quoniã in his omnib. eſt par ratio.

II. Quoniam qui duo rei dicuntur, in l. vir uxori D. ad SC. Vellejan. à Græcis appellantur ἀλληλέγγυοι, Harmenop. lib 3. tit. 6. §. 11. ſic & Baſilius Porphyrogenita correos dixit ἀλληλεγγύες. in conſtit. περὶ ἀλληλεγγύε τῶν ὁμοτηλῶν.

III. Quoniam ii, qui vice mutuâ fidejuſſiſſent, jam tum ante Juſtiniani conſtitutionem, habuerunt hoc beneficium ex Epiſtola Divi Hadriani. Cujacius in Parat. C de duobus reis, & in Novell. 99. Weſenb. in Parat. de duobus reis n. 7. Gœdd. in d. tra. c. 5. concl. 10. n. 106 & c. 9. concl. 5. n. 127 & ſeqq. Baro. Mynſing. hic. & DD. com. Diſſ. *idem Cuj. in notis hic. Don. ad auth. hoc. ita. C de duob. Coſtal. in l. vir uxori. 17. D. ad SC. Vellejan. Bronch. cent. 2 aſſ. 90.*

Ad § ſive autem. 1. tit. 18.

9. Num obſit ſtipulationi, ſi promiſſor ἀπροσόπως reſpondeat? Neg. Niſi conſtituendam

tuendam ſtipulationem in aliud tempus rejiciat imperſonalitas.

I. Quoniam reſponſio pendet ex interrogatione, & ex ea ſumit interpretationem. § praterea. Inſtit. de inut. ſtip. l. 9. §. interrogatur, de interrog. act. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. de V. O.

II. Per h. §.

III. Per locum Plauti in Pſeudolo Act. 4. Sce. 6. ibi: viginti minas dabit. Bal. dabuntur.

IV. Per l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus de V. O. Raph. Cuman. Alciat. 2. parad. c. 18. & ad l. 1. ſi quis ita, n. 4. & 5. De V. O. Coraſ. in l. 38. § ſi quis ita. de V. O. Duar. Cuj. Don. n. 4. ad l. 5. D. h. t. Diſſ. *Bartol. in d. l. 38. §. ſi quis ita. Jaſ. ibid. DD. ad l. fin. de reb. cred.*

Ad pr. t. 19.

10. Num hæ ſpecies ratione inventionis ſic diſtinguantur, ut prætoriæ ſint, quæ à prætore; judiciales, quæ à legibus; communes, quæ partim à jure prætorio ſunt introductæ? Neg.

Nam ex forma, fine & modo hæ ſtipulationes dividuntur. Alciat. 1. parad. 1. & ad l. 5. de V. O. Gœd. d. tr. c. 5. num. 323. Diſſent. *DD. comm. ibid. allegati.*

Ad §. ſi quis. 4. tit. 20.

11. An Notarius alteri cuivis ſtipulari poſſit? Neg.

I. Per h. §. l. 38 §. alteri 17. De V. O. l. certi condictio. §. quoniam. de reb. cred.

II Per l 3. C. de tab. lib. 10. Donell. in d. §. 17. n. 33 Hotom 4. obſerv. 25. Diſſent. *Accurſ. hic. Duaren Gothofr. & DD. com. in d. §. Sichard. ad auth. Sacramenta. C. ſi adverſus vendit. n. 38. Guid. pap. deciſ. 49. & 222.*

Ad pr. t. 21.

12. An rogatio ſive mandatum in fidejuſſione neceſſariò requiratur? Neg.

Per l. 4. l. 5. verſ idem eſt. De negot. geſt. l. fidejubere. 30. De fidejuſſor. l. 20. §. 1. l. 40. D. Mandati. Gædd. in d. tract. c. 5. concl. 5 num. 28. Diſſent. *Mynſ. ad h. pr. n. 5. Breoht. ad l. ſponſio. in fine. De V. O.*

Ad §. 1. tit. 21.

13. Num in criminalibus, ubi pœna corporis eſt infligenda, fidejuſſor admitti poſſit? Affirm.

I. Per l. 1. De cuſtod. & exhibit. reor. ubi generaliter proconſuli permittitur, circumſtantiis põderatis, reum carceri tradere; vel militi, vel fidejuſſoribus committere.

II. Per l. 2. D. eod. tit. ubi ſervus capitali crimine poſtulatus, non conjicitur in vincula, ſi de ſiſtendo ſatisdatò promittatur ab extero. Ergo multò magis in homine libero locum habebit, argum. l. 16. §. 3. De pœn. Et quod illa lex ſit intelligenda de crimine capitali corporis afflictivo probat tot. tit. & ſeries præcedentium atq; ſequentium; item quod civile caput non cadat in ſervum. l. 3. in fin. De cap. minut. l. 32. l. pen. De R. J. junct. l. 2 De publ

publ. judic. l. 2. l. 28. De pœn. III. per l. 3. D. de cuſtod. & exhib. reor. ubi per grave ſcelus non intelliges quodvis capitale, ſed atrociſſimum. Nam hoc innuit particula tam grave; *itemq́; verba finalia legis. IV. Per l. 4. D. eod. auth. hodie. C. eod. l. 6. § ſuper his. C. de appellat. l. 70. § fin. De fidejuſſ. c. cùm homo 23 qu 5. Menoch. 2. arbitr. qu. 303. Gœd. d. t. c. 6. concl. 23. num.* 416. Diſſent. *Bald. ad l. 2. C. de exhibend. & introd. reis. Clar. 5. recept. ſent. 5. ult. qu. 48. num. 7. & ſeq. Covarruv. 2. reſolut. 8. Memini tamen in caſu quodam contrarium obſervatum. Et omninò ſibi locum hic vendicare putem illud Ulpiani:* ὄυδὲ πάντοτε, ὄυδὲ παρὰ πάντων, *i. e. neque quovis tempore, neque ab omnibus. l. 6. § 3. De offic. Proconſul. Nam fidejuſſionem plane non accipere valde inhumanum eſt; ſed paßim, periculoſum. Vide eleganter Coler. deciſ. 167. ubi hac de re diff. inter jus civile & Saxon. proponit. Videatur omnino Proſp. Farinac. de carceribus lib. 1 t. 4. q. 33. per tot. ubi eleg. per ampliat. & limit. à pag. 513. usq́; ad pag. 528.*

DISPUTATIO DECIMAOCTAVA.

Ad tit. 23. 24 25. 26. & 27. lib. III. inſtit.

Reſpondente
MICHAELE FUCHSIO,
Stet. Pomerano.

THESIS I.

Ad pr. tit. 24.

EMTIO unde dicatur? Reſpond. ab ἐμὸν.

I. Quoniam ſemper id agitur in emtione, ut res fiat mea. l. pen. § ult. de contrah. emt.

II. Quoniam alia vocabula ſatis evincunt, emendi verbum à Græcis promanaſſe. Sic enim ἔμπορος Græcis dicitur mercator, ἐμπορεία negotiatio. ἐμπόριον locus, ubi merces venduntur.

III. Quo-

III. Quoniam teſte Sexto Pompeio, Pompejus in verb.*ab emito* & in verb.Emere *veteres emere ſumebant pro ſumere. Robert.* 1. *anim.* 8. Connan.7.*comm.*6.*in pr.*Diſſent. *Cujac. in notat.ad Robert. lib.* 1.*cap.* 8.

2. Num venditor idem & emtor diei poſſit? Neg.

*I. Per l.*1.*de rerum permut.*

*II. Quoniam hæc ſunt relata.Donell.*13.*com.* 1.*& ad l.*5.*§.ſtipulatio.de V.O.Cujac.*9.*obſerv.*15. Diſſent.*Robert.* 1.*animadverſ*9.*Connan.*7.*comment.*6.*Vult.ad princ.Inſtit.h.t.n.*3.

Ad §.ſed & 1.tit. 24.

3. Num venditor præciſè cogatur tradere rem, num liberetur, ſi præſtet intereſſe? Reſp. Ad rei traditionem obſtringitur præciſê, dummodo facultatem rei tradendæ habeat.

*I. Quoniam inprimis ipſam rem præſtare venditorem oportet.l.*11.*§.*2.*de act.emti.l.* 6. *C. de reſc.vendit.*

*II. Per l.*68.*de rei vendicat.*

III. Quoniam emtio in ſe habet neceſſitatem traditionis.§.aliæ.Inſtit.de donat.

*IV. Quoniam venditor cogi poteſt, ut tradat aut mancipet. Paul.*1 *ſent.*13.*verſ.ſed id quod l.fin. C.de fideicomm.libert.l.ſi duo l.*46.*l.*68.*§.fin. De contrah. emt.*

*V. Quoniam aliàs aliud pro alio invito creditore ſolvi non poteſt.l.*2.*§.*1.*D.ſi cert.pet.*

Digitized by Google

IV. Quoniam, quòd ad intereſſe tenetur interdum venditor, in favorem emtoris introductum eſt.

VII. Quoniam venditor eo ipſo, dum vendere ſe dicit, hoc unum promittere præcipuè intelligitur, traditurum ſe vacuam rei venditæ poſſeſſionem. Coraſ. 2. Miſc. 3. num. 7. Cujac. in d. loc. Paul. & in l. 72. de V. O. & in l. 3. ad Edict. Julian. pag. 2?9. Coſtal. in l. 1. de act. emti Weſenb. ibid. in Parat. num. 4. Bronch. cent. ?. aſſert. 91. Vide omninò Anton. Fab. 6. conj. 17. Diſſent *Vaud. ?. q. 9. Jaſon. in § Actionum, num. 147. Inſtit. de act. Covarruv. 2. reſolut. 19. num. 1. Mynſing. cent. 1. obſ. 53. Socin. in l. certi cond. ?io. 9. ?. ſi cert. pet. Gœd. de cat. ſtip. c. 9. concl. 4. num. 65. Hotom. & Anton. Matth. hac Rationes in contrarium adducit Achill. Pedroch. in reſponſ. de indiv. num. 54. Quibus tamen reſpondet num. 26. & ſeqq. ubi & hoc docet, ſi facultatem absque dolo ſuo rei tradendæ venditor non amplius habeat, ipſum ad intereſſe ſaltem teneri n. 49. Et quomodo intereſſe probetur, tractat. num. 76.*

Ad §. item precium 2. tit. 24.

4. Num dari poſſit perpetua inter permutationem & emtionem differentia? Affirm.

Per h. §. & in l. un. D. de rer. perm. l. 1. §. 1. de præſcript. verb. Faber. 6. conj. 9. Henric. Heydecc. in explicat. l. naturalis. 5. de præſcript. verb. axiom. 18. & 19. Diſſ. *Alciat. in l. 2. de V. O.*

Ad §. cùm autem emtio 3. t. 24. 5. Ad

5. Ad quem periculum rei venditæ ſpe-
ctet ante traditionem, emtione tamen perfectâ? Reſp. Ad emtorem, etiam de jure Digeſtorum.

I. Quoniam cùm emtio & venditio contracta ſit: periculum rei venditæ ſtatim ad emtorem pertinet, tametſi adhuc ea res tradita emtori non ſit. h. §.

II. Per l. cùm emtor. 5. §. mortuo. 2. De reſcind. vendit. l. 8. l. 11. de peric. & comm. rei vend. l. Lucius. 11. de evict. l. 11. De act. emti.

III. Quoniam commodum percipit emtor etiam ante traditionem: Ergo ſentiat etiam incommodum. l. 7. in princ. de peric. & commod. rei vend. l. 1. l. 5. C. eod. l. 10. de R. J.

IV. Quoniam venditor eſt ſpeciei debitor, at hic liberatur interitu rei ſine culpa ſua contingente ante moram. l. ſi ex legati 23. & ibid. Coraſ. de V. O.

V. Quoniam quamdiu non ſtat per venditorem, per ipſum emtorem intelligitur ſtare, qui rem ſibi tradi non poſtulat, cum ad aliud venditor non teneatur. arg. l. 18. in pr. De conſtit. pecuni. Faber. 2. conj. 4. Delrio in lib. 23. cap. 9. de R. J. Vaſq. ill. contr. 38. n. 23. Covarruv. 1. reſolut. 15. Bronch. cent. 1. aſſ. 89. Heig. hic. n. 2. & ſeq. Anton. Matth. hic. Diſſ. *Cujac. in tr. 8. ad African. pag. mihi 516. Bocer. in l. 23. cap. 4. n. 7. de R. J. Vultej. & Borch. hic.*

Ad §. emtio. 4. tit. 24.

Digitized by Google

6. Si venditio celebretur cum conditione, ſeu pacto de retrovendendo, num huic pacto præſcribi poſſit? Neg.

I. *Per l. nec creditores.* C. *de pignorat. act. l.3. §. ſi quid.* De *Ædilit. edicto.* Conſtit. *Elector par. 2. cap. 1.*

II. *Quoniam ea, quæ conſiſtunt in mera facultate, non præſcribuntur l. viam publicam. De via publica. Gail. 2. obſ. 18. n. 4. Myn. 1. obſ. 16. Cujac. ad l. 13. de uſucap.* Diſſent. *Covarruv. 1. reſolut. 9. Weſenb. in Parat. de reſc. vendit. n. 6. & conſil. 12. num. 33.*

Ad §. fin. tit. 24.

7. Num emtio redituum ſeu cenſuum annuorum, vulgò widerkeufflich Zinſe / ſit licita? Affirm.

I. *Per Novell. 160. in princ. & c. 1. conſtit.* Carolin. *de anno 30. & 48. cap. 1. & 2. in extravag. commun. de empt. & vendit.*

II. *Quoniam emptor redituum ex ſua re, eaque non ſterili, fructum percipit. Gail. 2. obſ. 5. nu. 10. & obſerv. 7. n. 4. Covarr. var. reſol. c. 7. n. 2. Niell. diſput. feud. 3. theſ. 2.* Diſſent. *Hotom. 2. obſ. 15. & Salicet. in Authen. ad hæc. C. de uſur. 15.*

Ad §. præterea. tit. 25.

8. Num merces in locatione conſiſtat in pecunia numerata? Affirm.

I. *Per l. 25. §. vis major 6. D. Locati. ibi. qui ad pecuniam numeratam conduxit.*

II. *Per l. 2. D. locati. ubi venditio locationi comparatur ratione mercedis.*

III. Per

III. Per l. 5. §. at cum do. 2. de præſcript. verb. ib. pecunia data locatio erit. ubi per pecuniam, numerata pecunia debet intelligi.

IV. Quoniam id ſuadet æquiparatio ſubjecta in his verbis: SICUT SUPERIORE CASU EMTIO. Pretium autem emtionis in numerata pecunia conſiſtere debet. §. item pretium. 2. Inſtit. de emt. Deinde quoniam ea differentia conſtituitur à Paulo inter locationem, & contractum do ut facias. At nulla foret ea differentia, ſi locatio quavis re, pondere, numero, & menſura conſtante, contenta diceretur. Idq; manifeſtò ex l. 1. §. ſi quis. 9. Depoſiti, convincitur. Donell. 13. com. 6. circa fin. & de præſcript. verb. cap. 4. & DD. com. Giſan. ad §. præterea 2. h. t. Diſſent. Cujac. in t. 8. ad African. pag. (edit. an 88.) 528. in explic. l. 35. §. 1. D. Locati. Coraſ. 2. Miſc. 11. Pinell. ad l. 2. C. de reſcind. vend. c. 3. n. 28. & ſeqq. Weſenb. in Parat. D. Locati. Bronch. cent. 1. aſſ. 94. Vide Heig. ad pr. h. t. n. 16. & ſeq.

Ad §. adeo autem 3. tit. 25.

9. Num Emphyteuſis ſit jurisg. an verò juris civilis? Reſp. juris civilis.

I. Quoniam Emphyteuſis à locatione non eſt diverſa, niſi per advenientem formam Zenonianam, qua fit hoc aliquid, id eſt, Emphyteuſis, verſ. ſed talis. h. §.

II. Quoniam quando jus civile formæ quid addit, tùm juris civilis actus dicitur. l. 7. de juſt. & jure.

III. Quo-

II. Quoniam & Græci contractum Emphyteuticum juris civilis eſſe ſtatuerunt. lib. 2. Baſil. c. 14. Schneidw. hic. n. 1. Weſen. in Parat. hic. Borch. de feud. cap. 3. n. 3. & DD. comm. in §. Ius autem gent. Inſtitut. de Jure Natur. Gent. & Civili & in l. ex hoc Iure de Iuſt. & Iure. Coraſ. in l. frater. de condict. ind. n. 2. Bocer. de contract. lib. c. 4. n. 9. Diſſent. *Coraſ. in Rubr. Cod. de Iure Emphyteut. n. 8. & 1. Miſc. 21. Connan. 1. comm. 6. n. 11. & 7. comm. 12. Cujac. in parat. C. de Iure Emphyteut. Hotom. hic & in d. §. jus autem gent. Inſtit. d. I. N. G. & Civil.*

10. Num verò ſit contractus bonæ fidei? Affirm.

Quoniam olim, ſive emtio eſſet, ſive locatio; erat bonæ fidei. Ergo adhuc hodie. Donell. in §. actionum 28. nu. 39. Inſtit. de act. Connan. d. lib. 7. cap. 12. Diſſent. *Iaſon. nu. 76. Sichard. nu. 45. & vulg. DD. in l. 1. C. de Iure Emphyteut. Schrader. de feud. p. 2. c. 2. nu. 53. Heig. hic. nu. 9.*

11. Num ſcriptura requiratur in Emphyteuſi? Affirm.

Per *l. 1. C. de Iure Emphyt. ibi. Scriptura interveniente, ubi duo ablativi abſoluti propterea rediguntur in conditionem, quoniam conjunguntur cum verbo futuri temporis, non etiam præſentis vel præteriti, ut in §. fin. Inſtit. de nupt. l. 2. §. exactis. De O. I. textus in l. 6. De leg. 1. l. evictis. De uſur. l. à teſtatore. De condit. & demonſtrat. l. 7. l. 34. §. 1. De aur. & arg. leg. Coraſ. in*

l. 2.

l.2. De orig. jur. pag. (ſecundum meam editionem) 34. Vide lib. 1. obſerv. noſtr. c. 10. Secundò, quoniam Zeno dicitur propriam Emphyteuſeos naturam conſtituiſſe, quæ ſanè maximè videtur in ſcripturâ conſiſtere. Bocer. de contractib. c. 4. n. 9. Donell 8. comm. 31. & 9. com. 13. & 13. comm. fin. Gothofr. & DD. comm. ibid. Borch. d. c. 3. n. 7. & ſeqq. Schrader. de feud. p. 2. c. 2. num. 53. Iaſon. in l. 1. nu. 61. & ſeqq C. de jure Emphyt. & ibid. Bald. Salycet. atq; alii. Rol. à valle volum. 1. conſ. 87. Clar. in §. Emphyteuſis. n. 4. Heig. hic. nu. 24. Diſſent. *Bartol. in d. l. 1. Connan. d. c. 12. Henric. Heydecc. in l. 5. axiom. 4. De præſcript. verb. Coraſ. de jur. art. p. 2. cap. 9.*

Ad §. conductor autem 5. tit. 25.

12. An leviſſimam culpam ex naturâ contractus debeat præſtare conductor? Neg.

I. Quoniam utriusq; cauſſa contractus hic initur. At tum leviſſima culpa non præſtatur. l. 5. §. 2. D. commodati. l. 108. §. 12. De legat. 1. l. 18. §. de dam. infect. l. 15. §. 3. D. h. tit.

II. Per l. contractus 23. de R. J. & ibi Marc. Anton. Delrio. *cap. 11. pag. 198. & 202. & ſeqq. Bronch. cent. 1. aſſ. 74. Vult. 1. Diſc. 15. Heig. ad §. qui pro uſu. h. t.* Diſſent. *Cujac. à Vult. allegatus. & Donell. 13. comm.*

13. Num caſus fortuiti ſint alii ſoliti, alii inſoliti? Affirm.

I. Per l. 37. §. 1. de negot. geſt. ubi periculum à caſibus fortuitis ſegregatur.

II. Per l. 10. §. 1. de ann. leg.

III. Per

III. Per l. ex conducto 15. §. ſi vis 2. ibi: ſi verò nihil extra conſuetudinem acciderit. D. locati.

IV. Per l. fiſtulas. § fin. De contrah. empt. ubi venditor qui tempeſtatem inſolitam in ſe ſuſcepe-rat, de nive inſolita tenetur, non etiam de ſolitâ.

V. Quoniam nemo præſumitur de inſolitis cogitaſſe. Bartol. in d. l. 10. §. 1. de ann. legat. Ripa in tr. de peſte. tit. de privileg. contr. num. 97. & DD. comm. quos novè ſequitur Dominus Præceptor Zangerus in tr. de except. p. 3. c. 21. Diſſ. *Panſchman. 2. quæſt. jur. controv. quæſt. 7.*

Ad §. de illa 2. tit. 26.

14. Num periculum pecuniæ in ſocietatem collatæ, pro rata ſpectet ad eum qui præſtat operas? Negam. Si tanti ſit opera, quanti damnum eſt.

Per l. ſi non fuerint. 29. §. 1. D. pro ſoc l. 5. §. 1. D. eod. Covarruv. 3. reſolut. 2. Gail. 2. obſerv. 24. Sichard. in l. 1. C. pro ſocio. nu. 5. Diſſ. *Schneidw. hic n. 6. Petr. de Vbald. in tr. de duobus fratrib p. 8. n. 42. Salyc. Fulg. Cyn. & DD. in l. 1. C. pro ſocio.*

15. Num conferens operas, finita ſocietate fiat particeps ſortis ſeu capitalis? Neg.

I. Per h. §. ibi. Et tamen lucrum inter eos commune ſit.

II. Per l. cum duobus. 52. §. 2. verſ. ſi in coëunda. ibi, commune paſcendum; & ibi, in commune quærendis fructib. D. h. t. Gail. 2. obſ. 24. n. 6. Sichar. in l. 1. n. 4. C. pro ſocio. Diſſ *gl. Bart.* Bald. *& DD. in d. l. 1. C. pro ſocio. Covarruv. 3. var. reſol. 2. n. 2*

Ad §. ſolvitur 5. tit. 26.

16. Num

16. Num pactum valeat, ut ad hæredes tranſeat ſocietas? Negam.

I. Quoniam nemo poteſt ſocietatem hæredi ſuo ſic parere, ut ipſe hæres ſocius ſit. l. nemo poteſt 35. l. 65. § 9. § 11. D. pro ſoc.

II. Quoniam adeò morte ſocii ſolvitur ſocietas, ut nec ab initio paciſci poſſimus, ut heres etiam ſuccedat ſocietati. l. adeò 59. D. eod.

III. Quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit. h §.

IV. Quoniam aliàs nulla ſocietatis in æternum coitio eſt. l. nulla 70 D. pro ſocio. Cujac. 10 obſerv. 25 Bronch. cent. 1 aſſ. 8. Henning. Gœd. conſ. 86. Vide tr. meum de pact. cap. 6. pag. 194. ubi reſponſum eſt ad objectiones Diſſent. *Hotom. in comm. pro ſocio. p. 329. Thoming decis. 13.*

Ad §. illud quoq; 7. tit. 27.

17. Num mandans homicidium, pœna puniri debeat, qua mandatarius id perficiens? Affirm.

I. Per l. 7. §. fin. de jurisd. l. 11. § 3. 4. 5. 6. De injur. l. 1. § 13. de vi & vi armat. l. 37. At L. aquil. II. Quoniam *damnũ dat, qui jubet dare l. 169. de R. J. III.* Per *l. non ideo 5. C. de accuſat. IV.* Quoniam *mandatores cædis perinde ut homicida puniuntur. Paul. 5. ſent. 23. § mandatores. l. 15. § 1. D. ad l.* Cornel. *de Sicar.* Ecloga *36. ex Baſilic. lib. 60. tit. 39. cap. 14. V.* Quoniam *intereſt Reip. delicta coërceri. Gomez 3. reſol. 3. n. 39. Beſſ. in pr. crim. in tit. de mand. homic. Lancell. t. in tr. de offic. præt. in caſſ. crim. tit. de mandante homicidium* Diſſ. *Menoch. 2. de arb. iud. q. cent. 3. caſ. 355. & ſeqq. Clar. in § fin. q. 89. n. 2.*

DISPU-

DISPUTATIO DECIMA NONA.

Ad tit. 28. 29. & ult. lib. III. Inſtit.

Reſpondente

LAURENTIO REICH, Lipſienſi.

THESIS I.

Ad §. 1. tit. 28.

AN negotiorum geſtor regulariter teneatur de leviſſima culpa? Affirm.

I. Per h. §. ibi. ad exactiſſimam quisq; diligentiam compellitur reddere rationem, ubi particula quisque *denotat hic proponi regulam; idq; multò magis, quoniam non eſt vero ſimile Iuſtinianum hic exceptionem omiſſâ regulâ ponere, & ibi. nec ſufficit talem diligentiam, ubi quænam ſit exactiſſima diligentia pulcrè deſcr. arg. §. fin. inſt. de ſociet. & §. fin. inſt. de locat. &c.*

II. Per

II. Per l. ſi mater 24. C. de uſur. ubi mater, quæ negotia geſſit, OMNEM DILIGENTIAM præſtare debet.

III. Per l. ſi negotia 11 De negot. geſt. ubi qui negotia abſentis & ignorantis gerit, & culpam & dolum præſtare debet. Per culpam autem debet intelligi leviſſima quoque; propter ſubſequentia verba: SED PROCULUS etiam caſum præſtare oportere, ubi caſus culpæ opponitur. Idem probat l. 32. verſ. in qua lite D. eod. Quò etiam facit elegans locus Ciceronis pro Roſci. Amerin. Cur mihi te offers, ac meis commodis officio ſimulato officis & obſtas: Recede de medio, per alium tranſigam, ſuſcipis onus officij, quod te putas ſuſtinere poſſe.

IV. Per l. in re mand. C. mandati. ib. aliena verò negotia exacto (i. e. ut interpretatur Petr. Fab. in l. 23. de R. J. num. 121. exactiſſimo.) officio geruntur, id eſt, cum omni diligentia, & ibi. nec quicquam in eorum adminiſtratione neglectum ac declinatum culpâ vacuum eſt.

V. Quoniam culpa eſt ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti. l. culpa 36. de R. J. c. non eſt 19. de R. J. in 6. l. 1. §. ſæpe 31. Depoſiti.

VI. Per l. in omnib. 39. de R. J. Donell. 15. com. 15. & 13. comm. 11. Cujac. in not. ad lib. 1. ſent. Paul. c. 4. in princ. & in lib. 3. edict. Jul. pag. 311. Borch. hic. Petr. Heig. n. 26. Vult. 1. diſcept. 15. Diſſent. Petr. Faber. in l. 23. d. R. J. num. 113. Bocer. ibid. c. 4.

num.12.Delrio ibid c.14.Sichard.in l.tutori.20.C. de negot.geſt.& DD.comm.hic.

Ad §.tutores 2.tit.28.

2. Num tutor teneatur de leviſſima culpa? Negam.

I. Quoniam tutor præſtat dolum, culpam, & quantam in rebus ſuis diligentiam.l.1.in pr.de tut.& rat.diſtrab l.33 in pr.de admin.tut.

II. Quoniam tutor non ultrò ſe immiſcet alienis negotiis, ſed ea gerere cogitur.l.9.D.de mun. & honor.l.10.C.de Negoc.geſt.

III. Per l.tutor 7.§.competit 2.ibi: ſolam latam negligentiam.De admin,tut.Donell.15.Com. 20. Petr.Fab.in l.23.de R.J.num.127. & ſeq. Diſſent.*Cujac.in l.23.de Reg.Jur.Authoritate Harmenopuli. Vide ſup.lib.1.diſp.4.q.9. Pruchman conſ.30.n.113.A.Matth.ad §.ſuſpectus 6.ſupra de ſuſp.tut.*

(Ad §.fin.tit 28.)

3. Si diei eventus incertus ſit, certum ſit tamen eum omninò eventurum, & ante eventum ſolvatur; num medii temporis interuſurium poſſit repeti? Negam.

I. Quoniam ſors principalis non poteſt hoc caſu repeti.l.10.l.17. De condict.indeb.l.1.§.1. & 2.de condit.& demonſtr.E.multò minùs acceſſiones.l.eos.26.C.de uſur.l.6.De naut.fœn.c.acceſſorium.de R.J.in 6.

II. Quo-

II. Quoniam dies ratione debitoris adjicitur, ut facilius ſolutionem parare, ſuoque tempore præſtare poßit l.eum qui 41. § quoties De V.O.l. 5. De oblig & act l.17.de R.J.

III. Quoniam aliàs in indebiti condictionem non veniunt uſuræ regulariter, ne quidem ex lite conteſtata.l.1.C.de condict.indeb. Nam uſuræ non ſunt in fructu, neque natura debentur, ſed negotiatione.l.uſura.de V.S.l.Si navis.de rei vindic.Donell.14.comm.18.in fin Cujac.8.obſerv.36. Bartol.in l.1.Coſtal.in l.10 & ibi.DD. comm. de condict.indeb.Robert.1. Sent. 26. Diſſent. *Jaſ. poſt Albericum & Fulgoſium in d.l.10.* Duar. *in comment de cond.ct.indeb.c. 5.*

4. Num ad antidora obligato, competat indebiti condictio? Negam.

I. Quoniam ſi id quod natura debetur, ſolutum eſt; tanquam indebitum non repetitur.l.13. l. 64.de condict.indeb.l.cùm quis C.*de jur.& facti ignor.Atqui antidora ſeu remunerationes naturaliter debentur.l.25.§.conſuluit.11.de her.petit. l.54.§.1.de furt.*

*II. Quoniam nonnunquam ingrati actio competit.l.1.*C.*de revocand.donat.cap fin. de poſtul.ergo multò magis retentio. Covarruv. in c. cum in officiis n.10.extr.de teſtam.* Diſſent. *Duaren cap.2 de O.& A.Coſtal.in l.15.ff. h. t. Pinell.in l.1.p.3.n.64.p 344. Jaſ.in l.10.n.12 ff.eod. Coraſ.in l.frater à fratre in prælud.n.20.Donell. 12.comm.2.pag 2.*

5. Num ex pacti conventione ſolutum repeti poſſit? Negam. (a) Nam ex pacto naturalis oritur obligatio. (b)

(a) *Per l.5.§.imperator.ibi: & ſicut ex pacti conventione, &c. De ſolut.*

(b) I. *Per illam l 5.§.imperator. quoniam ibi ceſſat condictio, juncta l.13. & 14. de condict. indeb. l. naturales de O. & A.*

II. Quoniam in eadem lege dicitur naturaliter uſuras deberi.

III. Quoniam ex pacto datur exceptio. l.7. §. ſed cùm 4. de pactis.

IV. Quoniam pactorum æquitas naturalis eſt. l.1. in pr. de pactis.

V. Per l.95. §.4. de ſolut. ubi naturalis obligatio pacto tollitur. E. conſtituetur etiam l. nihil tam 35. de R.J.

VI. Per l.27. § pacti. de pactis. ubi pacto tollitur obligatio pacti anterioris.

VII. Quoniam propter uſuras pacto promiſſas pignus poteſt obligari. l. per retentionem. l. pignoribus. C. de uſur. at niſi obligationi pignus non poteſt accedere. l.5. de pignoribus. Don. 12. Com. 3. pag. 7. Cuj. in l.1. De pactis. Borch. cap. 2. n. 28. & c. ult. num. 61. De pactis. Vide omninò plures rationes & authores in tr. noſtro de pact. cap. 8. membr. 1 pag. 207. & ſeqq. ubi etiam argumentis contrariis ſatisfactum eſt. Diſſent Connan. 5. Com. 1. Baro ad Rub. de V.O. & libr. 1. de indiv. cap. 4. & lib. 3. de indiv. cap. 11.

Ad

Ad pr. tit. ult.

6. An creditor particularem ſolutionem admittere teneatur? Neg. Regulariter

I. Per l.3.§. reddita ff. commodati. l. Julianus.§ ſed ſi quis. D. ad exhiben. l.3. in pr. l.18. §. Celſus. D. fam. herciſc. l.3. l.4.§. hoc judicium. D. com. divid. l.8.§. cauſæ. de transact. & ibi gl. in verbo minutatim.

II. Per l.41.§.1. De uſur. ubi qui minorem ſummam offert, nihilominus depoſita pecunia uſuras præſtare tenetur.

III. Quoniam emtori, pretii ſolùm partem offerenti, non datur actio ex emto. l.13.§. offerri. de act. emti.

IV. Per l. qui pignori. de pignoribus. l. quidam. de reb. cred. l.57. De ædil. edict.

V. Quoniam non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. l. non debet. 74. de R. J. Atqui per partes ſolutionem admittere grave, & incommodi plenum eſt. l.3. D fam. herc.

VI. Quia ſodidum non ſolvit tam is, qui nihil ſolvit, quàm qui non totum l.12.§.1. l.32. de V.S. l. ſolidum. de ſolut. Duaren. in l.2. in pr. De V.O. Don. in l.21. de reb. creditis. Gœdd. in l.32. de V.S. & in tr. de contrah. ſtipul. c.6. n.285. & ſeq. & c.12. concluſ.1. n.3. Broneb cent.1. aſſer.63. Heig. hic. n.14. & ſeqq. Rauchbar p.1. q.2. n.31. & eleganter. Philip. Matth. ad L. Non debet 74. de R. J. nu.12. & ſeqq. Clud. in tr. de condict. c.4. n.73. & ſeqq. ubi ad contraria reſpondet. Diſſent. *Alciat. in d. l.21.*

 de reb.

de reb.cred.n.6.& in l.2.§.Et harum.n.10. & in §.ex his.n.15.de V.O. Molin.in tr. de divid. & individ.p.2.num.13.& 47.Fulgoſ.in d.l.21.nu. 4. Dec.ib.num.6.Coraſ.in l.2.§.& harum de V.O.

7. An quod in diem debetur, invito creditori poſſit ante diem ſolvi? Affirm. niſi conſtet diem adjectum eſſe creditoris cauſa.

I. Nam dies regulariter adjicitur debitoris gratia.l.17.de R.J.l.41.§.1.de V.O.at unicuiq; liberum eſt eis, quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare.l.ſi judex.de minor l.pen.C.de pact.l.50. De O.& A.

II. Quoniam certa die promiſſum vel ſtatim dari poteſt, totum n. medium tempus ad ſolvendum liberum promiſſori relinquitur.l.38.§.inter 16.de V.O.l.137.§.2.de V.O.ibi, nam & quod in diem debetur, ante ſolvi poteſt.

III. Per l.70.l.72.de ſolut.

IV. Quoniam eo caſu, qui diem prævenit, plus ſolvere quodammodo videtur l.15. de annuis legat, igitur & quod debet, l. cùm furti.De in litem jurando. Jaſ.in l.38.§ inter de V.O.Coraſ.in d.l. 38.§.inter 16.de V.O.& ibid. Duaren. Donell. in l.41.§.1.num.47.& ſeq.de V.O. Donell.7. comm. 15.Fab.1.conject.1.Bronch.cent.2.aſſ.95.Heig.hic. n.19. Diſſent.*Cujac.23.obſerv.22.& in d.l.38.§. inter 16.de V.O.*

8. Num ſolvi poſſit procuratori ad exigendum conſtituto? Affirm.

Per

Per l.12.de ſolut.Tyraq.de retr.lignag. §.9. *in fin.* Diſſent. *Roman.in l.3.D.ſolut.matrim.Guid. Pap.deciſ.526.*

Ad §.*item per.1.t.ult.*

6. Num acceptilatio juris ſit civilis? Affirm.

I. Quoniam ſtipulatio civiliter acceptilatione reſolvitur l.ſolutam 49.l.verborum. l.pen.de ſolut.

II. Quoniam dicitur imaginaria in h. §.

III. Quoniam dicitur actus legitimus in l. 77.de R.J.

IV. Quoniam fit per ſtipulationem h.§.*l.1.de acceptilat.*

V. Per l.1.C.de acceptilat.

VI. Per l.8.§.*3 de acceptilat.*

VII. Per §.*de conſtituta 9.inſtit. de act. Vult. hic.Cujac.in l.1.*§.*fin.de V.O. & 5.obſerv.36.Gœd. d.tr.de contrah.ſtip.c.2.num.24. & ſeqq.* Diſſ. *Ferret.& alij in d.l.1.de V.O.*

10. Num acceptilatio fieri poſſit per curatorem? Negam.

I.Per l.13.§.*10.de acceptil.l.22.C.de pact.l.4.C. de Nov.*

II. Quoniam aliàs per procuratorem nec liberari nec liberare quisquam acceptilatione, ſine mandato novandi poteſt.l 3.de acceptil. Vult. 1. Jurispr.55.Cuj.15.obſ.16.& 5.obſ. 36. Diſſent. *Hotom.ill.q.34.& 1.amic.reſp.30.Briſſon. de ſolut.& lib.6.2.*

11. An inutilis acceptilatio utile habeat pactum? Affirm.

Per l.8 in pr.ibi. & *niſi in hoc quoque contra ſenſum eſt, habet pactum l.19.ibi.vel pacti conventi, de accep'ilat.l.27.§ pen.de pactis. Ratio, quoniam eo ipſo, dum ad acceptilationem interponendam acceſſit, voluit liberatum debitorem. Nec enim exiſtimandum eſt ipſum fruſtra hoc voluiſſe agere. Donell.ad l.2.C.de pact.nu 18. Gœdd: in l.177.num.2.de V.S.Donell.* & *Cujac. in l.1.§. ſi quis ita.de V.O* Diſſent.*Duaren.ad d.§ ſi quis ita. Accurſ ibid.* & *in l.ſervus de pactis.§. pen. Zaſ.ad rubr.h.t.num.9 Gothofr.in d.l.8.in pr.*

(*Ad §.præterea 3.t.ult.*)

12. Num olim etiam animus novandi ſpecialiter debuit exprimi? Affirm.de certis quibusdam caſibus.

Qui ſunt in l.58.de V.O etiam l.ſi rem.§.ſi duo. de novat.Corat. & *Donell in d.l.58. Fab. 3. conject.3.Weſenb.hic.*D iſſent.*Cujac.in d.l.58.Borch. hic.*

13. Num autem hodie, ſi non inter contrahentes expreſſum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt, valeat ope ſaltem exceptionis novatio, ſi conjecturæ ſint veriſimiles? Negamus.

Per h.§.ibi: tunc ſolùm novationem fieri.l. fin.C.de novat: ibi, & *hoc expreſſerint,* &*c. ibi:* & *ſi non verbis exprimatur, ut ſine novatione cauſſa*

cauſſa procedat. Menoch. de recup: poſſ. remed. 9. n. 379. & lib. 3. de præſum t. 134. nu. 48. & conſ. 95. n. 35. Mandell. conſ. 68. n. 5. Maſcard. concl. 1111. Gail. 2. obſerv. 30. Valentin. Franc. in tr. de fidejuſſ. c. 6. n. 17. Corne. in fin. C. hic. Diſſent. *Gail. 2. obſ. 30. n. 3. Cagnol. in l. expreſſa. 195. de R. J. Vide Petr. Heig. hic. n. 14. Moller. p. 2. conſtit. Elect. 19. n. 18. & ſeqq.*

14. An novatio locum habeat ſaltem in principali obligatione, an etiam in fidejuſſione? Reſp. Etiam in fidejuſſione.

I. Quoniam omnis omninò obligatio novari poteſt, nec nullibi fidejuſſio excipitur. l. 1. & 2. de novat.

II. Per l. fin. C. de novat. ubi Juſtinianus dixit: Si quis vel aliam perſonam adhibuerit, vel mutaverit. item vel quantitatem, &c. quæ omnia competunt fideijuſſioni, & ibi præſertim vel cautionem minorem acceperit. Gœdd. in tr. de contrah. ſtipul. c. 5. concl. 6. nu. 40. & ſeq. Diſſ. *Sichard. & Salycet. in l. ſi cum Hermes. 7. C. de locat. Hippol. de Marſil. in Rubr. de fidejuſſ. n. 89.*

DISPUTATIO ULTIMA.

At tit. 1. 2. 3. 4. & 5. lib. IV. Inſtit.

Reſpondente

JOACHIMO WINTERL, Altenmarck.

THESIS I.

Ad §. furtum eſt 1. tit. 1.

NUm furtum turpe ſit de naturali jure? Affirm.

I. Per h. §. & l. 1. in fin. de furt. ibi. quod lege naturali prohibitum eſt admittere.

II. Per *l. 42. de V. S.*

III. Quoniam naturâ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. l. 14. De cond. indeb. l. 206. de R. J.

IV. Quo-

IV. Quoniam, ex jureg: dominia diſtincta ſunt, & agris termini poſiti. l. ex hoc jure. 5. De juſt. & jure.

V. Per l. 1. De acquir. rer. dom: §. 11. Inſtit. de rer: diviſ: Gœd; in l. 42. n. 7. De V. S. Vult. ad h. pr. n. 3. Anton. Auguſtin. 4. emend. 4. Pinell. ad rubr. C. *de reſcind. vendit. p. 1. num. 21. Heig. hic n. 10.* Diſſ. *Alciat. in d. l. 42. & 1. diſp. 10.*

(*Ad §. conceptum. 4.*)

2. Num rei furtivæ inquiſitio fieri poſſit in ædibus alienis? Affirmam. Si magiſtratus authoritate fiat, & non levia ſubſint indicia.

II. Per h. §. ibi: ſecundum veterem obſervationem; non fiat. Ergo fiet adhuc, ſed aliter.

II. Per l. 161. & 155. de R. J.

III. Quoniam olim etiam licuit fugitivam perſonam perquirere. l. 1. De. ſerv. fugit. l. 2. & ibi: Dd. comm. C. *eod. Borch. Heig. n. 7. & DD. comm. hic. Lancell. Conradus de offic. prætor. in cauſſ. crim. tit. de furibus. n. 14.* Diſſent. *Abb. in c. cum fure. n. 6. h. t.*

(*Ad §. pœna 5. t. 1.*)

3. An pœna furti nec manifeſti ſit prætoria, an verò civilis ex lege XII. tab.? Reſp. Civilis.

I. Per l. 1. §. pen. de tut. & rat. diſtrah.

II. Per l. 1. §. 3. D. furti adverſus nautas, caupones. ibi. cum fure jure civili experiri. ubi per jus civile non poteſt prætorium intelligi; propter antitheſin quæ antecedit.

III. Per

III. Per §. ſunt autem 4. Inſtit. de noxalib. act. ibi Legibus: veluti furti ex l. XII. tab. ubi furti debet intelligi non manifeſti propter pr. in fine Inſtit. de perpet. & temp. act. Vult. ad d. pr. h. tit. n. 57. & 2. J. R. 19. Cont. 1. ſubſeq. lect. 2. Weſenb. hic. Cujac. in Parat. De furt. Diſſent. *Baro in §. conceptum. Inſtit. h. tit. Duaren. ad tit. de furt. c. 6. Mynſ. in h. §.*

Ad §. furtum autem 6. tit. 1.

4 Num is, qui non poteſt à ſuo debitore debitum conſequi, furtum committat, ſi rem aliquam æquivalentem ei ſurripiat? Affirm.

I. In re enim propria iniquum admodum eſt, alicui licentiam tribuere ſententiæ. l. un. C. Ne quis in ſua cauſ. l. 1. §. 2. Quot legator.

II. Quoniam tueri jus ſuum debuit, non injuriam comminiſci l. 1. §. 2. D. *Quod vi aut clam.* Diſſent. *Covarr. 1. reſolut. 2. nu. 15. Clar. 5. ſent. §. furtum. n. 20.*

Ad §. interdum quoq; 11. tit. 1.

5. Num duo hæc, ope & conſilio, conjunctim requirantur, an ſufficiat alterutrum feciſſe? Reſp. conjunctim exiguntur, ut neque furti teneatur, qui conſilium furandi dedit, ſi opem non tulit; neque qui opem tulit, niſi conſulto fecerit, ut furtum committeretur.

I. Quoniam illa verba plerunq; conjunguntur, nonnunquam etiam ἀσυνδέτως *in h. §. & §. ſeq.*

ſeq.l.36. in pr. & §.2. l.50.§.1.l.52. De furt.l.6. de condict. furtiv. &c.

II. Quoniam aliud eſt factum ejus qui ope; aliud ejus, qui conſilio furtum facit. l. 53. de V. S.

III. Quoniam is certè, qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantùm conſilium dedit, atq; hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti; verſ. certè fin.h.§.

IV. Per l.36. in princ. de furt. ubi qui perſuaſit ſervo fugam, fur non eſt. Nec enim qui alicui malum conſilium dedit, furtum facit, ſed ſi fugam ideo perſuaſit ut ab alio ſurripiatur, furti tenebitur, quaſi ope, conſilio ejus furtum factum ſit, &c. Pac. in not. hic & 4. ἐναντιοϕ. 25. Don. 15. comm.29. pag.455. Vide omninò Revard. de auctorit. cap.13. Diſſent. *Alciat. in d. l.53. num.30. & 31. de V. S. & ibid. Gœd. num. 16. & ſeq. Weſenb. in Parat. de furt. n. 11.*

Ad §. fin. tit. 1.

6. Num condictio furtiva detur adverſus heredes furis in ſolidum? Affirm.

I. Per l. 7. §. fin. de condict. furtiv. ibi quia rei habet perſecutionem: quæ ratio aliàs eſſet inepta: cùm & eæ actiones, quæ rei perſecutionem non habent, adverſus heredes dentur, in quantum ad eos pervenit. l. 17. §. ult. l. 26. de dolo l. 7. §. 1. Depoſiti. l. 1. §. ult. de eo per quem fact. erit.

II. Quo-

II. Quoniam in condictione ex cauſſâ furtivâ non pro parte quæ pervenit, ſed in ſolidum tenemur. l. 9. de condict. furtiv.

III. Per l. 2. §. ult. de vi bon. rapt. ubi prætor ideò non dedit actionem adverſus heredes in id, quod ad eos pervenit, qui putavit ſufficere condictionem furtivam in ſolidum.

IV. Per l. 3. 8. & 17. de condict. furtiv. Anton. Fab. 4. conj. 1. Petr. Fab. in l. 38. de R. J. nu. 20. Coſtal. in leg. 9. de condict. furtiv. Gail. 1. de pac. publ. c. fin. nu. 22. Weſenb. in Par. de cond. furtiv. n. 7. Diſſent. *Cujac. 7. obſerv. 37. & 13. obſerv. 37. & in Paratit.* C. *de condict. furtiv.*

Ad princ. tit. 2.

7. An adverſus raptorem detur etiam actio furti manifeſti? Affirm.

I. Per h. pr. ibi. tenetur quidem etiam furti; ubi genus ponitur.

II. Quoniam cùm raptor omnimodò furtum facit, manifeſtus fur exiſtimandus eſt. l. 80. §. cum raptor. 3. De furt. Hotoman. Borch. & Cujac. Harprecht hic. & in Parat. C. *eod. & 6. obſerv. 2.* Diſſent. *Mynſ. in pr. hic*

Ad rubr. tit. 3.

8. Num Lex Aquilia dicta ſit à Cajo Aquilio Gallo, eo nimirum, à quo eſt Aquiliana ſtipulatio? Neg.

Nam ille C. *Aquilius Gallus vixit poſt Q. Mutium l. 2. §. 41. & ſeq.* De O. I. *Atqui Q. Mutius Legis Aquiliæ mentionem facit. l. 39. D. ad* L. *Aquil.* Diſſ. *Accurſ. Mynſ. & DD. ad pr. h. t.*

Ad

Ad pr. tit. 3.

9. Num damni appellatione contineantur etiam impenſæ? Affirm.

I. Per l. 3. de damno infect. ubi damnum eſt omnis deminutio.

II. Per l. 28. de damno infecto.

III. Quoniam damnum eſt incommodum, quod alicujus facto vel injuria ſentimus. Gœdd. ad l. 71. §. 1. de V. S. Alexand. vol. 4. conſ. 14. in fine. Diſſ. *Ripa ad l. 3. de damno infect.* Roman. *ſing.* 344. *Ad §. injuria. 2. tit. 3.*

10. Num propulſatio injuriæ moderata, fieri debeat in continenti? Affirm.

I. Per l. 3. §. 9. ibi, ſed confeſtim, non ex intervallo, & l. 17. ibi, in ipſo congreſſu, & ibi; ilico. de vi & vi armat.

II. Quoniam qui ex intervallo vim infert, cogitatò infert, nec tam ad defenſionem quam ad ultionem. Ad ultio prohibita legitur, in l. 45. §. 4. D. ad l. Aquil. Cujac. 5. *obſerv.* 18. Diſſ. *Bald. Jaſon. Caſtrenſ. & DD. in l. 3. de Juſt. & J. Schneidw. in §. Ius autem gen. Inſtit. de J. N. G. & Civil n.* 15. Connan. 1. *comm.* 6.

11. Num æqualitas armorum requiratur in inculpatæ tutelæ moderatione? Negam.

I. Si quis enim percuſſorem, ad ſe venientem, gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur. l. 3. C. ad l. Cornel. de Sicar.

II. Quoniam arma non ſolùm galeas, gladios, haſtas, & ſimilia inſtrumenta continent; verùm etiam

etiam lapides, fuſtes, cultellos, pugiones. l. 3. §. 1. de vi & vi armat. l. armatos. 9. D. ad L. Jul. de vi pub. l. 224. §. telum. de V. S. Gœdd. in l. 41. de V. S.

III. Quoniam paritas armorum nuſquam in jure reperitur: cùm generaliter ſcripſerit Florentin. quod quisq; ob tutelam ſui corporis fecerit, jure feciſſe videtur. l. ut vim, & ibi Coraſ. de Juſt. & Jure. Diſſ. *Bart. Caſtrenſ. Iaſon. & DD. in l. 4. C. unde vi.*

Ad §. injuria 1. tit. 4.

12. Convicium dicaturne quaſi convocium, an verò à vitio vel vitando? Reſp. quaſi convocium.

I. Per l. 15. §. 4. De injur.

II. Quoniam non omne maledictum convicium eſt, ſed id ſolum, quod cum vociferatione dictum eſt. d. l. 15. §. 11. de injur.

III. Per l. 7. §. ſi mihi plures. 5. de injur.

IV. Quoniam convicium per C. non per T. ſcribitur ad differentiam convitij per T. quod plurium ſimul ædificiorū vitium & labem ſignificat.

V. Quoniam vitium primum facit brevem.

VI. Quoniam ad vitare particula CON nequit referri.

VII. Quoniam Sext. Pomp. noſtram Etymologiam comprobat in fragment. lib. 3.

IIX. Quoniam probati authores convicio pro vociferatione ſunt uſi. Cicer. 10. epiſt. famil. & pro A. Cluent. Quintil. in pr. Inſtit. Orat. Columella de cultu hortorum, & alij.

IX. Quo-

IX. Quoniam convitium in veterum gloſſis dicitur, καταβόησις, ὀχλαγωγία. Scip. Gentil. in lib. ſing. orig p. g 338. Alciat. lib. 4. de V. S. Robert. 2 ſent. 7. Pratei. in lexic. D.ſſ. *Laur. Valla 6. eleg. 52. & quodammodo Donell. 15. c. 25. Sanè apud Non. Marcellum, convitium dictum eſt, quaſi* è viciis locum, *pro quo legit Lipſius quaſi* è vicis loqui, *aut quaſi cum* vicis loqui. *Et ſic etiam, Verrius Flaccus convitium à vicis derivat. Lipſius 1. antiq lect. cap. 2.*

13. Si quis verum crimen, puta latrocinium, defectum natalium, ex animo conviciandi per convicium cuidam objecerit, & objectum probare paratus ſit, an adhuc injuriæ teneatur; ân verò veritas convicij excuſet injuriantem? Reſp. tenetur adhuc injuriæ; quamvis expediat Reipublicæ, crimen propalari.

I. Per l. 5. C. de injur. II. Per Nov. 77. ubi convicia hominibus ingeſta, inulta non manent. III. Per l. 3. C. de offic. rector. provinc. ibi. nec ad libidinem per clientelas effuſæ. IV. Quoniam etſi bonū ſit, atq; Reipub. utile, nocentium crimina nota eſſe, pravus tamen animus revelantis rem efficit iniquam c. cum miniſter. c. retegentes 23. q. 5. Mynſ. 4. obſ. 4. Robert. 2. ſent 7. Covarruv. I. reſolut. 11. n. 6 Weſ. in parat. hic. n 8. Diſſ. *Gail. 2. obſ. 99. Gomez. 3. reſol. 6. Schneidw & DD. hic. Clar. 5. ſent. §. injuria. n. 17. & alii aliter diſtinguentes.*

Ad §. in ſumma 10. tit. 4.

P 14. Actio

14. Actio injuriarum ad palinodiam an ſit civilis? Affirm.

I. Quoniam non agitur ad pœnam applicandam fiſco, neq; ad pœnam corporalem, neq; ad vindictã publicam. II. Quoniam procurator admittitur in hac actione. Vide l. pen. §. 1. De publ. Judic. III. Quoniam in Imperiali Camerâ admittitur. IV. Quoniam de conſuetudine Germaniæ in criminalibus appellatio non admittitur. Cammerger. Ord. *p. 2. t. 28. §. Item,* nach dem / *admittitur tamen in reclamatoria d. t. 28. §.* Vnd ſonderlich / *verſ.* Doch ſollen. *V. Quoniam actiones recantatoriæ recipiuntur in Camerâ, & poſſunt cumulari cum æſtimatoriâ in eodem libello. Mynſing. hic. & cent. 2. obſ. 98. Gail. 1. obſ. 65. Weſ. conſ. 22. n. 18. & præſertim Harprecht hic. n. 65. & ſeqq. ubi plurimos allegat.* Otto Meland. *p. 1. comment. Cam. pag. 189.* Cothman. *conſ.* 14. *n. 22.* Diſſ. *Marant. in pract. crim. p. 4. diſt. 1. n. 17. & ſeq. Dan. Moller. p. 4. conſt. Elect. c. 42. Sanè quod hæc actio ſit civilis, etiam in collegio noſtro ſervatur. Eſt autem magna thematis hujus utilitas in quæſtionibus de torturâ, & jurejurando decernendis; ut alibi dicetur.*

Finis primæ partis.

Soli Deo gloria.

VALENTINI GUILIELMI
Forſteri JC.

TRACTATIONUM JUSTINIANEARUM ad Inſtitutiones Juris.

PARS
ALTERA

Continens actiones.

DISPUTATIO PRIMA

DE DEFINITIONE, DIVIſionibus, & alijs generalibus actionum.

Reſpondente
CHRISTOPHORO CRAUTHOFIO, Neobrand.

THESIS I.

ACtio *A* eſt jus *B* perſequendi C in judicio *D* quod ſibi debetur. *E.*

A. Ab agendo dicta, non quod reum ceſſantem ad judicem ceu mulum vel aſinum agamus, *ut vult Theoph. Inſtit. de Act. & Platean. in §. 1. h. t. n. 1. Nam actiones ſine vi peragi debent; in jus vocationes vim olim admittebant. Si nimirum reus tergiverſaretur, & moraretur. Vult. 1. diſcept. 1. deinde non dicimus agere reum, ſed agere cum reo. l. 3. C. de tranſact. Curt. 1. Εἰκασ.* 15. *Don. ad pr. Inſt. h. t. n. 4.*

Verùm quod agere inter alias civiles ſignificationem etiam eam habeat, ut idem ſit quod jurgari, teſte Feſto. Agere enim aliàs generale verbum eſt, & idem denotat quod operari; aliàs ſpeciale, ac juridicum, ſeu artificioſum, & tum pro litigare ſeu judicio contendere potiſſimum uſurpatur. *Hotom. & Schrad. in lexic. in verbo agere. Alci. ad l. 220. de V. S.* Actio igitur uſurpatione juridicâ, ad actiones ſeu actus contentioſos refertur, & nihil aliud eſt, quam lis ſeu controverſia. *l. 36 de V. S. & ibi Gœdd. n. 4. & ſeqq.*

Q. Ut non immeritò Connanus à Donello fuerit reprehenſus, dum ille actionum verbo non genus perſecutionum intelligi, ſed hominum potiùs actus, erroneè putabat. *Donell. 2. tom. 7.* Actionis enim ſignificatio duplex eſt, vulgaris & juridica: Vulgariter actio magis in facto conſiſtit, & quemvis actum deſignat. *l. 21. §. fin. de teſtam. l. 3. §. fin. de donat.* juridicè denotat actus à jure civili approba-

approbatos, & ſolennitate quadam auctos, ac circumſcriptos; tam voluntarios, *l. 77. de R. J.* quàm contentioſos. In hac poſtrema ſignificatione, ſumuntur actiones vel propriè, vel minus propriè. Propriè actio ſumitur in hac Juſtiniani definitione, quando nim. eſt ſpecies perſecutionis, & dividitur in realem & perſonalem. *l. 25. de O. & A. l. fin. C. de hered. vend.* Minùs propriè ſumitur actio vel generaliùs vel ſpecialiùs. Generaliùs dupliciter, I. quando actio pro accuſatione dicitur. *l. 1. de Crim. Stellionat. t. t. Quando actio civ. crim. præjud.* II. Quando actionis verbo quævis perſecutio continetur. *l. 34. de V. S.* Specialiùs, quando verbum actionis maximè reſtrictum ad actiones perſonales pertinet. *l. 178. §. 2. de V. S. Vult. hic. Gœdd. ad l. 34. & 178. de V. S.*

Q. Hic quæritur *1.* Num actio & cauſſa ſint idem? Neg.

I. *Quoniam actio eſt formula, quâ perſequimur; cauſſa verò, propter quam perſequimur.*

II. *Per l. 14. §. 2. de except. rei judicat. ibi.* At cùm in rem ago non expreſſa cauſſa: *quibus verbis actio dilucidè ſeparatur à cauſſa:*

III. *Per l. 4. C. de pact. & ibi Donell. n. 14. l. 16. C. de tranſact. c. forus. extr. de V. S. l. 1. §. adhiberi. de teſtibus. Gomez. hic n. 22. Schneidw. num. 5. & ibid. Angelus, Jaſon & alii. Main. 1. de act. 3. Joan. de Blanaſco in q. Utrum cauſſa & actio ſint idem,*

Diſſent. *cum Placentino Vacon. à Vacuna 6. declarat. 89. n. 7.*

Q. Nunquid officium judicis & actio ſint idem? Negam.

I. Per l. hereditas in fin. l. planè & l. fin. de petit. hered.

II. Per l. Quinctus. 7. de annuis legat. ubi nihil ex teſtamento poteſt agi, & tamen interventu judicis, ea quæ in teſtamento ſcripta ſunt, ad effectum debent perduci.

III. Quoniam actio eſt ex juris regulis; officium judicis magis contra regulas juris, ex æquitate ſingulari. l. Quod ſi Epheſi. De eo quod certo loco.

IV. Per l. deducta, circa pr. D. Ad Trebellian.

V. Quoniam in omnibus actionibus judex habet officium. l. ædiles 25. §. item ſciendum. De Ædilit. Ed. & Gœdd ad l. 22. n. 18. de V. S.

VI. Per l. 1. C. de libert. & eor. lib.

VII. Quoniam officium judicis, niſi quadriennio imploratum fuerit, eſſe deſinit. l. ſupervacaneum. C. de tempor al. in integ. reſtit. cum tamen actio civilis 30. annos duret. §. 1. Inſtit. de perpet. & temp. act. prætoria vero anno finiatur. Uſill. in h. §. 1. num 35. Gomez. num. 46. Dyn. in Rubr. num. 10. & 27. Alex. in l. 1. §. ſublata. num. 3. D. ad SC. Trebell. Bartol. in l. 1. de juriſd. & in l. 7. De ann. legat. Anton. de Pedruec. de eff. jura. rem. lit. fin. 8. pag. mihi 186. Diſſent. *cum Martino Alciat. 2. parad. 10.*

B. I. &

B. I. è formula. Quamvis enim hoc verbo ſatis cõmodè quoq; poſſit intelligi facultas, ſeu poteſtas agendi. *l.1.l.17.de eo quod certo loc.l.6.in fin.de negot.geſt.* commodius eſt tamen, & magis ex natura rei, ut cum Ultramontanis jus interpretemur certam aliquã formam, & formulam ac contextum verborum.

I. Per l.un.C.de litis conteſtat.ibi.actionis ſpecies, & quæ cum hac conjunctim promulgata eſt, l.edita actio 3.C.de edendo.ubi edita actio ſpeciem futuræ litis demonſtrat; quod ſit actionis inſtitutæ idoneâ conceptione. Donell.ibid.n.5.

II. Quia hic tit, magis de objecto, in quo facultas exercetur, agit, quàm de facultate.

III. Quoniam verbalia in io magis actum, quã facultatem agendi denotant.

IV. Quoniam & in diſtributionibus & in toto tit. formulæ actionum proponuntur.

V. Quoniam & jus in bonorum poſſeſſione denotat formulam, tractat p.1.diſp.16.th. 2.

VI. Per l.42 de furtis ibi. vulgaris formula.

VII. Quoniam Celſi hæc definitio eſt in l.51. de O.& A. qui vixit ante Conſtantium Imp. & omnibus fatentibus, proculdubio de formula locutus eſt.

IIX. Quoniam actionum fomulæ neutiquam ſunt ſublatæ. per l. 1. & t. t. C. de formulis ſublatis; ſed ſaltẽ eatenus, quatenus aucupatione ſyllabarum inſidiantur. Idq; ſatis probatur. l.

15.C.de teſtam.l.ult.C. Qui admitti ad bon. poſſeſs. l.in legatis 21.C.de legat: quæ omnes leges eodem quaſi contextu & die ſunt latæ: neque tamen planè differentiam verborum directorum & inflexorum tollunt; ſed captiones ſaltem excludunt, & formulis vim quandam adhibent. Cujac. VVeſ. Criſpin. Vult. Hotom hic Diſſent. *Mynſ. hic. n. 2. Gomez. n. 12 & 26. Donell. n. 5. & 19. com. 1. Platean. n. 1. Uſil n. 2. Bartol. in l. Agraria. de termin. mot. Main. t. de act. c. 2. Hic conſequenter quaritur.*

Q. Utrum olim de jure Dig. neceſſum fuerit actionem in libello deſignari? Affirm.

I. *Per l. 2. §. his legibus de O. J. Ubi actiones dicuntur certæ quoad nomina, ſolennes quoad formulas.*

II. *Per l. non videtur 33. de judic. ubi deſiderat quis genus actionis edi.*

III. *Per l. 1. & 2. de præſcript. verb.*

IV. *Per l. 1. De æſtimat. l. apud Labeonem de præſcript. verb. ubi fruſtranea foret omnis & ſtulta contentio, ſi contemto actionis nomine ſufficeret factum tantùm proponere, & ex eo intendere, tibi dari oportere per l. 1. l. 3. de edendo.*

V. *Quoniam tum ut actio ederetur, multum intererat. Nam ſi alia agebat, quàm ea quæ in eo genere certa prodita erat, non tenebat intentio. l. 1. D. ſi menſ. falſ. mod. dix.* Donell. *in l. 3. num. 10. C. de Edendo, & 23. com. 4. & de*

præſcr.

præſcr. verb. cap. 21. n. 5. & in l. un. nu. 5. de condict. ex lege. Gœdd. ad l. 24. & ſeqq. de V. S. Zanger. de except. in edit. priori in pr. n. 2. Duar. ad tit. Si cert. pet. c. 6. Diſſ. *Accurſ. in l. 1. §. Edere. de edendo. Vacon. 6. declarat. 88. Weſenb. in parat. de edendo nu. 7. Mynſing. ad pr. Inſtit. h. t. Vide Obrecht. de concip. libell. cap. 8. n. 23. & ſeq.*

C. Donec aſſequamur quod cupimus. *Don. n. 7. Harprecht. n. 12. Unde & actio, quæ à defuncto cœpi, ſequitur heredem, ſi ipſius interſit. ſi nihil interſit, non ſequitur. l. qui fundum. 32. D. Locati.* Cujac. *27. obſ. 12.*

D. Non vi privata. Nulli enim licet privatim in re ſuâ ſibi jus dicere. *l. extat. 13. Quod met. cauſ. l. pen. & ult. D. ad L. Jul. De vi public. l. ſi quis C. Unde vi. l. nullus. C. de Judæis. Non enim eſt ſingulis permittendum, quod per Magiſtratum fieri debet l. 176. de R. J. Weſenbec. in parat. C. de judic. n. 9. Coler de proceſs. execut. in præfat. n. 10. & ſeq. Bronchorſt. cent. 1. aſſ. 39. Donell. 17. comm. 1. Niſi furem nocturnum apprehenderit. l. 4. §. 1. Ad L. Aquil. l. 1. & 2. C. Quand. lic. ſin. jud. Se vindic. Gomez. n. 59. aut debitorem fugitivum. Gomez. n. 59. & aliis paucis caſibus. Harprecht. n. 14. Vide omninò Donellum 17. comm. 2.*

E. Hoc verbum DEBETUR omnem omninò actionem comprehendit. *l. 178. §. 3. de V. S.*

Q. Utrum igitur hac definitione comprehendatur etiam actio realis? Affirm.

I. Per d. l. 178. §. 3. de V. S.

II. Quoniam ridiculum foret definitionem actionum perſonalium præmittere: poſt actiones in reales & perſonales dividere; Quoniam abſurdum eſſet Impp. potiſſimam actionum ſpeciem non definire.

III. Etſi dominium nobis non debeatur, l. 27. §. argento. l. 34. de aur. & argent. legat. l. 14. §. actiones. de Except. rei judic. poſſeſſio tamen debetur. l. 15. §. 1. de condict. indeb. l. 9. l. 68. de rei vind. l. un. §. igitur. C. de rei ux. act. l. 44. De cond. indeb. l. 5. §. peculium. l. nec ſervus. 41. De pecul. Dyn. in rubr. nu. 22. Gomez. 71. Uſil. n. 42. & ſeq. Alciat. ad l. 10. n. 2. De V. S. Weſenb. hic. Benincaſ. nu. 160. Donell. n. 10. Coraſ. nu. 6. & 6. Miſcell. 5. n. 8. Harprecht. nu. 17. & ſeqq. Clud. in tr. de ſeq. c. 4. nu. 29. & 30. Diſſent. *Hotom. hic & 3. obſer. 17. & quodam modo* Donell. *19. comm. ac Cujac. in Parat. de O. & A. & 15. obſerv. 12.*

THESIS II.

Cauſa efficiens actionum eſt jus Civile, A idque cum duplex ſit, civile ſpeciale, & prætorium, B hinc actiones aliæ civiles ſunt, C aliæ prætoriæ: D & utræque; vel directæ, E vel utiles F.

A. Jus enim omnium eorum, quæ fiunt legitimè, cauſſa eſt efficiens generalis & principalis, *Vult. in Idea jur. log. pag. 36. & 1.*

J. R.

J.R. 26. n.4. & 1.diſcept.ſcolaſt. 16. Weſenb. Inſtit.de oligat. Inventæ verò ſunt primum & certis formulis concluſæ à XII. tab. & ex ijs denique fluente jure. *l. 2. §. deinde ex his 6. de O. J. Hinc quæritur.*

Q. Utrum actiones ſint jurisg.an verò juris civilis? Reſp.Origine quoq; ac invẽtione ſunt juris civilis.

I. Per *dictam l. 2. §.deinde ex his. de O. J.*

II. Per *§.1. Inſtit. de perpet. & temporal. act. §.ſed iſtæ 3. Inſtit. de Act.*

III. Per *l.17.§.3.D.commodati.ibi. actiones q̃s civiles l.3. §.1. D. Naut. Caupon. ſtabul.*

IV. Quoniam olim manu regiâ controverſiæ dirimebantur. Alciat. in l. 178. §. actiones de V. S. l.2.§.1. & ibi. Cujac. ac Coraſ. de O. J. Coraſ. in l.frater. De condict.indeb. nu.36.Halycarnaſſ. lib.2. Juſtin.in princ.l.1. Vnde & Ovidius cecinit. lib.1. Faſtorum:

Proq; metu populum, ſine vi, pudor ipſe regebat,
Nullus erat, juſtis reddere jura labor.

V. Quoniam obligatio naturalis non producit actionem. l.cùm amplius. §.is naturâ de R. I. l. ſi is cui §.ult. de ſolut. l. naturaliter 13. De condict. indeb.l.10.de O. & Act. l. 16. §. 4. De fidejuſſoribus. *VI.* Per *l. 7. de Juſt. & jure.*

VII. Quoniam poſitâ formâ ponitur res: ante formam res non eſt.

IIX. Quoniam banniti ceu deportati, ea, quæ juris civilis ſunt, non habent, l. 17. §.1. de pœn. l.15.

de

de interdict. & releg. At banniti non poſſunt actionem intentare. c. ſi vero. de ſentent excom c. intelleximus de judic. Gail. 2 de pac. publ. n. 12. Gomez. in pr. de act. n. 59. Bartol. & DD. comm. in l. frater à fratre, de condict. indeb. & ad l. 5. de Juſt. & jure. Alciat. in d. l. 178. §. actionis. de V. S. Dyn. de Muxel. in Rubr. n. 30. Diſſent. *Zaſ. hic. n. 3. Mynſing. n. 4 Vſillus nu. 38 Benincaſ. n. 243. Jaſ. in L. Gallus. de lib. & poſthum. Coraſ. & Oldendorp in l. 2. §. 6. de O. I. Vult. hic. n. 102. Vide Ayrer in proceſſ. hiſtor. p. 1. c. 5. obſ. 3 pag. 100.*

B. l. 7. l. 8. de juſt. & jur. juncto. §. conſtat. Inſtit. de I. N. G. & Civ. Vult. in §. 1. Inſt. de I. N. G. & Civ. nu. 1. l. 14 de teſtib. l. 20. §. Servus. Qui teſtam fac. poſſ. l. 27. de R. J. Donell. in §. ſed iſta. h. t. n. 8.

C. Quæ & legitimæ dicuntur: quòd ex L. XII. tab. vel à populo aut plebe, vel à principe, vel à ſenatu fuerint introductæ. *l. Legitima de pactis. l. actionum in fine de O. & A. l. 14. §. ſi glans. de praeſcr. verb. l. 1. Si pars hered. l. 1. de poſſ. hered. l. 1. in pr. Si quadr. paup.*

Q. An igitur & prudentes juris potuerint actiones dare? N.

I. Quoniam ipſorum non eſt leges vel actiones dare, ſed datas interpretari & oſtendere. l. 2. §. his legibus. & §. noviſſimè de O. I.

II. Quoniam nulla demonſtrari poſſunt actiones à ICtis datae vel conſtitutae.

III. Quo-

III. Quoniam reſponſa & interpretationes prudentum non ſunt pars juris legitimi, ſed civilis l. 7. §. 7. de pactis. l. 1. in fin. D. Ex quibus cauſſ. maj. Donell. *in §. ſed iſtæ Inſt. de Act. n. 10.* Diſſent. *Dyn. nu. 4. Platean nu. 2. Mynſing. n. 4. Coraſ. n. 1. Harprecht. per totum. Gœd. in l. 6. §. 1. num. 20. de V. S.*

Q. An autem actiones à Ducibus vel Marchionibus inventæ, ſint civiles vel prætoriæ? Reſp. Sunt civiles.

I. Per l. omnes 9. de Iuſt. & jur. §. 1. Inſt. de I. N. G. & C.

II. Quoniam ipſorum conſtitutiones ſunt ſtatuta & leges q. municipij. l. 1. C. de Emanc. liber. l. ult. De decret. ab ordin. fac. l. 1. C. de Serv. Reipub. manumit. l. 15. D. Ad Muncip. At verò ſtatuta circa actus legitimos, per omnia legem æmulantur. Bartol. in d. l. 9. in ult. q. pr.

III. Quoniam duces, marchiones, comites, perpetuam, non temporalem jurisdictionem habent. Derrer. *1. I. R. 6. n. 6.*

IV. Quoniam hi in ſuis ducatibus & territoriis jura Imperatoris habent. Pruckman. in Rubr. quæ ſint regal. nu. 36. & ſeq Vſillus in §. ſed iſtæ n. 18. & ſeq. Inſt. *de actionibus. Videatur omnino* Muſc. *de ſucc. conv. in 1. Claſs. 1. concl. 1. lit. D. p. 13. & ſeq.* Diſſent. *Gomez. in d. §. Sed iſtæ nu. 22. cum DD. comm.*

D. Quæ præter legitimas, uſu rerum poſtulante, à prætoribus inſtituebantur: & ab

&ab ijs, quæ ipſo jure competunt, diſtinguuntur. *l. 3. D. Rempub. ſalv. fore. §. non autem Inſt. de perpet. & tempor. act.* & dantur deficientibus civilibus actionibus. *l. 1. §. 1. De Public. in rem act.* Dicuntur & Honorariæ *d. l. 25. §. fin. de O. & A. Hotoman. in conj. de præſcript. verb. pag. 157. & ſeq.* Huc etiam pertinent actiones Ædilitiæ. *t. t. C. de Ædilit. act. §. 1. Inſtit. ſi quadr. paup. fec.* Non equidem, quod ſint prætoriæ; ſed quod prætoriarum nomine contineantur. *§. 1. Inſt. de diviſ. ſtip. l. 5. De V. O. Donell. h. §. n. 13. & in d. l. 5. de V. O. Cujac. 8. obſerv. 38.* Verbum enim prætoris ſæpe ſumitur pro Magiſtratu. *l. 3. l. 4. De off. ejus. qui mand. Gœd. de contrah. ſtipul. c. 5. concl. 16.* Sicut & judicis appellatio ſumitur nonnunquam pro prætore. *l. 13. de uſufr. l. 34. Solut. Matrim. l. 41. & ibid. Cujac. de minoribus.*

E. Directæ; quæ nimirum ex directo jure & lege dantur. *Duaren. de O. & A. cap. 7.* Directa civilis probatur *in l. quia actionum 11. De præſcript. verb. l. 27. de negot. geſt. l. 14. Ad l. Aquil.* Dicitur & principalis. *l. in commodato. §. 1. D. commod.* Dicitur & uſitata & vulgaris. *l. 1. l. 2. de præſcript. verb. l. 46. De hered. inſtit.* & plerunq; civilis actionis appellatione hæc directa intelligitur. *l. 14. De precar. juncta l. 3. De precar. & conjuncta. l. Solent. De præſcr. verb. l. 7. de pact. l. cùm mota. C. de transact. Donell.*

nell. 14. comm. 34. in fine , & in tract. de præſcript. verb. cap. 22.

Q. An autem directa prætoria aliqua ſit; videtur ambiguum. Sanè directa actio, quatenus civilem denotat, interdum opponitur Prætoriæ. *§. namque Inſtit. de act. l. 26. §. item ſi ex plurib. & §. item ſi is quem. De noxalibus act. l. 5. §. ult.* De *his qui dejec. Hotoman. de præſcript. verb. p.* 157. Alias verò etiam prætorias actiones eſſe directas verius eſt.

I. Quoniam ex directo conſilio, & evidenti prætoris voluntate, ſunt introductæ.

II. Quoniam aliquando dicuntur utiles. Sunt igitur regulariter directæ. Sic enim Inſtitoria utilis, ad exemplum Inſtitoriæ introductæ reperitur in l. 16. in fine. l. 19. in princ. de Inſtit. act. l. penult. & ult. C. eod. tit. l. 13. §. 25. de act. empt. Neceſſum eſt igitur, ut inſtitoria ſit directa. Sic & ea, quæ eſt de conſtituta pecunia, nonnunquam datur utilis. l. 5. §. penult. de conſtit. pecun. Item reperitur utilis Publiciana. l. nec quaſi 70. de rei vindicat. Item utilis Serviana. l. 1. C. de precar. §. item Serviana. 7. Inſt. h. t. Mynſing. in d. §. Namq; Inſtit. h. t. n. 8. Coraſ. n. 4. Diſſent. *Donnum. 1.*

F. Utiles ſunt, quæ ex lege per interpretationem ſupplentur propter utilitatem aliquam. *l. qui actionum* 11. *de præſcr. verb. Duar. d. c. 7.* Unde & utiles dicuntur, quod eas utilitas

utilitas publica ſuadeat & flagitet. *l. 5. §. pen. De conſt. pecun.*

Q. Etſi verò communiter putent, directam ex verbis legis dari, utilem ex mente. *Gæd. in l. 6. §. 1. n. 16. & ſeqq. De V. S. Don. de præſcript. verb. c. 22. Hotom. in d. conj. de præſcr. verb. Vult. 2. J. R. 4. n. 13.* Convenientius eſt tamen, ut directam dicamus, quando locum habent verba & mens legis; utilem verò, quando propter identitatem ſeu ſimilitudinem actio directa porrigitur, & extenditur. *Utiles enim actiones exemplo dicuntur introductæ; & ad inſtar earum, quæ ipſo jure competunt; atq; his verbis*, ad exemplum, vel exemplo, vel inſtar, *&c. ſemper utilis actio ſignificatur d. l. 1. C. de precar. l. ſed etſi proprietas, Ad L. Aquil. l. 16. in fin. l. 19. in pr. de Inſtitutor. act. l. pen. & ult. C. eod. l. 1. §. fin. de ſuperficiebus. l. 51. De furt. &c. Non igitur neque ex litera legis, neque ex ejusdem mente, ſeu intellectu originem trahent; arg. tit. Inſtit. de leg. parent. tut.*

II. *Quoniam ex ipſis verbis Senatusconſultorum & Edictorum utiles actiones nonnunquam proponuntur; l. filiusfam. in fin. Ad l. Falcid. l. Sancimus § ult. C. ad SC. Trebellian. l. 1. in pr. De Publican. juncto §. namque. Inſtit. de actionib.*

III. *Quoniam directa actio nonnunquam ex ſolâ ſententiâ competit. l. inde Neratius, in pr. &*

§. 8.

§.1.L.ait lex & L.ſeq.D.ad l.Aquil.juncto §. illud,Inſtit.eod. tit.

IV. Quoniam mens legis & *verba legis idem ſunt.L.ſcire leges.l.contra legem.De legibus.Duaren.d.c.7.De O.& A.Benincaſ. in præfa.nu. 125. & ſeq.Vaud.1.q.42.Pet.Pyth.in collat. leg. Moſaic.c.12.Zaſ.in §.præjudiciales.Inſt.de Act. nu. 21.Criſp.Montan.ſub.rubr.De bonor.poſſeſſor.hered.petit.Neguzant.de pignor,8.p.pr.n.5.* Dantur autem utiles regulariter deficientibus directis. *l.4.§.ſi communem. Fin. regund. l. 7.ſi duo.Commun.divid.l.8.§.ſi convenerit. Ad Vellejan.l.1.§.ſed ex cōtrario. 18 de exercit.l.9.l.13. D.O.& A.l.18.§.1.De jud.* & opponuntur directis.*l.18.C.de legat.l.3.De ſentent.paſſ.l.13. Ad L. Aquil.*Utilis civilis probatur.*in §.fin. Inſtit.de L.Aquil.L.penult.ſi quadr.paup.feciſſ.dic. l. 6. C. de transact.l.46.de heredibus Inſtit.* Utilis prætoria ſupra ſatis probata fuit , *Theſ. 2. lit.E. circ.finem.* Quidnam verò interſit inter actiones directas & utiles , videre licet apud Fabr. *4.conj.7.Vaud.1.quæſt.42.& vide omnino Coraſ.in lib.19.num.4.de adoption.*

THESIS III.

Ratione materiæ A, actiones vel in rem ſunt, vel in perſonam,B, vel mixtæ C.

A. Omes enim actiones vel circa rem, vel circa perſonam verſantur. *Coraſ. in §. omnium. Inſtit. de act. n. 1. Harprecht. n. 2. Vult. num. 2.* Non eſt igitur diviſio a cauſsâ efficiente, ut *voluit Donel. n. 3.* neq; à fine, *ut voluit Gœdd. p. 3. diſp 9. T. 19.*

B. §. 1. Inſt. de act. Secundum hanc autem diviſionem, omne jus actionum abſolvitur: *Atque de hujus §. declaratione uberiore latiùs agetur in continuat. diſp. 2. & in continuat. diſp. 5. Illud hic circa præjudiciales actiones diſpiciendum.*

Q. Utrum ſint reales, àn verò perſonales? Reſp. Sunt perſonales?

I. Per §. præjudiciales 13. Inſtit. h. t. ibi, VIDENTUR, Ergo non ſunt. l. 1. §. fin. Ad Turpillian.

II. Per l. 1. §. 2. de rei vend. l. 37. De O. & *A.*

III. Quoniam actionibus præjudicialibus non res deducuntur in controverſiam, ſed ſtatus & cõditio; quæ perſonam concernunt. t. t. & l. 5. De *ſtat. hom.*

IV. Quoniam non realibus, ſed perſonalibus actionibus ſubiiciuntur.

V. Quoniam in iis quæritur, an aliquis libertus, vel ſervus ſit, & c. d. § præjudiciales.

VI. Quoniam nihil petitur nobis reſtitui; ſed ſaltem ut veritas declaretur. Vide infr. diſp. 5. th. 1. lit. A.

VII. Quo-

VII. Quoniam perſonas tantum reſpiciunt, quibus mortuis extinguuntur. Gom. in §. præjudiciales. n. 2. Inſtit. de Act. Petr. Platean. ibid. n. 2. Vult. n. 12. & ſeq. & 1. diſcept. 3. circ. fin. Diſſent. *Dyn. n. 6. Mynſing. n. 11. Corraſ. num. 2. Hotom. n. 1. & 18. Donell. 20. comm. 8. Harprecht. n. 9. Vide Duaren. 2. diſp. 2.*

C. Omninò namque ſtatuimus actiones aliquas, quæ miſtam cauſam habent, tam in rem quàm in perſonam.

I. Per §. quædam. 20. Inſtit. h. t.

II. Quoniam illæ actiones Famil *herciſcundæ, finium regundorum, & communi dividundo, ex utraque realium & perſonalium naturâ participant. Exempli loco. Si mihi & tibi delata ſit hereditas, eaq; nondum diviſa, volens ut dividatur, ago actione* Fam *herciſcun. & hactenus eſt realis, quatenus quod meum eſt, peto: ſed & ago, ut dividatur, & tum eſt perſonalis, quia per actiones perſonales conſequimur debitum.*

III. Per l. item Labeo. 22. § familiæ 4. D. Famil. herciſc. ubi familiæ herciſc. judic. ex duob. conſtat, id eſt, rebus atq; præſtationibus, quæ ſc. præſtationes, ſunt perſonales actiones. l ſi plures. de leg. 3.

IV. Per l. 4. §. 3. D. comm. div. ubi & rei diviſio, & præſtationes in ea actione veniunt.

V. Per l. 1. D. fin. reg. ubi finium regundorum actio in perſonam eſt, & tamen pro vindicatione rei.

VI. Quoniam in his cauſis non contrahimus, ſed in ea cauſſas incidimus. l. 25. §. 16. Fam. herciſc.

VII. Quoniam expreſſè dicitur actio communi divid. ex re venire l. furioſus 46. de O. & A.

IIX. Quoniam & alius locus eſt ubi communi dividundo dicitur expreſſè realis. l. ſi quis 29. commun. divid. ibi, ſed propriam rem tueor. & magis ex re, &c. Gomez. in §. quædam n. 6. Dyn. n. 2. & n. 8. Platean. nu. 1. Hotom. per totum. Weſ. in parat. Fam. herciſc. fin. reg. & commun. div. Cujac. in Parat. C. iisdem. tit. Diſſent. *Coraſ. in §. omnium. 1. n. 3. Donell. ibid. n. 6. & 21. comm. 1. & ad §. 20. Vult. ibid. n. 2. Alth. 2. J. R. 4. Harprecht. in d. §. omnium. n. 6. & in d. §. quadam. n. 1.*

THESIS IV.

Ratione formæ externæ, A actiones ſunt vel ſtricti juris, B vel Bonæ fidei, C vel arbitrariæ, D.

A. Seu accidentalis ſubſtantificæ. *Angel. in §. actionum autem 28. h. t.* ſeu qualitatis intrinſecæ, *Mynſing. ibid. nu. 2. Zaſ. in rubr. num. 1. Gomez. n. 1. n. 9.* Eſt enim hæc diſtinctio à qualitate ſeu naturâ actionum ducta. *Harprecht. num. 1.*

B. Sunt autem ſtricti juris actiones omnes aliæ præter enumeratas. *in §. actionum. Inſt. h. t.* eæ nimirum in quibus judex præcisè aſtrictu

aſtrictus eſt pronunciare de actione in judicium deductâ, ſecundum naturam iſti actioni à jure datam. *Vult. n. 5. & 2. J R. 4. num. 42.* non etiam ſecundum conventionis verba, *ut putant Caraſ. n. 4. Harprecht. n. 10. Nam in realibus actionibus nulla conventionis verba. Vult. d. num. 5.* Differentias inter ſtricti juris & bonæ fid. actiones novem, & plures, vide apud *Mynſ. num. 10. & ſeq. Uſill. num. 35. & ſeqq. Schneidw. n. 19. Harprecht. nu. 11. & ſeqq. Benincaſ. per totum Vult. 2 J. R. n. 70. & ſeqq. Illud hic diſputabimus.*

Q. An in ſtrictis actionibus uſuræ debeantur citra ſtipulationem, à tempore litis conteſtatæ? Negamus.

I. Per *l 3. C. de uſur. ubi citra vinculum ſtipulationis uſuræ peti non poſſunt l. Titius de præſcr. verb. ibi pecuniæ quidem creditæ uſuras, niſi in ſtipulationem deductas non deberi.*

II. *Per l. Lite conteſtata. de uſur. ibi CURRUNT. Currere enim aliud eſt, quam incipere deberi. l. 29. de novat.*

III. *Quoniam aliàs naturales acceſſiones, puta fructus, non eſſent melioris conditionis, quàm uſuræ. l. 34. de uſur.*

IV. *Per l. 22. de don.*

V. *Per l. 7. de negot. geſt.*

VI. *Per l. 1. C. de condict. indeb. Gomez. in d. §. actionum. nu. 18. Dyn. nu. 5. Platean. n. 7. Mynſ. 16. Benincaſ. n. 309. & 326. Donell. in l. 3. nu. 4. & 5.*

C. de uſur. Duaren in c. 2. de uſur. Cujac. 14. obſ. 22. & conſult. 16. & in tr. 7. ad African. Ant. Fab. 11. de Error. b. Pragm. 1. Gœdd. de contrah. ſtip. c. 11. concl. 9. Bronch. cent. 2. aſſert. 4. & 82. Clud. de ſeq. cap. 5. n. 34. Borcholt. in tr. de V.O. c. 7. nu. 96. & in tr. de uſur. cap. 3. Diſſent. *Baro. Coraſ. nu. 4. & 2. Miſcell. 7. Weſenb. in Parat. de uſur. num. 3. Vult. d. cap. 4. num. 76. Harprecht. num. 12.*

Q. An autem etiam quoad æſtimationem rei petitæ ſit inter has actiones vera differentia, quod in ſtrictis tempus litis conteſtatæ ſpectetur regulariter; in bonæ fidei vero actionibus regulariter tempus rei judicatæ? Affirm.

I. Per l. 3. §. in hac. D. commod. l. vinum. 22. de reb. cred. l. fin. de condict. tritic.

II. Per l. fundum Cornelianum 28. de novat.

III. Per l. hominem 37. Mandat. ibi. Nam tunc id tempus ſpectatur, quo agitur.

IV. Quoniam in bonæ fidei judicijs petitur, quod bonus judex arbitrabitur. Litis igitur æſtimatio referetur ad tempus rei judicatæ. At in ſtrictis judex ſui arbitrij impos eſt, & ſtrictæ petitioni actoris deſervit. Tempus igitur litis conteſtatæ conſiderandum erit. Bartol. & Baldu. in l. 3. §. 2. D. commod. Cujac. in tr. 8. ad African. ad l. hominem Mandati. (Ubi dicit quod nullus hodie ſit vel judex, vel patronus, vel JureConſ. qui non hæreat maneatque ſuſpen-

ſus,

ſus, quoties tractatur hac de re.) *Hotom.ill.q.16.Bronch.cent.1.aſſ.65*. Diſſent. *Donell. ad l.3.n.14.& ſeqq.de condict.triticar. & quodammodo in l.59.de V.O.*

C. In quibus nim. judex non ad certam ſummam aſtrictus eſt, ſed quantum alteri, ex bona fide præſtare oportet, liberam æſtimandi poteſtatem habet.

§.in bonaſid.Inſt.h.t.§.ult Inſtit. de Obligat: quæ ex conſenſ: Harprecht.num.9.Vult.num. 4. Eamque quod judex poteſtatem habet, tum formula fecit earum actionum, *Baro, Hotom. Vult.hic.& 2.J.R.4.num.24.* tum ipſorum negotiorum & cauſſarum eſſentialis proprietas; cum hæ naturâ ſuâ bonam fidem inſitam habeant, & in his bona fides magis exuberet, quam in alijs, quæ ſunt ſtricti juris. *Gœdd.de contr ab.ſtip.c.8.n.8. & ſeqq.*

Q. Sunt autem bonæ fidei ſaltem eæ, quæ hic recenſentur, non aliæ.

I. Quoniam hic dicitur, hæ ſunt, ὁριστικῶς & definitivè.

II. Quoniam etiam illas adjecit, de quibus utrum bonæfidei eſſent, dubitabatur.

III. Quoniam eæ dicuntur actiones bonæfidei in quibus omnia dijudicantur ex æquo & bono, at tales non ſunt aliæ præter enumeratas. Dyn.h §.n.3 Uſill.nu.1. Donell.nu.35 Harpr.num.23.Vult. num.12.Cujac.11.oſerv.38. Diſſent. *Coraſ.nu.6.*

Digitized by Google

Hotom.ibid.& in conject.de præſcr. verb. Etſi verò putent aliqui. *Jaſon & Zaſ.in l.3. de reb. cred.Duaren.in l.ſi quis cum , de V.O.* omnes contractus, omniaque judicia hodie bonæ fidei eſſe: verius eſt tamen eam differentiam inter ſtrictas & bonæfidei actiones etiamnum ſupereſſe.

I. Quoniam nullibi differentia ſublata reperitur.Arg. l.præcipimus in fin. C.de Appellat.l.35. in pr.C.de inoff.teſtam.

II. Quoniam in h. §. expreſſè inter eas diſtinguitur.

III. Quoniam complures leges ſupervacuæ eſſent, quæ differentias inter has actiones inculcant.Faber.8.de error pragmat.1.& 11.dec.1.Vult. n.2.Bronchorſt.cent.2.aſſ. 82.

Q. An autem jure Canonico diſcrimen hoc inter actiones ſublatum ſit? Negam.

I. Per textum in c.cum eccleſia extr.de cauſſ.poſſ. & propriet.c.fin.extr.depoſit.c.cum. venerabilis. extr.de except.

II. Quoniam aliàs jus Canonicum ſuſtuliſſet ipſam ſubſtantiam.Weſenb.hic.num.1.Vult. num. 8.*Gœdd.d.c.8.num.*23.Diſſent. *Jaſon.hic.& in §.quadrupli.Bald.ad c.un.in fin.extr.de plus petit.Cagnol.in l.2.n.65.C.de reſcind.vendit.Benin. hic.num.*190.*& ſequentib.*

Q. Num verò pacto tolli poſſit? Negam.

I. *Quia*

I. Quia actionũ modus, vel lege vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur. l. 27. de R. J. l. 7. §. 16. l. 27. §. pacta. De pactis. l. pacta quæ contra. C. eod.

II. Quoniam ſubſtantia rei pactis nequit deſtrui.

III. Quoniam illa cauſula: Alles trewlich vnd ohne gefährde / *ſaltem vult dolum malum abeſſe abfuturumq; eſſe. At hoc ex ſtricto contractu, bonæ fid. neutiquam facit. l. 119. l. 22. l. 121. l. 69. de V. O. Gœdd. d. c. 8. nu. 25. & ſeqq. & inter conſil. Marpurg. tom. 1. con. 24. num. 233. Vide tr. meum de pactis c. 8. membr. fin.* Diſſent. *Weſenb. n. 1. cum Baldo conſil. 343.*

D. Quod alterius arbitrio relictæ ſunt, ideò ſic dictæ. *Coraſ. in. §. præterea h. t. num. 2.* Suntque in quibus quomodo actori ſatisfieri oporteat, judex arbitrium interponit. *l. 2. in princ. de eo quod cert. loco.* non quidem ex accidenti tales, *ut Vult. Br. in l. 5. de Public. & vectigal. & Vſil. hic. n. 1. Cujac. in notis hic*: Sed magis ex natura ipſiuſmet arbitrariæ actionis, *h. §. Baro. Coraſ. Don. Borch. hic. Menoch. 1. de arbitr. jud. q. 3.*

Q. Unde patet has actiones tertiam ſpeciem conſtituere.

I. Per h. §. juncto. §. actionum h. t.

II. Per l. 3. §. 1. de uſur.

III. Per l. 5. de in lit. jur. & ibid. Donell. n. 12. & in §. actionum, n. 5. & h. §. 1. Harprecht. §.

*actionum nu.*7. Diſſent. *Graci, & Baro, Cujac. Uſill. nu.*1. *Vult in* § *actionum. nu.* 15. *&* 2. *J. R.* 4. *n.* 50. An autem in arbitrarijs actionibus duæ ſententiæ requirantur? una ad rem exhibendam, altera condemnatoria in pecuniam, ſi ad judicis juſſum non reddatur. *Vide Mudæum. in* §. *præterea quaſdam Inſtit. de act. Vaud.*1. *q.*54. *&c.*

THESIS. V.

Ratione finis A actiones ſunt vel rei perſecutoriæ, B vel pœnales, vel mixtæ. C.

A. Harprecht. in §. *ſequens. n.*1. *Coraſ. in princ. B.* Ut ſunt reales, & quæ ex obligatione contractus proficiſcuntur. *l.* 35. *de O. & A.* §. *rei perſequendæ, h.t.*

Q. Etiamſi obligatio iſtius contractus ſit pœnalis, § *fin. Inſt. de V.O. l.* 68. *D. eod.* §. *vi autem. verſ. item miſta. infr. h.t. Harprecht. n.* 4. *& ſeqq.* Diſſ. *Coraſ. n.*2.

C. quibus rem ſimul & pœnam ex quibuſdam maleficijs perſequimur. *Harprecht. n* 7. an autem in pœnalibus & mixtis actionibus, quod unus præſtitit pœnæ nomine, liberet alium vel non? *Vide Cujac. ad l.* 14. §. *fin. Quod met. cauſ.*

THESIS VI.

Ratione adjuncti, nim. temporis, A. aliæ ſunt perpetuæ, B, aliæ temporales. C.

A. Vult. d. c. 4. nu. 95. & ad pr. Inſt. de perpet. & temp. act.

B. Quæ olim nullo unquam tempore finiebantur; niſi à jure certis fuerunt definitæ terminis? Quales erant omnes civiles & aliquæ prætoriæ. *Vult. ad d. pr. nu. 5.* Hodie reales viginti ſunt annorum; perſonales & mixtæ 30. *l. ſicut C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* Dicuntur tamen perpetuæ, reſpectu aliarum, quæ tamdiu non durant. *Vult. d. loc.*

C. Quales ſunt adhuc hodie pleræq; prætoriæ pœnales annuæ. *Vſill. in §. ſed iſtæ nu. 9. Inſtit. h. t.* item biennales, ut eſt actio de dolo, vel quinquennales, ut eſt actio de inoffic. teſtamento. *Vult. n. 11.* Etſi enim Weſenbec. compilatores oſcitantiæ arguat, & videatur ſtatuere, actiones prætorias non amplius annales eſſe; quòd non amplius annum ſit prætoris Imperium: in cauſſa tamen fallitur. Sunt enim aliæ cauſſæ, propter quas adhuc ſunt annales; partim quia ſunt pœnales; partim quia datæ contra juris rigorem. *Vſill in §. ſed iſtæ nu. 12. Inſt. h. t. Weſ. ad rubr. de perpet. & temp. n. 5.*

THES.

THES. ULT.

De cumulatione actionum A. hoc ſciendum eſt, eam tum maximè permitti, quando actiones, res & cauſſæ petendi ſunt diverſæ B. Petitorium igitur cum poſſeſſorio conjungi poterit. C.

A. de qua Cuj. 8. obſ. 14. Hotom. illi. q. 29. Bronchorſt. cent. 2. aſſ. 14. Duaren. de Oblig. & act. c. 7. Gail. l. obſ. 63. & in tr. de arreſt. Imper. c. 5. in fin. Donell. 21. comm. 3. & præſertim Obrecht. in diſp. de concur. tract.

B. Zaſ. in §. ſin minus. nu. 18. Inſt. h t. l. 7. §. 1. De cond. furtiv. l. 17. de except. l. 18. in fin. de vi & vi arm.

C. I. Per l. 14. §. fin. de except. rei judic.

II. Per l. 18. in fin. de vi & vi armat. ibi. pendente: i.e. currente.

III. Per cap. paſtoralis extr. de cauſſ. poſſeſſ. & propriet. Et de interdicto adipiſcendæ & recuperandæ poſſeſſionis, res eſt expeditior. Nam hæc ἀδιϰήως concuſſum admittunt actiones in rem. *Atq; in id omnes DD. conſentiunt, uno Donello fruſtrà diſſentiente in l. 3. C. de interdict.*

Q. An autem interdicta retinendæ poſſeſſionis ferre poſſint conſortium actionis in rem? Et hoc affirmabimus.

I. Per l. naturaliter. 12. §. 1. de acquir. poſſeſſ. arg. l. 52. De acquir. poſſeſſ.

II. Per

II. Per l.35.eod.quæ lex loquitur de Interdict. §.retinendæ poſſesſionis. In his enim ſaltem quæritur uter poſsideat. l.1.§.3. & ſeq. D. uti poſſid. Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.3.n.513.

III. Quoniam non videtur poſſeſsioni renunciaſſe, qui rem vindicavit.d.l.12.§.1.de acquir. poſſeſ. Sicut & qui familiæ herciſcundæ judicio agit, non confitetur adverſarium ſibi eſſe cohæredem. l. qui familiæ (juxta veriorem lectionem) D. Famil.herciſcund. Quomodo & ingenuum ſe contendendo nec probando, non amittit libertinitatem l.pen. C. de ingen.manum. Nam etſi actori objecero exceptionem, non ideo quaſi confeſsâ intentione ejus, negationi renunciaſſe videor, ut Sulpitius Victor ſcribit. l.6.D. & C.de except. Et poteſt in eodem libello nullitas ſententiæ deduci, & nihilominus adverſus eandem in integrum reſtitutio deſiderari. Mynſ.cent.2.obſerv.25.

IV. Per l. 1. §. 4. D. Quod legator. & ibi. Gothofr.

V. Quoniam non eſt unum & idem genus poſſeſſionis. Nam in interdicto agitur de poſſeſsione momentaneâ; in rei vindicatione, de perpetuâ ſeu proprietatis & dominij propriâ. Dd. dicunt agere quem petitorio, ratione poſſeſſionis naturalis: poſſeſsorio, ratione civilis poſt Accurſ. & alios Anton.de Papareſcis de cauſſ.poſſeſſ. & proprietat.p. (mihi) 152. Coraſ. ad l. naturaliter §. nihil. de acquir. poſſeſ.n.2.& 3. in fin. Nam in poſſeſsorio principaliter agitur ne quis turbetur: in petitorio,

Digitized by Google

rio, ut domin. declaretur. Pareſc. d. l. ſeu rei vindicatio proficiſcitur ex dominio agentis. l in rem. de rei vindic. Interdictū verò uti poſſidetis ex turbatione adverſarij. l. 1. §. eſt igitur. l. ſi duo. Uti poſſid. l. 6. in fin. D. de acq poſſeſſ. & in rei vindicatione poſſeſſionis reſtitutio ſit officio judicis. l. officium de rei vindicat In interdicto verò retinendæ jure actionis. §. fin. Inſtit. de interdict. Coraſ. in d. l. naturaliter. §. 1. de acquir. poſſeſſ. in 1. lect. num. 4.

IV. Quoniam aliàs pro jure meo ſervando mihi mentiri licet, ſi credimus Angelo in l. ſi quis de libertate. de injur. Gomez. in §. ſed iſtæ n. 33. Inſt. de Act. per l. 19. §. cum me abſente. De Negoc. geſt. Dyn. in §. ſi æquè. n. 20. Inſtit. de act. Cujac 8. obſerv. 24. & 20. obſ. 25. & 25. obſ 34. Bronch. cent. 2. aſſ. 65. Diſſent. *Bartol & DD. commun d. l. 12. §. 1. de acqu. poſſeſſ. Menoch. d. remed 3. nu. 511. & ſeqq. Donell. in d. l. 3. C. de interdictis. Vide Coraſ. in l. 12. §. 1. De acquir. poſſeſſ. in 2 lect. nu. 25. pag. 954. Videatur omnino Hartman Piſtor. lib. 4. q. 18. & ſeq.*

DISPU-

DISPUTATIO SECUNDA.

DE VINDICATIONIBUS CIVILIBUS.

Reſpondente

LEONHARDO ANGELO,
Winsh. Fr. Poet. Laur.

CONTINUATIO.

HActenus de actionibus in genere; nunc ad ſpecies. Summa verò actionũ quoad ſpecies, eſt diſtributio; quòd ſint vel in rem vel in perſonam, vel mixtæ, A, Actiones autẽ in rem & vindicationes B, dicuntur, & petitiones, C, atq; de ijs primò cognoſcendũ. D.

A.§.1.Inſt.de act.L.21.28.de O.& A.l.178.§.2.de V.S.Vide diſp.1.th.3.

B.l.25.de O.& A.§.appellamus.Inſt.de Act. à vindicando nominatæ, quòd ijs quilibet ſuum

ſuum aſſerat. *l. 32. de libera cauſ.* q. vim dicamus ijs, qui jus noſtrum impediunt. *Donell. & Hotomannus in d. §. appellamus.* Videntur autem vindicationes à vindicijs antiquioribus originem duxiſſe. *Cicer. pro Milo. & in 3. Ver.*

Q. Nam quòd litem vindiciarum in d. 3. Verri. de remedio proviſionali momentaneæ poſſeſſionis, ſeu interdictis retinendæ quidam intelligunt.

Budæ: ad fin. d. ori. ju. Gail. 1. obſ. 5. nu. 4. Ræ vard. ad ll. 12. tabul. c. 6. Hotom. 2. obſ. 9. Donell. in l. un. C. uti poſſidet. n. 25. Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. nu. 8. in eo falli videntur. *Nam agitur ibi petitione hereditatis. De ritu vindicationis veteri vide Hotom. 3. obſ. 15.*

C. l. 28. de O. & A. l. 178. §. 2. de V. S

D. *I. Quoniam ſunt firmiores & pleniores. l. 16. §. 3. in fin. de pignor. Dd. in Rubrica ſi cert. peta. Gomez. ad §. omnium. Inſt. h. t. n. 15. Beninc. in rubr. n. 162. Decius in l. plus cautionis. d. R. J. Vult. 1. diſcept. cap. 4.*

II. Quoniam dominia naturâ ſunt priora, ex quibus obligationes oriuntur. Weſenb. in pr. Inſt. de rer. diviſ.

THES. I.

Vindicationes ſunt vel civiles, A. vel prætoriæ, B, atq; utræq; vel univerſitatis, vel ſingularum rerum, C.

A. Quæ

A. Quæ ſunt de re verè noſtra, *Vult. 2. Juriſpr. Rom. 22. Donell. 19. com. 2. p. 261.*

B. Quæ ſunt de re quaſi noſtra, atque de iis habebitur Diſp. ſequente.

C. *L. 1. de rei vindicat.* Proponendæ verò primùm actiones, quæ de univerſitate propoſitæ ſunt, *d. l. 1. Nã univerſitas potior eſt rebus ſingulis, ſicuti totum ſuis partibus. Weſenb. in parat. de inoff. teſtam. num. 1.*

THESIS II.

Vindicatio univerſitatis dicitur hereditatis petitio A, ac continet querelam inofficioſi teſtamenti, B. & hereditatis petitionem ſpecialem. C.

A. Quòd hæreditatis petitio ſit rei vindicatio, probatur. *l. 3. in pr. de pign. l. 8. l. 19. §. 1. de petit. hered. l. 3. l. 9. C. eod. l. 17. in princ. de inoff. teſtam.*

Q. Unde certum eſt, hæreditatis petitionem actionem realem eſſe.

I. Per l. 25. §. pen. de hered. petit.

II. Per l. 27. §. 1. de rei vindic.

III. Quoniam petitionis verbo actiones in rem ſignificari videntur. l. 178. §. 2. de V. S. juncto t. t. de hered. petit.

IV. Quoniam non habetur in §. quadam Inſtit. de act.

Digitized by Google

V. Quoniam hereditatem noſtram, adverſus poſſeſſorem alium, petimus.

VI. Quoniam vindicatio dicitur, ſuprà citatis ll. juncto §. appellamus. Inſtit. de Act. Donell. 19. comm. 12. Hotom. in §. actionum. n. 32. & ſeq. h. t. Diſſent. *Dynus in §. quædam n. 9. h. t. Schneidw. in §. actionum. n. 2. h. t. Mynſ. n. 104. Bald. in l. 7. C. de petit. hered. Vult. ad l. un. C. ubi de hered. agi oport. n. 26.*

B. l. qui de inofficioſo. 20 h. t. ubi, qui de inofficioſo agit, non aliam ullam actionem movere debet, quàm hereditatis petitionem.

II. Per l. 8. §. 8 ff. eod. ibi. ſi dico inofficioſum, non totam hereditatem debeo, ſed dimidium petere.

III. Per l. eum qui 21. §. fin. eod. ibi. evictâ hereditate per inofficioſi querelam.

IV. Per l. 25. §. penult. eod. ibi. facultates defuncti, id eſt, hereditas, per inofficioſi accuſationem vindicantur.

V. Per l. penult. §. ſed quemadmodum, de bonor. poſſ. cont. tab. ubi filius admittendus eſt ad hereditatis petitionem ex cauſſa inofficioſi querelæ.

VI. Per l. 24. in pr. C. eod.

VII. Quoniam querela inofficioſi eſt actio. l. 7. l. nam etſi. §. fin. l. eum qui §. 1. l. filio. l. mater. de inoff. teſtam. At citra petitionem non eſſet actio, quoniam nihil perſequeretur. Donell. 19. comm. 3. Diſſent. *Accurs. ad l. 20. h. t. & DD. communiter.*

C. Cu-

C. *Cujac.lib.4.Sent.Paul.5.§.4. Don.19. comm.12.*

THESIS III.

Querela inofficioſi, A, competit ab inteſtato, B, propriè deſcendentibus, C, & aſcendentibus, D, nonnunquam transverſalibus, E. Contra omnes, quicunque teſtamentum defendunt, F. Petunt autem teſtamentum reſcindi, G, & ſibi hereditatem adjudicari, H, propter injuſtam exheredationem, I, ſeu præteritionem. K.

A. Moribus introducta primùm, deinde legibus & conſtitutionibus confirmata, *tractat.noſtr.Juſtin.p.1.diſp.13.theſ.19.* Eſtque in rem *per ea, quæ habuimus theſ.præced.lit.* A. & expreſsè vindicatio dicitur. *in l.27 §.pen ff.h.tit.* Eſt autem actio temporalis, intentanda nimirum intra continuum quinquennium. *l.34.in fin.C.eo.l.21.C.in quib.cauſ.in integr.reſt. l.8.§.fin.cum.l.ſeq.D.h.t. Gomez. 1. reſolut. 11. num.6.* computandum ab adita hereditate. *l.ſcimus, penult. §. illud præterea, ult C.h.t. ubi Juſtinianus Ulpia. ſententiam contra Modeſtinum comprobavit. Donell. 19. comm. 6. fol. 291.*

B.l.6.§.1.D.h.t.l.eum qui §.1.D.eod.Donell. d.19.comm.3.circ fin.

C. Omnibus, qui futuri erant heredes legitimi, cujuſcunque ſexus. *L.1.l.3.l.5.l. 27.§.3. h.t.*

Q. Etiam emancipatis hodie. *Per l.4.verſ. ſancimus itaq; C.de liber.præter. Novell. 115. & Novell.118.c.1.& 4.Gothofr.ad l.23.h.tit.* Diſſ. *Donell.6.comm.11 & 13. & ad Authen. ex cauſſa. C.de lib.præter.*etiam adoptivis.*l 8. §. 15. h. t.* Non tamen naturalibus, nec ſpuriis, niſi adverſum maternum, maternorumque teſtamentum *d.l.29.§.1.D.h.t.*

Q. An poſthumis hodie querela competat? Neg. Quoniam hodie non poſſunt exheredari, *tract. Juſt.p.1.diſp.13.q.19.* Corruet igitur ipſo jure teſtamentum.

D. Cujuscunque ſexus, modò ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri.*l.6.§.1.l.14.D.h.t.* & bona liberorum non ſint caſtrenſia.*l.1.l.24.C. h.t.* etſi liberi in ipſorum poteſtate non ſint. *d. l. 14.h.t.Mynſ.in §.1.Inſt.de inoff.teſtam Cujac. 8. obſerv.23.*

E. Puta fratribus & ſororibus conſanguineis, ſi turpis perſona proponatur inſtituta. *l.1 D.h.tit.l.21.l. 27.C.eod.Donell.19. comm.4. pag.269.* Aliis enim collateralibus regulariter non competit. *Et in l.6.in pr.verſ.ſed & cognatorum.de inoff.teſtam.* eſt homonymia in vocabulo cognatorum , quemadmodum ibidem latiùs docuimus.

Q. An verò ſpurio herede ſcripto, frater habeat querelam? *Vide p.1.tract.Juſt.diſput.3. q.20.*

F. Puta heredes teſtamento ſcriptos. *l. ſi non mortis.§.1.l.ſi inſtituta.§ pen. l.ſi ſuſcepta in princ.de inoff.teſtam.l.ſi heredum.l.cum duobus. C.eod.* deinde eorum ſucceſſores, *d. l. ſi heredum,* item adverſus univerſalem fideicommiſſarium. *l.8.§.imperator.l.penult.§.1.D.h.t.l.1.l.19.l.36.§.illud.C.eod.Donell.19.comm.8.in pr.* Nec intereſt quis in inofficioſo teſtamēto ſit ſcriptus heres, nec majeſtas ſcripti heredis, nec amplitudo, nec favor, nec ſanguinis conjunctio, nec pietatis vinculum impedit inofficioſi querelam *l.7.§. 2.* (ubi notavimus) *De inoff.teſtam.l.32.De legat.3.l.7.C.Qui teſtam.l.80.de heredib. inſtit. l. 4. C.de legibus. Paul.lib.4.ſentent.t.5.§.3.*

G.l.8.§.16.l.15.§.4.l.17.D.h.t.

H. Legata tamen & libertates ex teſtamento illo reſciſſo nihilominus hodie debentur. *Auth.ex cauſſa.C.de l.ber.pręt. Novell.115.cap.3.circ.fin.*

Q. An autem præteritus à patre, totum teſtamentum infirmet, etiam quoad legata? Negam. *p.1.tract.Juſt.diſp.12.q.11.*

I. Qua quis exheredatum ſe dicit citra cauſſas, in Novell.115. expreſſas. Nam alias, quamvis graviores, nos non admittimus. *Id. diſput.12.th.18.*

K. Scilicet maternam, aut maternorum parentum, quæ olim pro exheredatione erat, *§. fin. Inſt. t. de exhered. lib.* hodie non ampliùs. *d. diſput. 12. th. 22. per Novell. 115. cap. 3.*

THESIS IV.

Ceſſat querela inofficioſi propter conditionem A, & privilegium B; perſonæ, aut ſi renunciatio ipſi facta fuerit, vel per teſtamenti approbationem, C, vel per quinquennii ſilentium, D; aut ſi ſit relicta legitima E.

A. Propter conditionem perſonæ inofficioſi querelæ non ſubjacet teſtamentum impuberis. *l. Papinianus §. ſed nec impuberis 5. D. h. t. & ibi Cujac. Donell. 19. comm. 5. Ratio*, quoniam impuberis teſtamentum pater fecit *§. 1. de pup. ſubſtit.* Non igitur injuriam alicui fecit impubes. Proinde non poterit quiſquã conqueri.

B. Propter privilegium querela ceſſat in teſtamentis militum. *l. 7. §. 4. l. 27. §. 2. D. h. t. l. 9. l. 24. C. h. tit.* etiam togatorum, certo ſub modo. *l. ult. §. 1. & ult. C. h. t. l. 1. § nec caſtrenſe, de collat. l. 2. ad SC. Macedon. § fin. Inſtit. de teſt. mil. Don. 19. comm. 5.* An autem hoc privilegium militum & q. militum ſit correctum? Accurſ. Cujac. & alij affirmant. *per Nov. 115. cap. 4. Novell. 123. cap. 19. Auth. presbyteros. C. de Epiſc. & Cleric.* Nos negamus cum Donello.

19. com.

19.comm.5.arg.l.præcipimus.in fin.C.de appellat. Diſſentientium argumentis reſpondimus ad l.7.§. 4.D.h.t.

C.Suo vid.nomine.l.fin. h. t.

D.d.l.34.l.36 §.fin.C. h. t. præced. th.lit.A.

E. Q. Quæ eſt portio hereditatis. *d. diſput.13.th.22.* jure civili introducta, Th. 21. hodie ſolo inſtitutionis titulo relinquenda. Th.23. Olim erat totius ſubſtantiæ quarta pars; hodie adaucta eſt pro liberorum numero, & ad hunc modum redacta, ut ſi quatuor aut pauciores liberi ſint, triens; ſi verò plures, ſemis ei præſtetur. *Novell.18.cap.1.§.1. Auth.Noviſſima.C.h.t.* adaucta etiam eſt parentum legitima, *d.diſp.13.th.24.* non tamen fratrum, *th.25.* Sufficit autem, ut ceſſet querela, legitimæ partem eſſe relictam. Nam tunc ad ſupplementum agitur condictione ex *l.omnimodo.C.h.t.Gail.2.obſ. 120. Cujac. obſerv.10.& 16.* Debetur autem legitima, detracto prius ære alieno, & funeris impenſis. *l. 8. §.quarta.9.h.t.*item libertatibus *d. §. 9. Paul. 4.ſent.5.§.& ibid.Cujac* Legata verò ad pias cauſas non minuunt legitimam, *Cujac.ad Novell 18.*neq; etiam ſumtus ſtudiorũ. *l. qua pater 50.D.famil.herciſc.l.20.§ 6.eod l. 1. §.16.D. Collat bonor.l.6.de alim.& ciba.legat.& ibidem. Dd.Cujac.3.obſer.30 Menoch arbitr.jud.quæ.caſ. 131.Hartm.Piſter.1.quæſt.10. Schwartzmeier. in Miſcell.cap.12.*

THES. V.

Hereditatis petitio A, competit ei, qui quoquo modo hæres eſt B, adverſum eum, qui pro herede C, vel pro poſſeſſore poſſidet D. Petit autem ſe heredem declarari E, hereditatemque, tanquam ad ſe pertinentem F, ſibi reſtitui G. item ut reus inventarium exhibeat, aut ſi non poſſit exhibere, vires hereditatis mediante jurejurando ſpecificet, H.

A. Quia eſt actio civilis. *l.1.d.hered.petit.* in rem univerſalis. *Per ea, quæ habuimus th.2. lit. A. bonæ fidei §. Actionum Inſt. de Act.* per quam hereditatem noſtram petimus ab eo, qui quid earum rerum ſine cauſſa poſſidet. *Don. 19. comm. 12. in pr.*

B. Sive jure veteri, ſive novo ex teſtamento, ſive ab inteſtato; per ſe, vel per alium; ſive ex aſſe, ſive pro parte. *l.1.2.3. & 10. D. h.t. Harprecht. in §. actionum. n.36.*

C. l.9. & ſeq. hic. l.7. Cod. eod. Pro herede verò poſſidet, qui contendit, ſe heredem vel juſtum ſucceſſorem ejus, cujus hereditas petitur, cum revera non ſit. *Schneidw. in §. actionum. num. 18. Angel. num. 67. Harprecht. num. 37.*

D. Pro poſſeſſore poſſidet, qui interrogatus, cur poſſideat, nullam poſſeſſionis ſuæ cauſſam reddere poteſt, qualis eſt prædo. *l. 11. cum ſeqq. D. hoc. t.* & is, qui vi dejecit. *l. 14. §. 2. D. quod met. cauſ.*

Quid

Quid igitur, ſi quis titulo ſingulari, bonaq́; fide poſſideat? contra eum non hæc actio, ſed rei vindicatio dabitur ſpecialis. *l. 2. in fin. C. eod. & ibid. Gothofr. Fachin. 1. controv. 1. c. 4. Harprecht. d. §. actio. n. 39.*

E. l. 7. ff. ſi pars hered. pet.

F. Vel ex teſtamento, vel ab inteſtato: & jure novo, vel ex Senatusconſulto Tertulli-an. vel Orphit. *l. 1. 2. 3. ff. h. t. lege obvenire, de V. S.* Cæterùm adverſario non poſtulante, non tenetur in libello exprimere, an ex teſtamento, vel inteſtato hereditatem petat, quamvis tutiùs ſit, ut ſpecificè exprimatur. *Bart. in l. 3. hic.*

G. l. 1. & ſeqq. C. h. t. l. 19. 23. 25. 27. 55. ff. h. t. Veniunt porrò in hoc judicium res non ſolùm hereditariæ, ſed & non hereditariæ, ut res depoſitæ, commodatæ, pignoratæ, quoniam harum etiam periculum ad heredem ſpectat. *l. 18. §. fin. & l. ſeq. l. 45. D. h. t. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 1. q. 16. nu. 71. Schneidw. in §. actionum. n. 45. & 47. Harprecht. n. 40.* Non tamen ſervitutes. *l. 19. in fin. D. h. tit. tum quia pro ijs aliæ actiones competunt, puta confeſſoria & negatoria: tum quia in illis reſtitui nihil poteſt.*

Q. An ſaltem feuda hereditaria? Negam.

I. Quoniam feudum non debetur jure hereditario, cap. 1. de ſucceſſ. feud.

II. Quoniam nihil eâ de re legimus in feudis cautum. Hart. Piſt. p. 1. q. 1. n. 62. Roſenthal. in ſynop. feudal. c. 7. concl. 23. Coſtal. in l. 18. §. nunc videamus. h. t. Diſſent. *Decius conſ. 390. n. 5. Iſernia. Bald. & alij in cap. 1. de ſucceſſ. feud. Marian. Freccia in d. tract. feudi hered. Thom. de Martinis t. 5. n. 37.*

H. in l. fin. C. de jure delib. l. fin. §. ſicut. C. de his qui ad Eccleſ. aut ut ipſe ad litem in juramẽtum admittatur. *t. t. de in lit. jurand. Vide Coler. p. 2 cap. 3. de proceſ. execut. num. 386. Rauchbar. p. 1. q. 29. Moller. lib. 2. ſemeſtr. 14. circ. fin.*

THESIS. VI.

Rerum ſingularium verè noſtrarum actio eſt, vel corporalium, vel incorporalium A. Rerum corporalium eſt VINDICATIO, B. quæ competit Domino C, adverſus quemvis poſſeſſorem, D, Petit autem rem ſuam corporalem E, ut ejus reſtitutæ plenam obtineat poteſtatem F. Debet igitur actor & dominium ex ſuâ parte, & poſſeſſionem ex parte rei probare, G.

A. §. omnium 1. juncto. §. æquè 2. h. t.

B. L. XII. tab. introducta. Gell. 20. noct. Attic. 9. Cujac. in parat. de rei vindicat. Vide de hac actione Vultei, *ad l. un. C. ubi in rem act. n. 24. & ſeqq.*

C. l. actio

C. *l. actionum. d. O. & A. l. in rem. de rei vendicat.* Quicunque iſte ſit, dum proprietatis ſit dominus. Vide tamen Vultejum. *in d. l. 1. C. ubi in rem act. num. 32.* Quanquam mihi videatur rei vindicationem ibi latius accipere. Nam ratione effectus unicum ſaltem eſt dominium; atq; ideò pleniſſimus & legitimus quiſque dominus ſuarum rerum. *l. un. C. de Nudo. Quirit. jure tollendo.*

Q. Unde patet dominium in directum & utile dividi non poſſe. *p. 1. tractat. Juſt. diſp. 6. th. 7.*

D. d. §. omnium. Inſt. de act. ſive naturaliter ſive civiliter posſideat. *l. 3. §. fin. D. ad exhibend. d. l. actionum. De O. & A. l. officium. De rei vindicat.* Donell. *9. comm. 9.* Vide Mudæum. *in §. omnium 1. ver. aut cum eo nu. 18. Inſtit, h. tit. Coraſ. in l. naturaliter §. nihil commune. n. 27. & ſeqq. pag. (mea edit.) 943.* Ubi eleganter diſputat an contra civiliter tantum poſſidentem detur rei vindicatio; & item an ſententia lata contra civiliter poſſidentem, obſtet naturaliter poſſidenti? Et an contra ſimplicem detentatorem rei vindicatio intentari queat, Adde Vultei. *ad. d. l. un. nu. 39. & ſeq.* ubi diligenter inquirit, quatenus civilis poſſeſſio reſtitui poſſit.

E. Dum

E. Dum tamen reſtituendi facultas ſit. *l.9. D.h.t. Donell. ad d.§.1.n.21. Inſt.h.t.* Tignum igitur, alicujus ædibus junctum, vendicari nequit *l.23.§.pen.D.eod. l.tignum, & ibi Gœdd. nu.5. de V.S.*

Q. Cæterùm una cum re corporali ſimul intereſſe repetit à malæfid. poſſeſſore. *l.13.D. h.t.* & fructus etiam percipiendos. *tract. Juſtin. p.1. diſp.6.th.28.*

Q. Bonæ fidei verò poſſeſſor omnes fructus perceptos & conſumtos retinet, etiam naturales, ſi poſſeſſionis ſuæ titulum juſtum habeat, *d.diſput.6.th.26.* extantes verò ſeu pendentes adhuc præſtat. *l.44.78.de rei vindicat. l.22. C.eod.*

Sanè quamprimum rem alienam cognovit, malæfid. poſſeſſor efficitur, & fructus deinceps ſuos non facit. *d.diſput.6.th.27.* Quamvis enim fructus bonæfid. poſſeſſor percipiat, quamdiu evictus fundus non fuerit, *l.25.in fin. de uſur.* Ita tamen eos percipit, ut poſt evictionem reſtituere cogatur, *Don. 4. comm.24. in fin. Cujac. in tract.7. ad Afric. p. 331.* Sanè in impenſis ſimilis quædam habetur ratio, ſed non tanta; Et quidem voluptuarias impenſas tàm bonæfidei, quàm malæfidei poſſeſſor admittit; uterque ſub hac diſtinctione, ſi citra diſpendium rei impenſæ, non poſſint tolli & auferri, aliàs verò ſi ſine diſpendio rei poterunt haberi, eas recipiet

piet bonæfid. poſſeſſor. *l.3.§.4. de in rem verſo. l.38. de rei vindicat. l.32. §. 5. de admin. tut.*

Q. Atque etiam malæfidei poſſeſſor.

I. Quoniam domino vindicanti nulla fit injuria.

II. Quoniam melior eſt eorum conditio, qui agunt de damno evitando, quàm qui de lucro percipiendo, juxta Papianum in l. error.8 de jur. & facti ignorantia. l. qui autem §. ſciendum. D. Quæ in fraud. cred. Vſil. ad §. item ſi quis 26. Inſtit. de Act. Vult. ad §. ſed iſta n.19. Inſtit. de Act.

III. Per expreſſum textum in l.39. in fine. de heredi. petit. quem verſ. non adulteriorem, ſed ad proximum illum, Nam prædoni, referendum eſſe, tum ſeries contextus evincit, tum pronomen relativum. Et, in ſingulari numero poſitum. Diſſent. *Gædd. in l.79. §. fin. de V. S.* Utiles verò impenſas bonæfid. poſſeſſor deducit, quatenus petitori conditio ijs non redditur deterior. *l.38. l. planè. de hered. petit.* Malæfid. verò poſſeſſor eas regulariter non deducit, licet ſine læſione prioris ſtatus tollat. *l. 37. in fine, de rei vindicat. l. domum. in fin. C. eodem.* Neceſſarias impenſas deducunt omnes poſſeſſores, tàm malæfidei quàm bonæfidei. *l. planè. de hered. petit. l. domum. C. de rei vindicatione. Hæc enim deductio non tam perſonæ tribuitur, quàm cauſſæ.*

De

De modo tamen deducendi magna eſt inter DD. controverſia *ut apparet ex p. 1. diſp. 6. th. 22.* Ubi defendimus, quemvis poſſeſſorem utili actione impenſas neceſſarias conſequi poſſe: Neq;, ut putamus, omninò abſurdè. Nam fundamentis Donelli ſatisfieri poteſt probabiliter. *1. ad l. ſumtus 48. de rei vendicat. reſponderi poteſt, cum Cujacio, ibi dicendi genus σκολιὸν eſſe, aut ſi hoc diſpliceat alicui, dicere licebit. illum verſ. ſi fructuum, exceptionem ab antecedentibus ponere, atque per particulam, Si, vel Niſi, intelligendam, vel certè in ejus locum ſubſtituendam (Vide lib. 1. obſervat. noſtrarum cap. fin. pag. 60 verſ. ſi) ut ſit ſenſus legis: Quotiens impenſæ factæ fructus perceptos exæquant, tunc impenſas non poſſe peti, ſed per exceptionem doli ſervari: Si verò fructuum, ante litem conteſtatam perceptorum, ſummam excedant impenſæ; tum admiſſa compenſatione ſimul etiam ſuperfluum ſumtum peti poſſe, per actionem enim ut dominus reſtituere cogatur. l. 65. eod. Ad l. Si enim area 33. in fine. De condictione indebiti; reſpondet Gœdd. illam particulam*, nullo alio modo, *reſtringendam ad condictionem indebiti, aut aliam ex contractu directam actionem. L. Paulus. de doli mali & met. except. loquitur de utilibus impenſis.* Veruntamen & Donellus ad fundamenta noſtræ Theſeos non ineruditè reſpondet. *Ad l. 6. §. 3. de negot.*

got. geſt. reſpondet, ibi, eum qui ſumtus fecit, ad res alienas tanquam alienas acceſſiſſe, & ſic negotium alienum geſſiſſe. Ad l. 5. C. de rei vendicat. reſpondet, repetitionem, exceptionem & compenſationem ſub ſe continere, quæ reſponſio juvatur per l. 15. D. ratam rem haberi. Ad l. fin. §. 1. C. de hered. petit. reſpondet, illam loqui de iis impenſis, quæ extra rem, in ipſam perſonam petitoris collatæ ſunt.

Quid igitur habendum? *Molinæus illam ex æquitate, hanc ex rigore juris admittit, in conſu. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 110.* puto, quæſtionem in utramque partem diſputari poſſe, Donelli ſententiam veriorem eſſe.

F. *de qua poteſtate vide Donell. 9. comm. 9. l. qui reſtituere 68. De rei vendicat.*

G. *l. item 23. l. officium. l. qui petitorio 36. de rei vendicat. l. ſi ventri. §. in bonis. de privat. credit. l. actionum. de O. & A. l. inter. de judic. l. 2. l. 23. C. h. t. l. un. C. de alienat. jud. mut. cauſſ. fact. l. 1. C. ubi in rem actio & ibi Vult. n. 35. Pecc. in c. pro poſſeſſione 36. num. 2. de R. J. c. examinat. de jud.* adeo, ut ſi alterutrum non probet actor, reus etiam nihil præſtans abſolvatur. *l. 4. C. de edendo. l. fin. C. h. t. Vult. ad l. 1. C. ubi in rem act. num. 25. & ſeqq. ubi nu. 27. clauſulam in libello rei vindicationis ſalutarem ſubjicit. Quomodo autem dominium probetur, vide Harprecht. num. 1. Mudæum num. 55. & ſeqq.*

præſer-

præſertim Maſcard.de probat.vol.1.concl.537.& ſeq.uſq; ad concl.551. Menoch.in præſumt.c.42.n. 6.Dd.comm.in l. indicia.C.de probat. & in l. naturaliter §.nihil commune. De acq. poſſeſ. An autem ex poſſeſſione dominium probetur? Diſtinguit Coraſ. ibidem, an dominium principaliter deducatur in controverſiam, & actionis via; an verò ſaltem incidenter vel per viam exceptionis: ut illo caſu non ſufficiat probare poſſeſſionem. *arg. l. in rem. De rei vindicat.l.fin.C.eod.* iſto ſufficiat. *arg.l.1. Fam.Herciſc.l.ſicut.§.ſed ſi quæratur ſi ſervi.vindicat.l.15.§.1.De pignoribus.l.ſi quis emtionis.§. ſed hæc ſuper illis.C.de præſcript.30.vel 40. annorum.* Cæterùm actio realis non datur poſſidenti. *§. æquè & ſeq. h. t.* Sanè uno caſu qui poſſidet, nihilominus is actoris partes ſuſtinet. *§. æquè in fin. h. t.* ſi nim. neget, rem ab actore petitam actoris eſſe, ac ſi onus probandi in ſe ſuſcipiat. *l.14. de probat. juncta l. actori.* C. *de probat. Vſillus in h. §.æquè n.53. & ſeq.* Diſſent. *DD ferè omnes in h.§.Petr.Plateán n.10.Mynſ.in fin. Coraſ. Hotom.Baro.Ferret. Donell.n.35.Harprecht. in fin. Vult.1. diſcept. 6. Robert.1.recept.lect.18.Cont.1.ſubceſ.1.Govean.1. lect.41. Gipban. hic. qui putat iſtum totum verſ. ſanè uno caſu, ſpurium & inducendum eſſe.*

THES. ULT.

Rerum ſingularium incorporalium duæ ſunt actiones proditæ, Confeſſoria & Negatoria:

toria: A, Confeſſoria datur ei, qui ſibi ſervitutem competere contendit, B, adverſus eos, qui liberum ſervitutis uſum prohibendo, hanc quaſi nobis detinent, C, Petit autem ſervitutem ſuam declarari, ſibi reſtitui, ſibique caveri, D, Negatoria competit domino prædij, E, adverſus omnem, qui libertatem prædij inquietando detinet. F, Petit autem, ut prædium declaretur liberum, ac cum cautione reſtituatur. G.

A. Quæ ex re ipſa nomen habent, non ex conceptione verborum. *Don. 11. comm. 15.* Diſſent. *Uſill. in §. æquè. num.* 77. & competunt utiliter etiam pro alijs juribus quam ſervitutibus, puta pro jure repræſentandi, pro decimis. *arg. l. 9. §. 2. verſ. ſed ſi nec ego. De damn. infect. item pro juriſdictione conſtitutâ. Vide omnino Coraſ. & apud eum elegantes rationes in l. naturaliter. §. nihil. num. 31. pag. (meâ edit.)* 945. *Bald. in rubr. C. de uſufr. Fab. in §. æquè & ibid. Jaſon. num. 35. Inſtit. de act. Schurff. cent. 1. conſ. 28. Menoch. remed. 5. recup. poſſeſſ. nu. 12. &c. Gomez. num. 12. Plat. num.* 11. Diſſent. *Bald. in c. ſignificante. extr. de appellat. Vaud. 2. qu. 27.* Datur autem Confeſſoria pro ſervitute: Negatoria pro libertate. *Don. d. c.* 15. *& ſeqq.*

Digitized by Google

Q. Num autem pro ſervitute altius tollendi detur Confeſſoria? Affirm. juxta diſtinctionem Donelli. *num.12.& 11.comm.5.Mynſ.num.12.Zaſ.num* 18.Coraſ.*num.6.Mayn.1.de act.13.* Diſſent. *Balduin. Uſil. ibid. & DD. comm.* Quomodo verò poſſeſſio rerum incorporalium probetur, vide Menoch. *Caſ.206.& ſeq.*

B.l.2.§.1.l.4.§.ſi fundo.Si ſervit. vind. non fructuario.*l.rectè de V.S.*

C.l.etſi §.etiam.h.t.

*D.l.harum.h.t.*ſed & fructus in hac actione veniunt.*l.4.§.1.l.etſi §.ult.D.h.t.*

E.l.2.§.1.l.4.§.competit.h.t.

F.l.5.8.§.5.& ſeqq.h.t.

G.l.an unus.l.ſi cum meus. D. *h.t. d. l. harum. d. l. 4. §. 1. h.t. Donell. d. lib.* 11. *cap.* 16.

DISPU-

DISPUTATIO TERTIA.

DE VINDICATIONIbus prætorijs.

Reſpondente
JUSTO RUPELIO
Lorâ Franco.

CONTINUATIO.

PRopoſitis vindicationibus civilibus, ordinarium nunc eſt, ut & eas videamus, quas Prætor introduxit, A, quæ itidem ſunt vel univerſitatis, vel ſingularum rerum. B, Univerſitatis eſt hereditatis petitio, tàm poſſeſſoria, quàm fideicommiſſaria. C.

A.l.1.de poſſeſſor hered. petit.

B. t.t.de poſſeſſor.hered.petit.& ſeq.junct a.l. 1.de rei vindicat.& t.t.de Public.in rem. act. & §.ſed iſtæ.3.cum ſeqq.h.t.

C.d.tit.de poſſeſſor.hered.petit.& ſeq.

THES. I.

Poſſeſſoria A, competit bonorum poſſeſſoribus B, adverſus eos, qui bona hereditaria pro herede, vel pro poſſeſſore poſſident, C, Petitio autem eadem eſt, quæ in civili hereditatis petitione, D.

A. Quòd poſſeſſoria ſit prætoria, probatur. *ex l.1.h.t.pr.Inſt.de bon poſſ princ. Inſt. de perpet.& tempor.act.verſ. quales ſunt,&c.* Etſi verò centumvirali judicio tractabatur, quin tamen ratione cauſſæ efficientis eſſet prætoria, nemo inficias iverit. P. *Pyth. in collat. l. Moſaic.tit.16.præſertim cum & ei judicio prætor urbanus præfuerit. Plin.5.epiſt.Coraſ.& Cujac. in l.2.§.deinde cùm eſſet de O.jur.Cujac.10. obſerv. 20.& 3,obſerv.34.* Quòd ſit in rem, probatur ex iis, quæ habuimus *ſup.diſput.2.th.2.lit.*A.

Q. An autem ſit bonæ fidei? *Illud non firmat, ſed relinquit cogitandum Criſpus Montanus in terminis actionum.* Nos quin ſit bonæ fidei, non dubitamus. *Eſt enim nihil aliud, quàm utilis hereditatis petitio l.fin.de poſſeſſ. hered.petit.l.1.& 2.de fideicom.hered petit. at hereditatis petitio eſt bonæfidei.§.actionum. Inſtit. de act.deinde ſub directis actionibus bonæfidei contrariæ quoque continentur, & utiles. Donell. in §.actionum.num.37.& 38.* Eſt etiam rei perſecutoria, cùm ſit in rem? & contra naturam aliarum prætoriarum in perpetuum

extendi-

extenditur, *princ. Inſt. de perpet. & temp. act.* Tandem eſt univerſalis, *arg. l. 1. de vindicat.* Cœterùm cum bonorum poſſeſſio hodie non ſit adeò in uſu, *1. diſp. 16. th. 6.* Hæc etiam actio nõ videtur eſſe plurimi momenti.

B. Id eſt, ijs, quos Prætor velut heredes fecit, & quibus bonorum poſſeſſio data eſt. *l. 1. de poſſeſſor. hered. petit.* ſive ſit data ex ipſo prætoris edicto, ſive ex novis legibus: adeoque omnibus vel ex teſtamento ſecundum & contra tab. vel ab inteſtato: exceptis tamen Carbonianis *l. 3. §. miſſum. de Carbon. edict. Cujac. in parat. de poſſeſſ. hered. petit.*

C. Quisnam autem pro herede vel poſſeſſore poſſideat, habuimus. *diſp. præced. lit. C. & D.*

D. l. 2. de poſſeſſ. hered. petit. Weſenb. in parat. ibid. Nam & hæc dominium defendit. *l. 1. de bon. poſſeſſ.* non quidem proprietatis, per ea, quæ habuimus. *p. 1. diſp. 16. theſ. 3.* Sed poſſeſſionis, quòd dominium poſſeſſionis probatur *p. l. 2. C. Theodoſ. de bon. matern. l. 1. C. Gregor. ſi ſub alter. nom. res emt. erit. per l. 9. C. Juſtinian. de pignoribus. l. 11. C. de omni agro deſerto. lib. 11. l. 6. §. Julianus. de precario. ſupr. p. 1. diſp. 6. theſ. 6.*

THESIS II.

Fideicommiſſaria A. competit fideicommiſſario univerſali, cui verbotenus hereditas ex fideicommiſſo eſt reſtituta B, adverſus omnes poſſeſſores injuſtos, C. Recipit autem hæc actio eadem, quæ hereditatis petitio civilis. D.

A. Quæ itidem eſt prætoria, *l.2.de fideicom. hered.petit.ubi expreſſe à civili actione diſtinguitur*. Tametſi namque in SCtis de fideicommiſſo reſtituendo tractetur, de actione tamen rerum perſequendarum, ſi ab alio detinerentur, expreſſum non eſt. Prætor itaq; omnia illa ſua jurisdictione ſupplevit. *Oldendorp.cl.5.act.7.n.1.*

II. Eſt realis, per ea, quæ habuimus. *diſput. præced.th.2.lit.A.juncta.d.l.2.h.tit.*

III. Eſt bonæfidei, per ea, quæ habuimus. *th.præced.lit. A.*

IV. Eſt rei perſecutoria, *cum ſit in rem.*

V. Eſt perpetua, ſicut civilis. *d.l.2.D.h.t.*

B.l.1.l.3.D.h.t.l.reſtituta.l.facta. Ad SC. Trebellian. etiamſi in codicillis hereditas illa fideicommiſſaria ſit relicta. *l.2.C.de codicill.§. 2.Inſtit.eod.*

C. *l.14.§.1.Ad SC.Trebellian.* non igitur adverſus eum competeret, qui reſtituit hereditatem, *l.3.§.1.D.h.t.l.27.§.7.ad SC.Trebellian.*

D.d.l.2.D.h.t.

THE-

THESIS III.

Rerum ſingularium vindicationes Prætoriæ ſunt duplicis generis: vel de uſucapione, vel de pignore: De uſucapione rurſus vel nōdū completa, vel completa. Illa publiciana dicitur, hæc reſciſſoria. De pignore vel Prętorio, vel conventionali. Illa nomine generis hypothecaria dici poteſt, hæc eodem nomine venit, & vel Serviana eſt, vel quaſi Serviana.

Quæ omnes ſpecies tractantur à §. ſed iſtæ 3. usq; ad §. in perſonam. 8. Inſtit. de act: Etſi namque vulgò Dd. omnibus perſuaſum ſit, Paulianam in eodem ordine, nim. in §. item ſi quis in fraudem, recenſeri, authoritas tamen juris contrarium evincit. *Qua de re infra th. 6. lit. A*

THESIS IV.

Publiciana A, datur quaſi domino, B, qui poſſeſſionem rei caſu amiſit C. adverſus quemvis detentorem, titulum non habentem, D, Petitur autem res, quæ uſucapi cepta eſt, reſtitui: tàm corporalis quàm incorporalis, E, dummodo non ſit vitioſa, F, commercio exemta, G, aut aliàs uſucapi prohibita. H.

Digitized by Google

A. Quæ eſt prætoria. *l. 1. D. h. t.* primùm à Publicio Prætore propoſita, §. *namq; ſicuti. Inſtit. h. t. atq; directa.*

I. Per *d. §. Namq; ſicui; ubi primum hæc actio à Publicio Prætore inventa & in edicto propoſita eſt.*

II. Quoniam alibi reperitur utilis, ſeu quaſi Publiciana. l. 70. de rei vendicat. neceſſum eſt igitur, ut ſit naturâ ſuâ directa. Coraſ. in d. §. namq; ſicut. num. 4. Donell. num. 11. Olderdorp. claſ. 3. act. 3. Diſſent. *Gomez. in §. ſed iſtæ. num. 5. & ſeq. Criſp. Montan. in termin. in hac actione.* Eſt in rem, *d. §. ſed iſtæ. Inſtit. h. t. Datur enim ei qui habet quaſi dominium contra poſſeſſorem, & rei inhæret, atque ad inſtar proprietatis reſpicit. l. 7. §. 6. de Pub.* Eſt ſtricti juris, *quia non reperitur in §. actionum. Inſtit. h. t.* Eſt rei perſecutoria. *§. ſequens. Inſtit. de Act. l. in honorariis. de O. & A.*

Eſt etiam perpetua. *I. quia eſt rei perſecutoria, & datur poſt annum, d. l. in honorariis, de O. & A. deinde, quia datur contra eum qui non habet titulum: at titulo carens præſcribere nequit. l. diutina. C. de præſc.* Cæterum hæc actio iiſdem regulariter regulis includitur, quibus uſucapio. *l. 9. §. 5. D. h. t.* Requiritur igitur ad Publicianam etiam traditio, vel in rebus incorporalibus quaſi traditio. *l. 7. §. traditionem. fin. l. 11. §. 1. De publician. l. fin. de ſervit. l. 1. §. fin. de S. R. P.*

Q Niſi

Q. Niſi forſan citra traditionem dominium rei nanciſci poſſimus, tum enim, ſi tali titulo rem à non domino nacti fuerimus, Publiciana nobis competet, puta ſi res à non domino ſit legata. *Uſill. n. 32. & ſeq. Mynſ. nu.31. Don.n.4.Harprecht.nu.9.* Diſſent. *Gomez. n.46.*

Q. Superveniens etiam mala fides Publicianam non impediet, cùm nec uſucapionem impediat, (*q. 1.*diſp. 9.th.*6.*) Negativè tamen argumentum ab uſucapione ad Publicianam non ſemper procedit.

l.12.§.2.l.15. D.h.t.Gomez. n. 11. & 41. *Vſill. nu. 64.*

B. Jd eſt ei, qui à non domino, quem dominum credebat, rem accepit, ex tit. ad transferendum dominium aliàs habili, puta ex emtione, donatione, dote, permutatione, legato, judicato, &c. *l.1. §. fin. cum ſeqq. D.h.tit.* Non igitur datur creditori, conductori, depoſitario. *l 13.§.1.D.h.t.Harprecht.n.* 4. Eſt igitur quaſi domin9 nihil aliud, quàm bonæfidei poſſeſſor, qui juſto ex titulo rem bonâ fide nactus eſt, qui dominus in legibus noſtris hinc inde nominatur. *l. 32. De uſucap. & ibi.Cujac l.84.de furt.* non immeritò: cùm bona fides tantundem poſſidenti præſtet, quantum veritas. *l. bona fides 136. de R. J.* & cùm bonæfidei poſſeſſor plus juris habeat, quàm fructuarius. *l. 25. §.1. de Vſur.*

Q. Neutiquam igitur mentitur intentans Publicianam.

I. Per d. l. bona fides de R. J.

II. Quoniam non dicit, ſe ſimpliciter uſucepiſſe, ſed quaſi uſucepiſſe.

III. Quoniam equidem dicit ſe quaſi uſucepiſſe, non totidem verbis, ſed in effectu.

IV. Quoniam *aliàs in jure fictio veritatem importat & pro veritate cenſetur l. 1. de adopt. l. cùm ex oratione, de Excuſ. tut. l. 6. §. 6. de precar. l. un.* C. *de rei uxor. act. 7.*

V. Quoniam *bonæfidei actor neminem fallit, ſed jus ſuum perſequitur. Non igitur mentitur, cùm mendacium ex dolo proficiſcatur ad alterum decipiendum. Dyn. nu. 7 Gomez. n. 33. Vſill. nu. 6. & ſeqq. Douell. n. 14. Mynſ. n. 13. Vult. n. 21. Oldend. claſſ. 3. act. 3.* Diſſent. *cum gl. & Placent. Specul. in tit. de cauſſ. poſſeſſ. in §. nunc dicendum in 1. colum. n. 21. & ſeq.*

Q. Quæritur hîc an vero quoque domino Publiciana competat? Neg.

I. Quoniam *ei ſatis proviſum per directam. l. 1. §. 1. h. t. quo caſu non ſolemus ad extraordinarium auxilium confugere. l. 16. de minoribus.*

II. Quoniam *remedia invicem pugnantia non poſſunt concurrere. l. contra. C. de inoff. teſt. At hæc, dominum eſſe, & non dominum eſſe, pugnant.*

III. Quoniam incertus fieret libellus.

IV. Per h. §. ubi publiciana conceditur ei, qui nec dum dominus eſt effectus: Ergo ſi eſt effectus, non conceditur.

V. Quoniam nullus in eam rem dari poteſt textus, at erubeſcimus ſine lege loqui. Nov. 18. c. 5. l. illam. C. de coll. Joan. Fab. n. 8. Vſill. n. 47. Dyn. n. 20. Harprecht. nu. 15. Vult. nu. 11. & ſeq. & 20. Diſſent. *Vltromontani. Petr. de Bella pertic. Jaſon. Zaſ. in §. ſediſtæ, Gomez. n. 36. Mynſ. in §. namq; n. 36. & ſeq. Oldendorp. in cl. 3. act. 3. Gail. 1. obſ. 26.*

Q. An autem is, qui à furioſo, quem ſanæ mentis eſſe credebat, emit, habeat Publicianam? Affirm. Si adverſus extraneum poſſeſſorem agere velit, *per l. 7. §. Marcellus. D. h. t.* non etiam ſi adverſus furioſum. *l. 2. §. 16. D. pro emtore. Donell. in §. namq; nu. 6. Harprecht. n. 4. Robertus 2. recept. lect. 10. & 2. animad. 27.* Diſſ. *in explicat. hujus rei* Cujac. *in d. l. 2. §. 16. pro emtore, ubi textum corrigit, & aliter obſerv. 29. & 2. notat. 27. Ciſner. ad l. 3. circa fin. de uſucap. ubi diſtinguunt inter æquitatem & ſummum jus.*

C. *d. §. namq; ſi cui.* Namque alia res eſt, ſi volens quis amiſerit, & ſi conſenſus intervenerit, licet coactus: nam metuens voluit, licet invitus. *l. ſi mulier §. ſi metu. fin. D. quod met. cauſſ. l. 22. de ritu nupt. l. 3. de R. J. Donell. n. 9. Oldendorp. claſſ. 3. act. 3. in ad fin. remed. circ fin.*

D. *Ar-*

D. argumento l. ſive autem. §. ſi duob. de Publiciana. Gomez. hic.n.13. Vſill.nu.21. Non igitur compêtet contra dominum.*l.pen.l.fin. de Publ. ab eo namq; qui ſuum recipit,nulla eſt repetitio. l.repetitio, de condic. indeb.niſi certis caſib. Dyn.n.17.& ſeq. Mynſ.n.34. Donell.num.15. Mayn.2.de act.2. Oldendorp. claſſ.3. Cujac.10. obſ.6.*

Q. An autem nunquam detur adverſus titulo Poſſidentem? puta. Emi rem à non domino, & uſucapere cœpi, poſtea poſſeſſionem perdidi; pervenit res ad Titium, â quo nactus eſt eam Sempronius: quæritur; an contra Sempronium Publiciana poſſim agere? Negant indiſtinctè Dd. Nos inter titulum oneroſum & lucrativum diſtinguimus.

I. Quoniam eam diſtinctionem æquitas ſuadet. Si enim titulus novi poſſeſſoris ſit lucrativus, veteris oneroſus, omninò publicianam veteri contra novum competere, putamus. Vetus enim certat de damno fugiendo; novus de lucro acquirendo. Illius igitur conditiones, quàm iſtius prævalent, argumento l. fin.C.de jur.Codicill.l. qui autem §.ſciendum.Quæ in fraudem Cred.l.8.de jur. & fact.ignor.Vſill. ad §.item ſi quis.nu.25.Vult. ad §.ſed iſtæ. nu.19.h.t.

II. Quoniam Publiciana competit adverſus ipſum dominum, ſi priùs ab eodem venditore nondum domino petitor acceperit. Ergò multò magis,

magis, ſi poſſeſſor à non domino acceperit. text. in l. ſi à Titio 72. de rei vindicat.

III. *Per d. l. ſive autem §. ſi duobus D. h. t Vult. & Uſill. ad d. §. Namq; nu. 23. & ſeqq. Mayn. 2. de act.* 2. Diſſent. *Zaſ. & DD. comm. ibid.*

Q. An verò Publiciana competat adverſus poſſidentem titulo pro herede? Nos diſtinguimus. Nam pro herede dupliciter quis poſſidet: aut enim vere heres eſt, aut heres reverâ non eſt. Ille cauſam & titulum habet, atq; ſic uſucapere poteſt. *l. 3. l. ult. D. pro hered.* Ergo & Publicianam intentare. Iſte titulo cauſsaq; deſtituitur, qualis eſt, adverſus quem agitur hereditatis petitione; atque ſic uſucapere nequit. *l. 1. C. pro hered.* Ergo nec publiciana uti. *Donell. 5. comm. 14. Oldendorp. cl. 3. act. 3.* Diſſ. *Jaſon. in §. actionum. n. 218. Inſtit. h. t. Vſill. hic nu. 24. & ſeqq. Schneidw. n. 32. Harprecht. n. 18. qui ſimpliciter affirmant.* Diſſ. *Gomez. in §. ſed iſtæ nu. 16. qui ſimpliciter negat.*

E. Quamvis enim res incorporales revera non tradantur, quaſi tamen traduntur, & patientia pro traditione eſt, uſus pro poſſeſſione. *d. l. 11. §. 1. D. h. t. l. fin. de ſervitut.*

F. Utpote furtiva, vel vi poſſeſſa. Nam hæ niſi vitium purgatum ſit, non capiuntur. *§. nam furtivæ Inſtit. de uſuc.*

Q. Num

Q. Num verò res vi poſſeſſas in poteſtatem domini rediiſſe neceſſum ſit, ad hoc ut uſucapiantur ? *Vid. 1. diſput. 9. th. 14.*

Q. De partu ancillæ furtivæ multum diſputatur, an publicianâ vindicari poſſit? Quæſtionis deciſio ex eo pendet, an poſſit uſucapi, ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem partus conceptus ſit & editus, aliàs non poſſit. *l. 11. §. 2. & ſeq. de Publician. l. 20. in fin. de uſucap. l. 48. §. 5. d. furt. Gœdd. ad l. 26. de V. S. Cujac. & Ciſner. in l. 4. §. 14. de Uſucap. Mayn. 2. de act. 3. Robert. 1. receptar. lect. 6.*

Q. De illo quæritur, ſi ſervus meus ancillam, quam ſurripuit, pro libertate ſua mihi dederit, an partum, apud me conceptum uſucapere, & ſic Publicianâ vindicare poſſim? Sabinus, Caſſius, Paulus & Ulpian. non putant. *in d. l. 4. §. de illo. ff. de uſucap. l. 2. §. etſi quod. §. ſi ſervus pro Emtore.* Julianus putat. *in l. 9. & 10. pro Emtore. Cujac. in d. l. 4. § de illo.* diſſenſionem ita conciliari putat. *ſi l. 4. §. de illo.* intelligamus in eo caſu, quando dominus alienam ancillam eſſe novit. *per §. 18. ejusdem L. 4.* Donell. 5, comm. 25. eundem §. eò reſtringit, ſi ſervus dederit ancillam nondum manumiſſus; utpote cùm hoc caſu non videatur emere: quod vero valde mihi ſit ſimile, quoniam *in l. 10. D. pro emtore* dicitur pro capite. Veriſſimum tamen eſt, quòd idem Donell. *d. l. & Gœdd. in*

d. l. 26.

d.l.26.n.10.ſeqq.de V.S. veriſſimè docent; diverſas olim ea de re fuiſſe ſectas, & Iulianum à Sabinianis diſſenſiſſe non quidem quòd fuerit Proculianus, ceu Donell. docuit, contra textum expreſſum. *in l.2.circ.fin.de O.J.* ſed quòd aliàs non infrequenter à Caſſianis ſeceſſionem ad Proculianos fecerit. *l.1.§.ſi coheredis 14. D.ad L.Falcid. Vide Ravard. ad l.84.§.1.de R.J. Mercer. in concil.pag.* 7. Neq; etiam quiſquam mirabitur horum, hoc diſſidium in Digeſtis relictum eſſe, contrà quàm Iuſtinianus de libris iſtis haberi voluit. *in l.1.§.4. & l.2.§.15. C.de vet.jur.enucl.* nam taciturnitati vel oblivioni tradier ingens illa & agitata maximè diſcordia neutiquam debuit, præſertim cùm & hujuſce fundamentum non omninò conſtaret, atque alias, an in fructu ſit partus ancillæ, principes civitatis aliquando diſſeruerint ac diſſenſerint, *ceu ex Cicerone Copus probat. lib.1.de fructib.tit.1.c.9.Vide Gilken.in §.item ſi quis à non domino c.3.Inſtit.de rer.div.* Et verò ſcimus, Iuſtinianum in conſtitutionibus ſuis, ceu in exordio facere conveniebat, perſuadere magis, ut ne ſtudio juris deterreantur, ſed potiùs alacriores reddãtur, & incitentur ad rationes Legũ inquirẽdũ, & alias cum alijs conciliandũ, ac æquitatem ipſam tandẽ

pref-

preſſiùs addiſcendum, commendavit nimirum opus; quod quale eſſet, apparebat, quæ res non obligavit fidem, nec poterat etiam intra quadriennium quo id perfecit, tale præſtare, quale ſe præſtare jactat. *Cujac. ſub nomine Mercatoris in not.ad animadver. Roberti l.1.cap.17.*aliàs dicamus etiam, ſi DIIS placet, nihil in eo opere eſſe ſimile, quod tamen æquè verum eſt. Nonne lex fin. *de re judic.*repetitur ordine vigeſimo quarto ſub tit. *de appellat.* Sed & ejuſdem Scævolæ lex bis ponitur ſub tit.de pign. *in l.11. & l.fin.* utrobiq; paucis immutatis. In Codice quoque reperias legem eandem Alexand. ſub *tit. de pactis l.11. & ſub tit. ſine cenſu l.* 1. quodq; magis mireris, lectione planê contrariâ. Et ne quis dicat unam eandemq; ſententiam interdum ad diverſos juris articulos pertinere,ideoque neceſſariò ſæpius repetendam fuiſſe: age monſtremus ſub eodem titulo, ejuſdem Jureconſulti, eadem verba, ex eodem libro ſumta, bis poſita, *Nim. ſub titulo de re judicata legis ſextæ principium*; *& l.18.ſub eod.tit.*Eodem modo peccatum eſt.*in l.ſi conſtante.24.§.ſi vir. 4. & in. l. quod ſi vir. 62. D. ſolut.matrim.adde Muret.lib.ſing.obſ.jur.cap.4.* Taceo interim Juſtiniani reſtrictionem, ſecundùm quod POSSIBILE EST, *in d.l.1.§. 4. poſitam.*Taceo, quod omnium habere memoriam, & penitùs in nullo peccare, divinitatis

nitatis magis, quàm mortalitatis ſit. *d.l.2.§.14.de vet.jur.enucl.* Taceo, quòd in hoc caſu non utraque ſed altera ſaltem ſecta prævaluerit & obtinuerit. Utque vel hac vice ſatis ijs modo quodam faciam, qui nimis audacter, ne quid gravius dicam, ultra mentem Juſtiniani, ne in JurisConſultorum quidem centonibus contrarietatem relictam eſſe facillimè ſolent aſſerere, difficulter aut nunquam defenſuri: producam hic, ne forſan obliviſcar alibi, quam non ita pridem, nim. pridiè legens animadverti, ſatis arduam inter ætatis mediæ JCtos pugnam, non quæſtionem aliquam facti cujusdam, ſed prima juris noſtri principia cõcernentem. Paulus ait, *in l.14. de legibus in l. 141. De Regulis Juris.* Quod contra rationem Juris communis receptum eſt, id Jus eſt ſingulare (l.16.eod.) id non eſt producendum ad conſequentias, id eſt, ad ſimilia: argumento. *l.12.& 13.eod.* cum Paulo conſentit African. *in l.34.mandati.verſ. id enim benignè receptum eſt.* Atqui diſſentit ab utroque JCtus eminens, Ulp. qui ſingularia circa pecuniam creditam in duabus perſonis recepta, in una quoque perſona docet eſſe recipienda. *l.15.de rebus credit. & l.11.eod.* Quidnam hoc aliud, quam quod contra rationem juris receptum eſt, ad conſequentiam producere? Conteſtantur id etiam alij, Paulum & Ulpianum

T

num diverſarum ſcholarum auctores plerumque fuiſſe ſecutos. *H.Heydecc.in l. 5. de præſcr.verb.lib.27 Cujac.in notis ad animadv. Roberti lib.1.cap.17. pag. (mihi) 444. Alberic. Gentil.lib.5.de Nupt.cap. 10. pag. 539. ubi dicit quod Paulo ſolenne ſit diſſentire ab Ulpiano.* Sed in his forſan immoror longiùs, & diſputationis limites ac terminos excedo. Quapropter veniam precor, pedem hic ſiſto, & iſtuc ulteriùs inquiro; quænam, an Sabinianorum, aut Juliani prævaluerit ac obtinuerit opinio. Quamvis autem Nicol. Ciſnerus *in d.l.4 §.16 de Uſucap.num.3. & ſeq.* Juliani præferat, & anteponat opinionem; nobis tamen Sabini reliquorumq; ſequacium magis arridet & probatur ſententia: tùm quod Paulus & Ulpianus poſt Julianum vixerint, atque Sabinianorum ſententiam probaverint: tùm quòd rationem habeant æquiſſimam, nimirum, quia poſſeſſio quam dominus viciosè nactus eſt, domino nocet: tum quòd Juliani ratio ſit ſophiſtica: ſi namque propterea liceret uſucapere, quia precium abeſſet, idem obtineret in ancilla; & qualibet re furtivâ, vel mala fide emtâ, ceu docet Goedd.*in d.l.26.n.11.de V.S.*

Q. Sanè in fœtu pecudum aliud eſt, nam is ad bonæ fidei poſſeſſorem pertinet, ſi apud eum naſcatur, licet apud furem ſit conceptus.

l.4.§.

l.4.§.lana, de uſucap l.25.l.in pecudum. de uſur d.l.qui vas 48.§.ex furtivis, de furt. Gœd. *in d.l.26 num.12.de V.S. Cujac.5.obſerv.20.* Diſſent. *Robert.2.lect.6.& 1.anim.12.*

G. Ut ſunt res ſacræ, religioſæ, ut liber homo. *§.aliquando. Inſtit.de uſucap.l.9.ff. eod. l.30.§.1.de acquir poſſeſſ.l.fin.C.de præſc.quæ pro libertis.l.6.C. de ingen.l.21. C. de evictionibus.*

H. Ut ſunt res pupillares *l.10.ff. quemadmodum ſervit.amittatur.l.ult.de uſucap. pro Emto. l.30.C.de præſcript.30.annor.* res dotales *l.4.l.16. de fundo dotali.l.3.C.de præſcript.long.temp.Cujac.14.obſerv.9.& ſimiles.*

Thesis V.

Reſciſſoria A. competit priſtino rei domino B. adverſus eum, qui poſsidet. C. Petit autem ſibi rem reſtitui, D. ob id, quod ſua ſit, & poſſeſſor nondum uſuceperit. E.

A. Ita nominata *in l.ab hoſtibus captis.18.C. de poſtlim.reverſ.l.nec non 28 in fin.D.ex quibus cauſis major.l.24.C.de Rei vind.*

Q. Dicitur autem reſciſſoria, non quòd reſcindat uſucapionem, ſed per metonymiam, quod reſciſsionis illius quaſi effectus ſit, & reſciſsâ uſucapione detur.

§.rurſus.Inſt.h.t. ibi reſciſſa uſucapione, qui duo ablativi abſoluti in conditionem reſolvuntur. Gomez.n.8 l.35.De O.& A.

II. Per l.fin.C.quib.ex cauſſ.major. ubi dicitur hæc actio in integr.reſtitutis dari. Donell. *h.§.nu.12.Vult.n.8.* Diſſent. *Anton.Uſill.n.33. & ſeqq. Hotoman.num.3.Harprecht.num.7.Mayn.3.de Act.c.6.*

Q. Ut ſic duplex hic judicium appareat, reſcindens & reſciſſorium, quæ à ſe invicem non ſaltem ratione antecedentis & conſequentis, verùm etiam objecto diſcernuntur.

Dict.legib.& l.13.§.1.de minori.ibi.reſciſſa alienatione dato in rem judicio. Faber.*7. de erroribus pragmaticis.1.* Diſſen.*Cujac.7.obſerv.31. Giphan.de diſtribut.jur.th.124.* Semper enim per officium judicis, ſeu reſtitutionem in integrum priùs reſcindi debet uſucapio, antequam reſciſſoria intentetur. *arg l. quòd ſi minor.§.fin. de minorib.Gomez.in fin. Donell.n.5. & ſeq.Oldendorp.claſſ.6.act.7.q.Quid ſit & qualis actio reſciſſoria.* Diſſ.*Uſillus,& alij ſupra relati.* Dicitur & reſtitutoria, non quod ea ad rem reſtituendam agamus, ceu voluiſſe videtur Vult. (*nu.6.*) Sed quòd priſtina quaſi reſtituta nobis à Prætore ſit actio,

l.35.de O.& A.ibi.Sed cùm reſciſſa uſucapione redditur ſcil actio.argument.l.16.in fin.l. ult. in fin.D.Ad SC. Vellejanum. Donell. d. num.12.

Continet

Continet enim aliàs reſciſſoria plures modos ſeu ſpecies.

Q. An autem reſciſſoria ſit publicianæ ſpecies? Negam.

I. Quia nihil de ea re monuit hic Juſtinian. ſicut in §. præcedenti.

II. Quoniam ſemper vocatur reſciſſoria, nunquam Publiciana.

III. Quoniam in generali illo titulo de Publiciana in rem actione nihil de hac agitur. Donell. nu. 14. Diſſent. *Vult. 2. J. R. 23. nu. 9. & ad h. §. nu. 1. Hotom. in fin. Cujac. Borcholt. ibid.* Cæterum eſt hæc actio reſciſſoria prætoria. *h. §. in fin. & arg. §. Sed iſtæ, Inſtit. h. t. Criſpus Mont. in termin.* propterea quia non potuit jure civili actio in rem ei dari, qui dominus eſſe deſiit, à Prætore ex æquitate introducta. *Harprecht. hic num.* 15. Eſt autem hæc actio nonnunquam directa nonnunquam utilis. *Dyn. num. 22. Joan. Faber. Gomez in fin.* diciturque utilis. *in l. ult. C. ex quib. cauſſis major.* quatenus nim. opponitur directæ. *l. 18. C. de poſtlim. reverſ.* Eſt non in perſonam, ut quibusdam viſum eſt, *teſte Mayn. 2. de Act. 4.* Sed in rem *§. ſed iſtæ. juncto. h. §.* unde & peti dicitur. *h. § juncta. l. actio. de O. & A. l. pecuniæ. §. actionis. de V. S. Donell. nu. 9. Mayn. d. l. Dyn. num.* 18. Eſt ſtricti juris, *quoniam non continetur in §. actionum. Inſtit. de act. Criſp. Mont. in term.* Eſt rei perſecutoria, *quo-*

niam in rem. Criſp. Mont d.l. Denique eſt hæc actio ſecundum annum utilem, annua.

I. Per l.35. de O & A. ibi, ſed reſciſſa uſucapione redditur, nimirum actio reſciſſoria anno finitur, quia contra ius civile datur.

II. Per b. §. ibi, aunc intra annum reſciſſâ uſucapione eam petere; ubi verba illa, intra annum, non ad ablativos abſolutos, ſed ad verbum SUNT referenda ſunt, ceu patet ex antecedente ratione.

III. Per l.1. §.1. ibi, actionem intra annum.

IV. Per l.18. in fin. C. de poſtlim. reverſ. Harprecht. num.5. Diſſent. *Don. num. 7. & ſeq. Gomez. num.32.* Sane annus utilis reſtitutionis, ſeu reſcindentis judicij hodiè in quadriennium eſt redactus. *in l. fin. C. de temporal. in integr. reſtitut.*

B. Id eſt, ei, qui dominus antea fuit. *Harprecht. num.9. Vult. num.2. Donell. nu.* 1. Datur autem tàm abſenti contra præſentem, quàm præſenti contra abſentem, Cujac. *in tr.7. ad Afric. & 7. obſerv 31. Vult. num.9. Harprecht. num.10.* Diſſent. *Gomez. num.11.* Semper autem abſentia debet eſſe juſta. *l.1. l. ſed eſſe §. fin. D. ex quibus cauſſis major. l.18. de poſtlim. reverſ. Donell. n.2 & ſeq.*

Hodie tamen præſenti forſan non competet amplius hæc actio, cùm habeat paratiſſimum auxilium *l.2. C. de annali except. Vultej. in fin. Fab. hic. Mayn.2 de action.5.*

Q. An

Q. An autem detur hæc actio minoribus etiam? Affirm.

I. Per l.in cauſſa 13 §.1.de minoribus.

II. Argument.l.fin.C.de tempor. in integrum reſtitutionibus.

III. Propter identitatem rationis Gomez.in fin. Diſſ. *Jaſon. n.91.*

C. Aut dolo malo deſiit poſsidere. *Argum. l.Si fundus.§.in vindic.de pignorib.Donell. num. 10.Harprecht n.9.* item adverſus ſucceſſores ſive univerſales, ſive ſingulares. *l. cùm miles in pr & §.1.Ex quibus cauſſis maior.l.in cauſſa. §.fin.de minor.Mayn.d.cap.5.* Non tamen adverſus eum, qui per 40.annos præſcripſit. *l. fin.C.de fundo patrimoniali.lib.11.l.3.C.de præſcript.30.vel.40.annorum,Gomez.num.11.& ſeq. Cujac.cap.3.de præſcript.*

*D.h.§.l.18.C.de poſtl.m.rever.*unà cum fructibus, cùm idem exitus huius actionis ſit, idemque judicis officium, quod in directa civili actione. *Donell.n.11.*

E.d.§.rurſus,cum uſucapio jure prætorio reſciſſa ſit.Donell.num.9.

THESIS VI.

Hypothecaria de Prætorio pignore A, competit creditoribus, prætorium pignus habentibus, B. adverſus omnem poſſeſſorem, C. Petitur autem prætorium

 pignus

pignus quaſi nunquam ſit alij traditum, & ob id in bonis debitoris manſerit. D.

A *Quæ tractatur in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de Act. & l. fin. C. de prætorio pignore.*

Q. Etſi namque Dd. quos nobis ultra ſeptendecim videre licuit, tàm noviores, quàm vetuſtiores, uno Doctore doctoreque noſtro Donello, excepto, communi ſtylo, ſcribant omnes, in d. §. item ſi quis. Paulianam actionem proponi, certiſſimum tamen eſt, non poſſe Paulianam in eo §. defendi, quod Donellus tribus his eruditiſſimis rationibus convincit.

I. Ratio. Traditur hic actio in rem, §. ſed iſtæ. juncto §. in perſonam. Inſtit. h. t. Theoph. hic. At Pauliana non eſt in rem. Non igitur hic traditur Pauliana. Aſſumtio probatur his tribus argumẽtis 1. argumentũ pro probatione aſſumtionis. Pauliana non ſemper datur in poſſeſſorem, nimirum ſi ex cauſſa onerosa quis poſſideat, aut fraudis non ſit particeps. l. 1. §. ait. l. is, qui à debitore. D. Quæ in fraud. credit. l. pen. C. de revoc. iis, quæ in fraud. creditor. at actio in rem ſemper datur in poſſeſſorem. l. actionum. de O. & A. l. qui petitorio. de rei vindic. l. ſi fundus. §. in vindicatione. de pignoribus. l. 2. C. ſi un. ex plur. hered. deb. 2. arg. pro probatione aſſumtionis. Actio in rem nõ datur in heredes, niſi poſſideant. l. ſi in rem. 51. de rei vindic.

At Pau-

At Pauliana datur in hered. d. l. ait. in fin. Quæ in fraud. Creditor. 3. Si Pauliana eſt in perſonam, non eſt in rem. arg. §. 1. Inſtit. h. t. l. actionum. de O. & A. At eſt in perſonam l. videamus. 38. §. in Fabiana de Vſu. ubi non ſaltem recenſetur inter actiones perſonales, ſed & conjungitur cum Fabiana, quæ ſine dubio in perſonam eſt. l. 1. §. hac actio. ſi quid in fraudem patroni.

II. Ratio. In Pauliana ſemper requiritur fraudis in accipiente participatio ſeu conſcientia, niſi cauſſa ſit lucrativa. l. 1. l. ait Prætor. in princ. & §. 1. Quæ in fraud. creditor. At in §. item ſi quis, ea non requiritur. Non tractatur igitur ibi Pauliana.

III. Ratio. Pauliana non requirit, ut bona ſint à creditorib. poſſeſſa. l. ſi quis cum l. omnes. §. 1. Quæ in fraud. creditor. At in h. §. requiritur, ut bona ſint poſſeſſa à creditoribus ex ſententia præſidis. Ergò non proponitur in h. §. Pauliana. Et quod Pauliana ſit actio in perſonam defendit. A. Matth. Eſt autem hæc actio Prætoria *per h. §. & l. 17. §. 2. de pactis. l. 26. de pignorat. act.* Eſt in rem, *arg. l. pignoris. de pignor. l. pignoris. C. eod. Donell. num. 11. Neguzan. de pign. membr. 2. 3. p. n. 8.* Durat autem tamdiu, quamdiu pignus conſtat, quod non priùs diſſolvetur, quàm creditoribus ſatisfactum fuerit. *Donell. n. 13.*

B. Don. n. 10. Eſt autem prætorium pignus, quod à judicibus datur. *l. 2. C. de Prætorio pignore.*

Q. Atque conſtituitur vel ex cauſſa miſſionis in poſſeſſionem, vel ex cauſſa judicati: Nam & judiciale pignus prætorium eſſe, verius eſt.

I. Quoniam prætorium pignus eſt, quod à judicibus datur. d. l. 2. At pignus ex cauſſa judicati conſtituitur à judicibus. l. 1. C. ſi in cauſſa judicat. l. à Divo. in pr. de re judicat.

II. Quoniam Prætor hinc inde ſumitur in jure pro Magiſtratu. vide diſp. 1 lib. 2. lit. D. circa finem. Donell. c. 5. de pignorib. & eod. tit. C. de Prætor. pigno. num. 3. & ſeqq. Diſſent. *Cujac. in parat. C. ſi in cauſſa judicati. & 5. obſerv. 30.*

C. cum ſit actio realis. arg. l. actionum. de O. & A. Donell. nu. 12.

D. h. §. noſtro in fine.

THESIS ULT.

De pignore conventionali, A, datur Serviana, B, & quaſi Serviana. C. Serviana competit domino D, adverſus quemcunque colonum E, de rebus, quæ pignoris jure pro mercedibus, vel deterioratione fundi ſibi tenentur. F.

Q. Serviana competit creditori G, adverſus omnem, qui pignus poſſidet, H. Perſequitur autem res debitoris expreſsè vel tacitè hypothecatas, I.

A. I.

A. Id eſt, quod ex conventionibus & pactis hominum naſcitur. *l.2. C. de prætor. pignor* Perficitur enim hoc pignus nuda conventione, citra traditionem. *l.4. de pignor. l.1. in pr. de pignorat. action.*

B. Quæ à Servio Prætore ſic nominatur, non à ſervando.

I. Quoniam pleraq; actiones nominantur ab authore ſuo.

II. Quoniam omnes actiones nobis ſervant, quod debetur.

III. Quoniam aliàs ſervatoria diceretur, non Serviana. Mynſ in § Item Serviana. n.10. Plat. n.1. Vult. num.3. & 2. J.R. 23. nu.24. Diſſ. *cum gl. Dyn. num.13. Zaſ. nu.4. Fab. nu. 13.*

C. Quæ ſerviana utilis dicitur. *l.1. C. de precar. l.1. C. commun. de legat.* quandoque ſimpliciter Serviana. *l.3. in pr. l.7. l.10. de pignorib. & hypothec. l.4 in princ. Quib. mod. pignor. diſſolv.* frequentiùs hypothecaria. *d. l. 1. C. communia de legat. l.13. §. pen. Ad SC. Velleian.* interdum abuſivè pignoraticia. *l.7. §. 12. D. commun. divid. l.3. §.3. D. Ad exhibendum.*

D. Locatori vel alij, qui hac in parte jus domini habent. *l. res pignoris. de acquir. poſſeſſ. l.1. in quib cauſſ. pign. l. interdum. & l. ſeq. Qui potior. in pign. l. 1. §. & ubi pleniùs C. de rei uxor. act.*

E. Imò

E. Imò adverſus quemcunque poſſeſſorem: cùm ſit realis. *l. ſi fundus, §. in vindicatione. De pign. l. 2. ſi un. ex plur. hered. creditor.*

Q. An etiam competat adverſus partiarium colonum? Affirm.

I. Quia verbum colonus eſt generale, continens etiam partiarium.

II. Per l. pretij cauſſa C. de reſc. vendit.

III. Quoniam partiarius eſt ſimilis conductori. Vſillus num. 33. Gomez. nu. 9. Mynſ. nu. 8. Alexand. conſ. 32. Diſſent. *cum Nicol. de Neap. DD. comm.*

Q. An adverſus minorem, qui in prædium urbanum conductum intulit? Affirmam.

I. Quoniam nullus textus datur, ubi res minorum illatæ in prædium urbanum à communi regula ſeu obligatione taciti pignoris ſunt exceptæ.

II. Per l. 3. §. 1. ibi, quia non ex tutoris vel curatoris voluntate, de reb. eor. qui ſub tutela vel cura ſunt.

III. Per l. 46. de O. & A.

IV. Per l. 2. de reb. eor. qui ſub tut.

V. Quoniam multa tacitè permittuntur, quæ prohibentur expreſsè. l. filiusfam. §. veterani. de Procur. at. l. in modicis. de contrah. emt. l. 1. de auth. tut.

VI. Quo-

VI. Quoniam hypotheca tacita non ab homine, ſed à lege inducitur. Vſill. in §. item Serviana. nu. 36. Inſtit. de Act. Diſſent. *Coſtal. in l. 4. de pactis. Schneidw. in §. item Serviana. nu. 44. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. nu. 12.*

F. Sive ſint res urbani prædij, ſive ruſtici. Nam utræque obſtringuntur. Res quidem ruſtici prædij, ſi expreſsè convenerit; cæteræ tacito pignore,

l. 4. in quib. cauſſ. tacit. pign. vel hypoth. l. item quia 4. (ubi diximus.) de pact. l. 5. l. fin. C. In quibus cauſ. tacit. pign. §. interdictum. Inſtit. de interd. Ratio quoniam ruſtici plerunque ſolent invehere inſtrumenta ad agri culturam pertinentia, quæ ſunt privilegiata. l. 1. C. de agric. lib. 11. alia, quoniam ipſi fructus in fundo creſcentes, ſubjacent tacitæ hypothecæ. l. 7. in quibus cauſſ. pign. l. 3. C. eod. l. 6. §. locavi de furt. &c. Coraſ. Harprecht. hic. n. 3. & ſeqq. Donell. in tr. de pignor. c. 3. Hotom. Duaren. & alij Neotheric. plerique Bronch. cent. 1. aſſ. 97. Diſſent. *Dd. comm. in h. §. Neguzant. de pignorib. p. 2. membr. 4. num. 147.*

G. Et omni jus pignoris habenti. *Vult. n. 7. R. 23. in fine.*

H. *Donell. d. n. 1.*

I. *l. 1. C. commun. de legat. Vultei. Weſenb. n. 1.*

DISPU-

ubi de poſſ. agi oport. Verùm illud criminale judicium cum hoc poſſeſſorio nihil habet commune. *l. ſi quis* 7. C *ad L. Jul. de vi. l.* 4. *C. unde vi. Cujac. 5. obſerv. 15.* Sed & interdicta publica cùm non tàm poſſeſſionem reſpiciant; quàm uſum rei, ſimiliter hic præterimus.

THESIS I.

Interdicta A, ſunt prætoriæ B, in rem C. actiones, D, de poſſeſſione, E, vel adipiſcendâ, vel retinendâ, vel recuperanda, F.

A. Quia inter duos dicuntur, ideò ſic dicta, *ceu habet Juſtin. in §. 1. in fin. Inſtit. de Interd.* Quam notationem licèt rideant aliqui, eſt tamen rei, de quâ agitur, explicandæ non inconveniens. Hoc enim etiam modo diſcernuntur ab Edicto; cùm Edictum ad omnes pertineat. Interdictum ſaltem ad eos, inter quos agitur. Nam olim interdictum Prætoris quoddam decretum erat, *§. ſunt autem. Inſtit. de Interd. l. 1. de tab. exhib.* Atque pars edicti Prætorij. *l. 1. de Interdict.* Concipiebantur autem nimis generaliter, quaſi edictum eſſent; Exempli loco: In loco ſacro facere, inve eum quid immittere veto. *l. 1. Ne quid in loc. ſacr. l. 1. Ne quid in flum. publ.* nihilominùs tamen in effectu erant perſonalia. *l. 1. §. pen. de interdict.*

& ſal-

apud judicem. Vult. in J. R. lib. 2 cap. 21. nu. 10. & *ad l. un. C. ubi de hered. agi oport. num.* 17. *contra Duaren. 1. diſput. 19. Et in interdictis duo interdicere dicuntur, actor qui ad interdictum vocat; & prætor qui interdictum reddit. At in alijs actionibus prætor non agit, ſed actor tantum. Scip. Gentil. in lib. ſing. orig. pag. 369.* Diſſent. *Donell. in Rubr. C. de Interdict. num. 3* Diſſent. *Aliter Cujac. in Parat. C. de Interdict. Alciat. in l. 178. §. actionis. de V. S. & 3. parerg. 15. aliter Hotom. in princ. h. t. Weſenb. in Parat. hic. num. 3. Coraſ. in l. quotiens via. ff. de Servit. num. 2. & ad l. naturaliter. §. nihil tàm. num. 19. & ſeq. de acquir. poſſeſſ.*

Cæterùm, interdicta nominat Cujacius etiam momenta, item, momentarias poſſeſſiones, item, momenti beneficium *in Parat. C. de Interdict. & 1. obſerv. 20* Sed erroneè: dum has ſpecies confundit, quæ in rei veritate plurimùm diſcrepant. Nam interdum eſt actio, per quam poſſeſſionem momentariam acquirimus; Momentaria poſſeſſio, cùm de ſola poſſeſſione vel adhuc lis eſt, vel interdicto quodam eſt obtenta. Momentum eſt tempus illud, quo ea poſſeſſio ita habetur. Momenti beneficium eſt commodum poſſeſſionis, quo poſſeſſor univerſo momenti tempore fruitur, tam quoad fructus, quàm quoad immunitatem ab onere probandi. *Eleganter Vultej ad tit. C. ubi de*

poſſeſſ.agi oport.num.27.& ſeqq.præſertim nu.36. Sanè dicitur momentum & momentanea poſſeſſio, quòd protinùs conſtituatur ſine ulla cunctatione, à temporis nimirum brevitate, juxta Cujac. *in parat.C. de Interd. & Gipban. de diſtrib.jur.Theſ.*123. vel, ut rectiùs cum communi Vultejus voluit.*d.tit.C.ubi de poſſ.ag.oport.num.9.* quatenus opponitur certæ & perpetuæ; & habetur ad momentum illud quoad de proprietate in petitorio cauſſa deciſa ſit. Interdicta namque non perpetuam cauſſam addicunt, ſed temporariam, quoad de proprietate judicatum ſit, ait ipſe Cujacius *in parat.C.de Interdict.per l.1.§.fin.de aq.cotid.& æſtiv.* & idem alibi poſſeſsio plerunq; momentaria, proprietatis jus perpetuarium. (*5.obſer.19.*) *Et eſt dicta momentanea poſſeſſio, quod quæcunque obtinetur poſſeſſorio judicio, ea momento tantum duret ei, qui eam abſtulit. Donell.15.comm.4.pag.12.* Illud apud pleroſque receptum eſt, ad recuperandæ poſſeſsionis interdicta potiſsimùm momentariam cauſſam ſpectaſſe. *Nam conſtitutiones, quæ de momento loquuntur, non de alia, quàm de recuperanda poſſeſſione debent intelligi. l.1.C.Theod.unde vi l.1.C.ſi per vim vel alio modo.l.fin.C.qui legit.in judic. ſtandi perſon. non hab.l.un.C.ubi de poſſeſſione.l.un.C.ſi de moment. poſſeſſ.fuer.appellat.l.8.C.unde vi. Unde Iſidorus definit momẽtum quod ſit celeris reformatio quæ*

dejecto

dejecto reſtituatur. Hodie ex conſuetudine ſummarium dicunt retinendæ quod extraordinario proceſſu petitur. Vult. ad d. l. un. C. ubi de poſſeſſ. n. 32. Quod autem olim etiam poſſeſſorum aliquod fuerit ſummarium ſive momentaneum, probat. l. 8. C. unde vi. l. 7. §. fin. de liberali cauſſa. l. properandum. 13. §. cenſemus. C. de judic. l. fin. C. qui legit. perſon. ſtandi in judic. c. cum veniſſet extr. de Inſtit. Donell. in l. 8. C. unde vi. Cujac. d. l. Vult. in d. l. un. n. 30. & ſeqq. Giphan. d. Th. 123.

Q. An autem Interdictum differat ab Edicto? Affirm.

I. Eſt enim Edictum lex Prætoris, atque ita jus Publicum §. Prætorum. Inſtit. de Jure N. G. & Civil. ad omnes pertinens. l. jura D. de LL. Interdictum verò ut actio; quæ Edicto proponitur, privatum jus eſt, & perſonale. l. 1. §. pen. de interd. pertinens ſaltem ad eos inter quos agitur, ut habuimus ſuprà.

II. Interdicta ſaltem ad momentum ſive Tempus dicebantur, ſalvo jure proprietatis; Edicta verò in albo juris ſtatuendi cauſſa proponebantur.

III. Quoniam ſicut jam actiones non ſunt edicta, ſed in edicto proponebantur; ita & interdicta. Coraſ in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poſſ. Donell. in Rubr. C. de Interd. num. 8. Cujac. 4. obſ. 17. Duar. 1. diſput. 9. Diſſent. *Jaſon. & Dd. in l. 1. de novi operis nunciat. & aliter Bartol. in l. 1. de tabul. exhib. atq; cum eo Robert. 3. ſent. 9.*

B. Quod ex ſingulis Edictorum ſpeciebus eluceſcit. *arg. l. 1. in pr. Quorum bonorum. Et poſſeſſionis cauſa nulla fuit jure civili prodita actio. L. 14. de precar. &c. Cujac. 5. obſ. 17. Petr. Plat. in Rubr. Inſt. de Interdict. n. 3.*

C. *Q. Nam non ſunt neq; ex obligatione, neq; ex poteſtate, ſed ex poſſeſſione; quæ ſicut dominium, ita pariter in re conſideratur: deinde formula ipſorum eſt in rem concepta.*

III. Quoniam vi & effectu ſunt perſonalia. d. l. §. pen. de Interd. Cauſâ igitur, & eſſentiâ erunt realia.

IV. Quoniam Interdicto, quorum bonorum, debitores hereditarii non tenentur, ſed tantùm bonorum poſſeſſores. l. 2. Quorum bonorum.

V. Quoniam omnis de poſſeſſione controverſia aut eò pertinet, ut quod non poſſidemus, nobis reſtituatur, aut ad hoc, ut retinere liceat nobis, quod poſſidemus l. 1. §. 4. uti poſſidetis. Coraſ. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ. nu. 12. Weſenb. in parat. h. t. n. 7. Vult. 2. J. R. 21. nu. 16. & 1. diſcept. 14. pag. 18. Zang. in tr. de except. p. 2. c. 1. nu. 109. Diſſent. *Do. comm. Hotom. in pr. Inſt. h. t. Enunc. 2. Coraſ. 1. Miſc. 22. & præſertim.* Do*nell. in Rubr. C. h. t. n. 7. & 15. comm. 31. &c. & 21. comm. 2. Niell. diſput. 9. feud. th. 3.* Gothofr. *in l. 1. §. pen. de interdict.*

D. Q. Quòd ſint actiones, probatur. *Per l. actionis de O. & A. l. 3. §. 1. § condemnatio. §. fin. de tab. exhibend. l. 3. de mortuo inferendo. l. ob . . l.*

§. fin.

§ fin. ad l. Aquil. Cicero pro Cecinna. ubi recuperatores à prætore dati de dejectione & poſſeſſione ejusq; cauſa vel juſta vel injuſta cognoſcebant. leg. is qui 2. § ſi fundus. D. Quod vi aut clam. ubi quod ab initio nominatur interdictum paulò pòſt actio dicitur, & judicium. Et hinc promiſcua eſt in jure Interdictorum & actionum extraordinariarum appellatio. Rubr. de Interdict. ſive extraordin. act. idq; innuit. t. t. C. ubi de poſſ. agi oporteat. Donell. in d. rubr, C. de Interdict. num. 4. Cujac. 5. obſ. 17. Hotom. in princ. Inſtit. h. t. enunc. 2. Quibus autem modis alias ab aliis actionibus Interdictum differat, vide Cujacium. *d. obſerv. 17. & in Parat. C. eod. Vult. in d. pr. nu. 24. adde eundem ad l. un. C. ubi de hered. ag. oport. n. 17. pag. 41. & ſeq.*

E. *Pr. inſt. de interdict.* vel quaſi poſſeſſione, nimirum earum rerum, quæ non poſſunt poſſideri. *l. qui univerſas § 1. de acq. poſſ.* item incorporalium *l. Servi. §. incorporales, de acquir. rer. dom. l. ii. de publ. in rem act. l. fin. de ſerv.* Interdicta igitur poſſeſſioni cauſſam continent, non etiam proprietatis. Quædam quidem Interdicta rei perſecutionem continent. *l. 2. §. 2. de interdict.* ſed ſunt ea pauca, atque ferè de rebus publicis, pauciſſima de rebus privatis. Et ſunt ea Interdicta nihilominùs de poſſeſſione & uſu rei tuendo principaliter, per conſequentiam adjunctam habent proprietatis cauſſam, dum pla-

Digitized by Google

cet eum vincere in hoc uſu, qui jus, de cujus uſu quæritur, ad ſe pertinere oſtenderit. *l.3. §.ait.§.hoc autem de itin.actuq; privat. Donell. ad Rubr.*C.*de Interdict.nu.4.* Annotavit autem hæc Interdicta quatuor. *Cujac.in Parat. C.de Interdict.& Vult.in d.princ.n.43.*

Q. An verò quintum addi debeat de arboribus cædendis? Negam.

*Quia in eo non quæritur de jure dominii, ſed de poſſeßione tantùm .Cujac.& Vult.dd.loc.*Diſſen. *Accurſ.in d.l.2.§.2.de Interdict.Eguin.* Baro. *in manual.ad h.tit.pag.675.* Hoc horum proprium eſt, quòd totam litem finiant, nec alteri præſtituant viam. *l.1.§.fin.de aq.cotid.& æſtiv. l.3.§.hoc autem.de itin.actuq; priv.* cùm reliqua, quæ de ſola poſſeſsione ſunt, magis ſint præparatoria, *l.fin.C.Quorum bonor.l. ordinarii C.de Rei vindicat.Cujac. 5. obſ.19.*

Q. An in præſtationibus perſonalibus locum habeat poſſeſſorium? Neg.

I. Quoniam id nusquam in jure cautum eſt.

II. Quoniam in perſonalibus non habet locum petitorium.§.ſic itaq;.Inſtit.de Act.Ergo nec poſſeſſorium; cum ſint correlativa.

III. Per l.fin.D.Quorum bonorum, Coraſ. in d.l.naturaliter.§.nihil.de acquir.poſſeſſ. num. 14. pag.936.Menochr.de recup.poſſ.remed.1. num. 88. Diſſent.*Canoniſtæ comm. in c. querelam. de Elect.*

F. l.2.

F. l. 2. §. Hac autem 3. de Interdict. § ſequẽs. de Interd.

Q. Quartam enim ſpeciem conſervandæ poſſeſsionis non agnoſcimus.

I. Quoniam Imp. & JC. quartam ſpeciem non agnoverunt.

II. Quoniam illud idem eſt cum retinendæ poſſeßionis Interdicto: conſervat enim qui retinet. l. 72. de procurat. Menoch de retinen. poſſ. in prelud. nu. 12. Rom. & Alexand. in l. 1. C. de Carbon. Edict. Diſſ. *Bald. in c. 1. in fin. de prohib. feudi alienat. per Loth. Rip. & Bologn. in l. naturaliter. §. nihil commune de acquir. poſſ.* Diſſent. *aliter Coraſ. in d. §. nihil commune. num. 13. & in alt. explicat. num. 2.* Cæterùm horum Interdictorum quædam ſunt ſimplicia, quædam duplicia *l. 2. in pr. de Interdict.* Simplicia, in quibus patet, quis actor ſit: Duplicia, in quibus uterque, tàm rei, quàm actoris partes ſuſtinet. *l. ſi duo §. 1. uti poßid. §. tertia. 7. Inſtit. de Interd. Cujac. 4. obſ. 11.*

Sunt autem duplicia prohibitorum interdictorum aliqua, nimirum ea, quæ ſunt retinendæ poſſeſsionis, ut Uti poſsidetis, & Utrubi. Simplicia verò ſunt naturâ, & origine ſuà, cætera prohibitoria, & omnia reſtitutoria aut exhibitoria. *d. §. Tertia 7. Inſt. de Interd.* Poſſunt tamen hæc ſimplicia nonnunquã fieri duplicia, ſi forſan talis caſus cõtingat, ut in reddendo Interdicto reus ab actore

diſcerni nequeat. *arg.l.1 §.1. de Salvian. Interd.l.3.§.cum igitur.de vi & vi arma.* atque hoc eſt, quod rectè Paulus ait, Interdicta duplicia eſſe tàm recuperandæ, quàm adipiſcendæ poſſeſſionis.*l.2 in fin.de Interdict. Ant Fab. 4.conject.18.*

Q. Quis autem in hoc caſu habebitur pro actore? Quæſtio valde dubia eſt: putamus tamen, eum, qui primò provocavit, habendum pro actore. *arg.l.in tribus 23.& ſeq.l.qui prior 29.De Judic.l.6.§.ſciendum.l.24. Quæ in fraud.cred.* non in poſſeſſorio principali, neque quo ad merita cauſſæ, ſed in poſſeſſorio ſaltem, quod dicunt Dd.ſummariſsimo, quo inſpicitur ſtatus ille rei, qui eſt tempore motæ controverſiæ; nimirum, ut judicium deinde faciliùs poſſit ordinari. *Vide Vultej.in d.§.7.num.3.& ſeqq. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed 3.q.87.* Cæterùm hæc ita: non tamen omninò diſplicet, quod Accurſius putavit, eam Pauli (in d.l,2.in fin.) ſententiam eſſe, ut interdicta quædam ideo duplicia dicantur: quòd ſint tàm adipiſcendæ, quàm recuperandæ poſſeſſionis.

Q. Etſi namque hoc nimis evidenter abſurdum & ridiculum eſſe putet Faber d. loc; & Cujac.d.loco in tantum elevet, ut omninò ἀπιςὸς haberi velit, ſi textu juris in hac quæſtione vincatur. (Huc pertineat fortaſſe an, quod ex Weſenb.refert Vulteius *ad t.*

C.*ubi*

C. *ubi in rem actio. nu. 20.* Cujacium ſæpe multa dicere ſed non probare.) dicere tamen auſim, ſed cum tantorum virorum bonâ veniâ, nimis audacter, & confidenter ab ipſis illud eſſe prolatum. Atque hujus aſſertionis meæ hæc habeo fundamenta. I. rationem contextus. Cùm enim in d. §. fin. l. 2. Paulus Interdicta ad rem familiarem pertinentia triplicia conſtituiſſet, nimirum adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, atque ſingula, productis exemplis, explicaſſet, ſubjicit tandem in eodem §. Sunt etiam Interdicta duplicia tàm recuperandæ, quàm adipiſcendæ poſſeſſionis, quaſi diceret, quædam interdicta etiam mixtam naturam habent, tàm adipiſcendæ, quàm recuperandæ poſſeſſionis. Neque contrariatur tam vehementer illa particula, *Vt diximus.* Nam dixerat ſupra, duplicia quædam eſſe interdicta, idem hîc repetit; neque tamen propterea dicit, utrobique eodem modo eſſe duplicia. Sic & judicia diviſoria dicuntur duplicia duobus modis, partim, quia in ijs uterque tàm actoris, quàm rei vices ſuſtinet. *l. 10. fin. reg. c. 3. extr. de probat. l. 2. §. 3. l. 44. §. 4. Famil. herciſc.* partim etiam, quia tàm in perſonam, quàm in rem concipiuntur. *§. 20. Inſt. de act.* Neque verò plus efficit, quod adipiſci & recuperare ſibi invicem adverſentur: cùm adipiſcamur, quod antea

non habuimus, recuperemus, quod antea habuimus. Plura ſiquidem talia, quæ multò videntur abſurdiora, re tamen ipſa neutiquam ſunt abſurda, jus noſtrum habet & cōtinet: Puta, quando is, qui agit de ingenuitate, non videtur renunciaſſe libertinitati. *l. pen. Cod. de ingen. manum.* Item quando qui negavit, exceptione poſtmodum uti non prohibetur. (l. 42 de R. J.) item, quando qui rem vendicat, non videtur negaſſe poſſeſſionem. *l. 12. §. 1. de acquir. poſſeſſ. & c. de quibus ipſe Cujac. 25. obſerv. 34. in fin.* Ea quoque Pauli ſententia neutiquam eſt, quaſi unâ vice, & in uno caſu poſſit & adipiſcendæ & recuperandæ poſſesſionis interdicto ſimul quis experiri: ſed hoc vult: eſſe quædam Interdicta duplicia, tàm recuperandæ, quàm adipiſcendæ poſſeſſionis, id eſt, eſſe quædam interdicta ita comparata, ut ijs vel ad adipiſcendam poſſeſſionem agere poſſimus, vel ad recuperandam. Alterum argumentum aſſertionis noſtræ in eo erit, ut exemplum Juris ſeu textus Cujacio producatur. Nam hoc à nobis ipſe vehementiſſimè deſiderat. Scio in eam rem ab Accurſio allegatam eſſe. *l. 1. l. 3. ne vis fiat. l. 1. §. vi poſſidere 28. de vi & vi armat.* Verùm aliis miſſis, ne commētarios magis, quàm theſes proponere videar, allegatā ſaltē l. 1. Ne vis fiat, inducam, & ad hoc propoſitum accommodabo. Et pri-

mò

mò conſtat, Interdictum, Ne vis fiat ei,&c, adipiſcendæ poſſeſſionis eſſe: quod & dudum Donell. Doctor noſter animadvertit. 15. *comm. 36. Id probatur ex §. 1. d. l. 1. ibi. & prohibentes venire in poſſeſſionem coërceret. & §. 3. ibi. Hæc actio non tantum eum tenet qui prohibuit quem venire in poſſeſſionem, &c.* Ex quibus colligitur, Interdictum, Ne vis fiat, dari adverſus eum, qui prohibet venire in poſſesſionem, Ad quid igitur? nimirum, ut Actor veniat in poſſesſionem, (l. 3. eod.) Quidnam autem, ò verum Juriſprudentiæ decus Cujaci, differunt hæc, venire in poſſesſionem, & adipiſci poſſesſionem? (*Aliud eſt quidem poßidere, longe aliud in poſſeſſionem eſſe. l. ſi quis 19. §. 1. De acquir. poſſeß. l. 14. de probat. l. 15. eod. quemadmodum & longè diverſum eſt ſervum fuiſſe, atq; in ſervitute fuisſe. l. 27. §. 8. ad l. Jul. de adult. l. 18. de noxalib. act. l. 24. §. 1. De uſufr. leg. Donell. 2. comm. 11. Cujac. 26. obſ. 2. Pyth. in collat. leg. Moſaic. & civ. t. 2. pag. 77. Coraſ. in l. 21. de ſtatu hom. Vſurpantur tamen plerunque indiſtinctè, ut dicamus aliquem ædes poßidere, vel in earum poſſeſſione eſſe. Petr. Frider. de poſſeß. c. 1. num. 14. Vide omninò pro meâ opinione Donell. ad l. 3. C. de pignorib. nu. 5. per l. 3. in pr. de acquir. poſſeß.*) Quod idem interdictum, Ne vis fiat, ſit recuperandæ poſſesſionis, probatur ex rubrica tit. & natura hujus interdicti *præſertim verò ex d. §. l. 1. ibi. Sed etiam eum, à quo quis poſſeſſione pulſus eſt*

(*ita*

A. Quod eſt univerſale, *l. 1. in pr. D. quorum bonor. Menoch. 1. adipiſc. nu. 8.* Sic dictum à primis edicti verbis. *Alciat. 2. parerg. 50.* Competit autem directo bonorum poſſeſſori, cui cum effectu, id eſt, juſtâ ex cauſâ bonorum poſſeſſio data eſt. *l. 1. & 2. C. h. t. l. fin. C. qui admitti ad bon. poſſ. Menoch. 1. adip. n. 9. Don. ad Rubr. C. h. t. nu. 4.* Utiliter cuilibet heredi. *d. l. 1. l. 2. C. h. t. Menoch. 1. adip. num. 31.* Diſſent. *Donell. in Rubr. C. h. t. nu. 3.* Diſſent. *aliter Petr. Cyn. & alij ibid.* Datur adverſus quemvis; qui pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet. *d. l. 2. C. h. t. l. 1. D. h. t. l. 11. & ſeq. de petit. hered. §. adipiſcendæ. Inſtit. de Interdict. Donell. in d. Rubr. nu. 8. Menoch. nu. 49.* vel ſi dolo fecerit, quò minùs poſſideat. *d. l. 1. D. h. t. l. 76. l. 65. de rei vendicat. l. qui dolo. 131. l. parem. 150. de R. J. Menoch. d. remed. 1. nu. 63. Donell. d. loco nu. 12.* Petitur autem res hereditaria ab alio poſſeſſa reſtitui. *l. fin. C. h. t. l. verbum reddendi. de V. S. §. 1. Inſtit. d. interd.*

Q. An etiam incorporalis? Affirmatur.

Nam poſſeſſores prædiorum debentium ſervitutes ſunt corporum poſſeſſores. l. 1. §. & generaliter. cum ſeq. de vi & vi armat. Ripa in l. 2. n. 2. D. Quorum bonorum. Menoch. de remed. 1. nu. 83. l. 1. Bart. in l. 2. D. h. tit. Cujac. in lib. 20. Pauli ad Edictum. in fin. pag. 306. De hoc interdicto

dicto qui plura velit, legat Achillem Perſon. in lib. de adipiſc. poſſ. Petr. Frider. Mind. lib. 2. de mandat. 6. num. 4. ubi tractat, an in interdicto, Quorum bonorum, mandatum ſine clauſula decerni poſſit.

B. Eſt & ipſum dictum ex initio interdicti. *Donell. in Rubr. C. n. 1.* Datur autem cuivis heredi tàm teſtamentario, quàm ab inteſtato: tàm civili, quàm prætorio, id eſt, bonorum poſſesſori, eorumque etiam heredibus. *l. 1. in pr. & §. 1. Quod legat. l. un. C. eod. Donell. d. loco. n. 1. Menoch. remed. adip. 2. nu. 11. & ſeqq. Weſ. in Parat. num. 6.* Datur contra legatarium. *d. l. un. C. h. t. l. 1. §. 1. D. eod.* item fideicommiſſarium, Nam is multo magis rem de manu heredis accipit. *l. facta in pr. Ad Trebell. §. reſtituta. Inſtit. de fideicom. heredit.* Atque hoc eſt, quod dudum ante Juſtinianum rectè dixit Ulpian. Per omnia exæquata ſunt legata fideicommisſis; ſcilicet quoad interdictum, Quod legatorum. *Ravard. 3. var. 4. Cujac. 3. obſerv. 4.* Diſſ. *Coraſ. 5. Miſc. 7.* Robert. *2. ſent. 23 Donell. 8. comm. 2. Duar. 2. diſp. 9.* Petitur autem, ut, quod legatorum nomine propria quis autoritate occupaverit, reſtituat. *l. 1. §. 2. D. h. t. l. 1. C. ne quis in ſua cauſſa.* in id nimirum, ut heres recuperata rerum legatarum poſſesſione, quartam ex Lege Falcidiâ retineat.

Q. Unde patet, Falcidiæ duntaxat retinendæ cauſſa hoc interdictum dari, non etiam

iam ſi ea vel vindicari poſſit, vel omnino nequeat detrahi *Vide l. 26. ff. ad Leg. Falcid. l. 1. §. ſi legatarius. 11. ff. eod. l. heres 21. ff. ad SC. Treb.*

I. Quoniam hoc caſu rerum legatarum legatarius eſt dominus. l. 1. §. 1. D. h. t.

II. Q*uoniam legatarius habet action. in rem. l. in rem de rei vindicat. multò magis igitur habet. retentionem. l. invitus §. 1. de R. J.*

III. Q*uoniam omnis actio, etiam hoc interdictum, datur ad intereſſe. l. fin. §. ex hoc. D. hoc. tit. At ſi Falcidia nequit detrahi, nihil intereſt heredis.*

IV. Q*uoniam ob quartæ retentionem comparatum eſt hoc interdictum. l. un. C. h. t. l. 1. §. ſi quis ex mortis. D. eod. Don. in Rubr. C. h. t. n. 2. & ſeqq. Cujac. 8. obſerv. 2. Menoch. n. 7.* Diſſent. *Anton. Fab. 6. conject. 1. & 2.*

C. Quòd hoc interdictum ſit regulariter adipiſcendæ, probatum *fuit* in Th. præced. *Per l. 1. §. 1. & 3. §. Ne vis fiat ei. l. 3. §. credit. uti poſſidet. Donell. 15. com. 36.* Diſſent. *Menoch. remed. 1 retinend. poſſ. nu. 4. Oldendorp. claſſ. 2. act. 5.* Diſſ. *aliter Bart. Zaſ. in l. 1. & Gothofr. in Rubr. D. h. t.* Competit autem miſſo in poſſeſſionem. *l. 1. §. 2.* D. *h. t.* Quibus ex cauſis mittatur aliquis in poſſeſſionem, habetur. *in l. 1. D. quibus ex cauſſ. in poſſ. eat.* Datur adverſus quemvis, qui dolo malo prohibet, quò minus quis in poſſeſſionem bonorum veniat. *d. l. 1. §. hac actio.* Petitur igitur, ut in poſſeſſione quis poſſit eſſe. *l. 1. in pr. D. h. t.*

An au-

An autem ex hoc Interdicto Ne vis fiat, decernatur mandatum ſine clauſulâ. *Vid. Frider. Mindan 2. de mandat. 57. nu. 2.*

D. Hoc Interdictum licet ſit exhibitorium; vi tamen ipſa ſimul eſt reſtitutorium. *l. 3. §. 8. D. de tab. exhib. l. 1. §. 2. de lib. exhib.* Competit omnibus, qui quid in tabulis ſupremis, id eſt, in teſtamento vel codicillis adſcriptum habent, ſive ſint heredes, ſive legatarij vel fideicommiſſarij. *l. un. C. de tab. exhib. l. 3. §. 10. D. eod.* Datur adverſus eum, penes quem hæ tabulæ ſunt, ſi neget ſe habere, vel exhibere oportere, aut cujus dolo factum eſt, ut deſierint eſſe. *l. 1. §. 1. D. h. t. l. 2. in fin. Quemadmodum teſtam. aperi. l. 3. §. 6. D. h. t. Donell. ad rubr. C. h. t. nu. 6.* Datur ad id, ut reus tabulas exhibeat, hoc eſt, eas apud magiſtratum apprehendendi poteſtatem faciat. *l. 3. §. 7. cum ſeqq. D. hoc tit.* Pertinet veró hoc Interdictum ad omnem omninó ſcripturam tam perfectam, quâm imperfectam, nimirum eam, in quâ fil usfam. præteritus eſt. *l. 1. §. 5. D. h. t. arg. d. l. 1. §. 3. h. t. & l. ſi duob. §. ſi prius de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* Cæterùm, ſi teſtamentum non ſignatum fuerit, Interdictum de tabulis teſtamenti exhibendis, locum non habebit, *inquit Africanus in l. 6. in fin. de lege. Corn. de falſ. Cujac in tr. 3 ad African. Adde Forſter. 1. de ſucceſſ. 9.*

Q. An

Q. An autem annuum ſit, an perpetuum hoc interdictum, multum controvertitur? Putamus perpetuum eſſe.

I. Per l.3.§.final.de tab.exhibend.

II. Quoniam non eſt ex malficio.

III. Per l.1.C.h.tit.Robert.1.recept lect.19. & 2.animadvert.24. Diſſ.*Cujac.4.ſent.7.§.6.& 16. obſerv.24.& 2.not.24.*

E. Propoſitum domino, cujus ex agro glans in alienum cecidit, ne vis fiat ei, quo minus eam glandem tertio quoque die inde auferre liceat, atque rei ſuæ poſſeſsionem nanciſci.*l.1.de glande legend.l.9.§.1.D. ad exhibend.Donell.d.lib.15.comm 36.* Glandis appellatione omnis fructus continetur.*d.l.1.in fin.h.t.l.236.de V.S.*

F. Quod eſt comparatum ad rerum pignoratarū poſſeſsionem.*§.itaq; & ibi.Dd.Inſtit.h.t.l.2.de Salvian.Interdict Oldendor.claſſ.2.act.3.* Competit autem domino fundi, adverſus colonum ſeu conductorem.*l.1.C.de precar.& Salvian.* ubi particula VE, ſaltem eſt explicativa, ut ſit ſenſus, dari adverſus conductorem, qui & idem debitor ſit *Donell.ibid.nu.3. Menoch.remed.3.adipiſc.nu.20.& ſeqq.* Diſſent. *Baro in §.adipiſcendæ. Inſtit. de interd. & in manual.lib.6.p.679.& ſeq.Sarmient.pr.3. de reditib Eccleſ.cap.2.* utiliter tamen datur adverſus quemvis poſſeſſorem, etiam tertium, cauſſam à conductore habentem.*l.1.§.1.de*

Salvian.interdict.Donell.ad tit.C.h.t.n.6.Cujac. *5.obſerv.24.* Diſſent. *Hotom. in §. Interdictum quoque.Inſtit.hoc tit.* Petit verò res pro mercedibus fundi pignori obligatas. *d. §. adipiſcendæ.3.Inſtit.de Interdict.l.2.in quibus cauſſis pign.tac.contrah.*

G. Quod datur hæredi ſcripto cuicunq; , non etiam ab inteſtato venienti. *h.l.3.ibi.ſcriptus.Menoch.remed.adipiſc.4.q.9. Weſenb. conſ.81.num.8.vol.2.Roland. à Valle conſil.1. num.5.* Diſſent. *Fulgoſ. in l.ſi docueris.C.ad l. Corn. de falſ.Gomez.conſ.43.Tiraq in tr.l.mort.Says.* nō etiam legatario *p.1.diſput.14.theſ.3.* adverſus poſſeſſores rerum. *d.l.3.ibi.non autem legitimo modo ab alio detinentur.Don.hic.num.5.* Datur autem in id, ut mittatur in poſſeſſionem earum rerum, quæ teſtatoris tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio dedinentur. *d.h.l.3. Vide omninò Roſenthal.c. 7. concluſ.48.ubi docet,an hoc in feudis locum habeat.*

H. Quod competit creditori conventionis, ſive pacti legem exercenti, & poſſeſſionem ingredienti. (h.l.n.) contra debitorem quemvis etiam reſiſtentem, dum vi non reſiſtat: *argum.l.ſicut.C.de O.& A.c. quod ſemel de R.J.in 6.l.in diem.de aq. pluv. arc. l. quoniam multa C.ad l.Jul.de vi publ. Vide Menoch. remed.adipiſcen.5.q.12 Sichard.hic.num.17.& ſeq.* Competit autem in id, ut liceat, pecunia nō reddita,

reddita, poſſeſſionem ex pacto adipiſci, vel propriâ, vel, ſi velit, judicis auctoritate. Unde patet verſ. fin. h. l. de urbanitate, & Philoſophico temperamento accipiendum. *argum. l. pen. C. de pignorat. action. Multa enim de urbanitate non licent, quæ ipſo jure ſunt licita. Uſillus in §. ſic itaque n. 31. Inſtit. de Act. Sichard. num. 6. & 22. ac ſeq. Menoch. d. rem. 5. num. 5. Cujac. 16. obſ. 12. Coler. de proceſſ. executiv. p. 1. cap. 5. n. 58. & ſeqq.* Diſſ. *Donell. n. 5.*

Q. An igitur tale pactum; ut liceat propriâ autoritate ingredi, ſit licitum? Affirm.

I. Per hanc l. & d. l. penult. C. de pignorat. act.

II. Per l. 1. de act. empti. c. ſcienti de R. J. in 6. l. quod quis 203. de R. J. Sichard. n. 10. Vide omninò Col. de proceſſib. execut. p. 1. c. 5. Diſſ. *Hoſtienſ. in c. fin. extr. de conſuet. Donell. hic. nu. 4. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. gl. 1. n. 188.*

Q. An igitur creditor, ingrediens autoritate propriâ, teneatur L. Juliâ? Neg.

I. Per fundamenta quæſtionis antecedentis, quibus addantur. §. 1. Inſtit. quib. alien. lic. vel non. l. de acceſſionib. in fin. de diverſ. & temporal. præſcript. d. l. in diem. de aq. pluv. arcend. d. l. ſicut. C. de O. & A. l. 81. in fine. De ſol. l. 7. §. 1. De reb. eor. qui ſub tutel. l. 3. §. 4. de ſepulcr. viol. Sichard. n. 8. & ſeqq. Diſſ. *Don. ibid. n. 4.*

I. Quod datur heredi, qui omiſſo ordine juris, poſſeſsionem vacantem adipiſci vult, vel ſua, vel Prætoris auctoritate. Item, datur Clericis, qui beneficij ſibi collati poſſeſsionem conſequi volunt.

De quibus omnibus videatur latiùs Menochius remed.adip.6.

THESIS III.

Retinendæ poſſeſsionis Interdicta ſunt 8. 1. Uti poſsidetis, A. 2. Utrubi, B. 3. de ſuperficiebus, C. 4. de itinere, actuque privato, D. 5. de aquâ quotidianâ, & æſtiva, E. 6. de rivis, F. 7. de fonte, G. 8. de cloacis. H.

A. Datur hoc interdictum ei, qui poſsidet animo domini. *§.4.verſ.ſed interdicto.Inſt.de Interd.l.1.§.8.uti poßid.* etiam fructuario *l.fin. D.h.t.* ſivè quis juſtè poſsideat, ſive injuſtè *l.1. l.3.D.h.t.* dummodò non vitiosè poſsideat, id eſt, nec vi, nec clàm, nec precariò ab ipſo domino *l.1.in princ.& §.fin.l.2.l.fin.D.h.t.* Datur adverſus eum, qui poſſeſsionis facit controverſiam, ſeu, qui turbat *l.3.& paßim. D.h. t.* etiamſi judicialiter turbet. *Per l.is qui.de rei vindicat.l.ult.ſi uſufr.pet l.ſi priusquam.de oper. nov.nunciat.l.non abs re.C.unde vi. Menoch.de retinend poß.rem.3.q.42.* dum tamen re ipſa turbet, non verbis *l.1.l.3.D.eod.§.quoniam. Inſtit.de interd.* Datur hoc interdictum de

rebus

rebus corporalibus immobilibus. *l.* 1. *§.* 1. *&* *pen. D. h. t. d. §. Sed interdicto. Inſtit. de Interdict.*

Q. An ſaltem utiliter competat de rebus mobilibus, ſeu incorporalibus, puta ſervitutibus, Juriſdictione, &c. Negam.

I. Quoniam de ruſticis ſervitutibus alia ſunt Interdicta nominatim conſtituta.

II. Quoniam de urbanis non eſt opus hoc interdicto, argum. l. etſi fortè. §. 1. ſi ſervit. vindicet.

III. Quoniam de juriſdictione magis competere debet interdictum de itinere actuq; privato. argum l. 1. § . 1. de itin. actuq;. Donell. in l. un. C. h. t. num. 14. & 15. Diſſent. *Weſenb. in Parat. h. tit. num. 3. Menoch. remed. 1. adipiſc. num. 84. & d. rē 3. q. 13. 14. 15.* Diſſent. *Coraſ. in l. naturaliter: §. nihil commune. De acquir. poſſ. nu. 26. pag. (in mea edit.) 954. per l fin. De ſervit.* Petitur autem ut à turbatione deſiſtatur, *l. 1. §. eſt igitur. §. interdictum. h. t.* & ut adverſarius, quantum ea res fuerit, condemnetur *d. l. 1. in pr. & l. 3. § fin. h. t. Probe autem cavendum, ne quis in libello ponat ſe deiectum,* das er entſetzt. *Menoch. remed. ultim. retin. poſſeſſ. nu. 29. l. 1. §. interdictum autem. & l. ſeq. D. h t. Bartol. in d. l. 1. §. ait prætor. Oldendorp. claſſ. 2. act. 4. n. 5.*

Q. An autem victus adverſarius ſatisdare debeat poſſeſſori, ſe eum in poſterum impediturum non eſſe? Negam.

I. Per l.un.in fin.C.h.t. ubi alternatio reſcripti ſatis hoc arguit.

II. Quoniam ea cautio in ſervitutibus exigitur à victo. Non igitur in aliis corporalibus.arg.l.egi. l.harum.ſi ſervit.vind.

III. Per l.5.de petit.hered.l.5.ut leg.pr.tit. 11. lib.1.ſent.Paul.& ibid.Cujac.Donell.in d.l.un. C. h.tit.num.20.& nu.28.Eguin.Baro.lib. 6. Man. tit.17.Robert.3.ſenten.21.Menoch.d.rem.3.q. 95. Diſſent. *Dd.comm.& Duaren.1.diſput.cap. 21. Gail 1.obſerv.116.n.4.Cujac.1.obſerv.22.*

B. Quod planè coincidit cum interdicto, Uti poſſidetis, niſi quòd proditum ſit de rebus mobilibus.*l.1.§.1.D.Utrubi. §. retinendæ. verſ quorumvis.Inſt. de Interdict.*

C. Omnia, quæ in interdicto Uti poſſidetis ſervantur, hîc quoque ſervantur.*l.1.§ proponitur 2.de ſuperficieb.* niſi quòd hoc nominatim & ſpecialiter detur ſuperficiario, id eſt, ei qui in alieno ſuperficiem habet, ut certam penſionem præſtet.*l in ſpeciali.§ fin. l. id eſt.ſeq.de rei vend.Donell.15. comm.32.* Eſt autem ſuperficies ædificium per ſe intellectum à ſolo diſtinctum.*l.qui res §.aream.de Sol.Donell.9.comm.16.*

D. Quod competit ei, qui ſervitute illa uſus eſt hoc anno, nec vi, nec clàm, nec precariò à domino.*l.1.in pr.D.h.t.* Competit autem ad duo, partim ut liceat uti ſervitute, *l.1. in princ.D.eod.* partim ut liceat rem reficere. *l.3.§.ait Prætor.D.h.t.*

E. Quod

E. Quod ratione originis continet tria capita: Unum de aquâ quotidianâ *l. 1. in pr. D. h. t.* Secundùm de aquâ æſtivâ *d. l. 1. §. deinde ait.* Tertium de aquâ, quæ ducitur ex caſtello. *d. l. 1. §. ait. Donell 15. comm. 33. Baro. d. lib. 6. man. tit. 20.* Diſſent. *Menoch. retinend. remed. 6. num. 3.*

F. Quod pertinet ad purgationem, & refectionem aquæ ductus, & huic plane deſervit, *extatq; in l. 1. D. h. t.*

G. Quod eſt de aquæ hauſtu; & continet ſimiliter duo capita; unum de uſu, alterum de loci refectione, *de quibus in l. un. D. de fonte.*

H. De quibus ſunt interdicta duo: unum de privatis, alterum de publicis: quod de privatis cloacis eſt, ſaltem competit pro refectione, non etiam pro uſu. *l. 1. & t. t. de cloacis. Don. c. 33.*

THESIS IV.

Recuperandæ poſſeſſionis interdicta ſun. 1. Unde vi, A. 2. Quod vi aut clam, B. 3. De precario, C. Quo etiam pertinet beneficium c. redintegranda. cauſ. 3. q. 1. D.

A. Quod competit cuicunque poſſeſſori. *l. 1. §. 23. h. t. etiam prædoni. l. qui à me. D. eod. l. 8. l. 14. §. vi dejecto. l. 1. §. ait. §. non alij. l. 23. h. t.* Non tamen conductori, quoniam nunquam poſſedit *l. fin. D. unde vi. Donell. 13. comm. 7.* adverſus eum, qui cujúsve familia vi expul-

expulſivâ dejecit. *d.l.1.§ dejeciſſe.§.familiæ.l.5. l.7.D.h.t.* non tamen contra tertiam perſonam, quæ forte habuit cauſam à ſpoliatore l.cum.à te. *De vi & vi arm.Lanfranc. Orian. de cauſſ.propr.& poſſ.pag.8. Fach.lib.8.controv.c.12. Menoch.remed.recup.15.q.3.* Petit autem priſtinam poſſeſſionem ſibi reſtitui. *d.l.1.§.quod autem.§.non ſolum.h.t.l.38.§.in Fabiana. de uſur.* unà cum fructibus. *d.l.1.§.ex die. l.6. l.15. eod l.4.C.unde vi.l.domum. C. de rei vendicat.* atque hæc à Dd. annotantur in hoc Interd. duo ſingularia. 1. quod judex ſpoliantem condemnare poſſit in fructibus, etiamſi non ſit petitum: deinde quod pleræque circumſtantiæ ſint probandæ. *Lanfranc.d.loc.pag.9.* Quinque ſpecies huius interdicti vide *apud eund.p.7. An autem in interdicto recuperandæ poſſeſſionis probans antiquiorem poſſeſſionem deducere debeat, quod adverſarius clam poſſidet reſpectu poſſeſſionis. Videatur omnino Maſcard. de probat.concl.1193.n.29.& ſeq.*

B. Vis enim fit poſsidenti non ſolùm corpore, & manu, ſed etiam opere quodam & facto. Competit autem hoc Interdictum ei, cujus intereſt opus factum non eſſe. *l. ii qui §.ſi fundus.l.denique.§.ſi ex ſociis. Quòd vi aut clàm* adverſus eum, cujus opera opus clàm aut vi factum eſt, aut qui factum habet. *l.5. §.hæc verba.l.ſemper in pr. Quòd vi aut clàm.*

Agitur

Agitur autem ad reſtituendū opus factum, damnumque datum ſarciendum. *l. is qui, §. quod ait l. denique. §. fin. Quòd vi aut clàm.* Is tamen qui non fecit, ſed ſaltem poſſidet, patientiam tantùm præſtat. *l. ſi alius. in pr. d. l. deniq. §. fin.* D. *h. t. Donell. 15. comm. 34.*

C. Hoc interdictum de precarijs, meritò introductum eſt, quia nulla eo nomine Juris civilis actio eſſet, inquit Paulus *in l. 14. de precar.* civilem actionem, intellige directam, quæ ipſis verbis juris civilis ſit prodita. Datur enim aliàs de precario actio præſcriptis verbis. *l. 3. de precar.* quæ civilis dicitur. *in l. ſolent. de præſcript. verb. & in l. jurisgentium de pact. Don. 14. comm. 34. in fin.* Cæterum, competit hoc interdictum ei, qui precariò conceſſit, *l. quæſitum 8. l. certe. 6. §. fin.* D. *h. t.* adverſus eum, qui precarium habet. *l. 4. l. 8. §. fin. l. ult. §. ſi pupillos. h. t. l. 2. C. h. t.* ut res reſtituatur, aut fiat condemnatio in intereſſe. *l. quæſitum. 8. §. ex hoc 4. D. h. t.*

Q. An autem precarium revocari poſſit importunè, & intempeſtivè, & in continenti? Neg.

Debet enim in ſe continere beneficium, cùm in uſum aliquem concedatur: adjuvari quippe nos, non decipi beneficio oportet. l. 17. §. ſicut in fin. D. commodati. Covarruv. 3. var. reſol. 15. n. 6. Diſſent. *Cujac. in Parat. C. h. tit. & Decius in l. 23. de R. I. nu. 11.*

D. De quo diſceptatur inter alia, num detur contra quemlibet poſſeſſorem; & an in foro, rebusq́; laicorum obtineat? Vide Anton. Matt. de Papareſc. *in l. naturaliter. §. nihil. de acquir. poſſeſ. in reg. ſpoliatus ante omnia reſtituendus. n. 32. pag. 29. Menoch. de recup. poſſ. rem. 15. nu. 13. & ſeqq.*

DISPUTATIO QUINTA.

DE ACTIONIBUS PRÆjudicialibus, & condictionibus ex obligatione contractuum jurisgentium, & Juris Civilis.

Reſpondente

ANDREA WASSÆO, Spandovienſi.

CONTINUATIO.

HActenus de actionibus in rem, A. ſequuntur actiones perſonales, puta præjudiciales, B. & condictiones C.

A. *Vide*

A. Vide ſuprà diſput. 2. *in continuat. lit. D.*

B. Quod præjudiciales ſint perſonales, habuimus. *diſput.*1. *th.*3. *lit.* B. Unde certum eſt in §. omnium. 1. Inſt. de act. his verbis. Et alijs quibuſdam modis, actiones præjudiciales contineri.

I. Quoniam aliàs imperfectior eſſet in eo §. actionum perſonalium deſcriptio.

*II. Quoniam non ait, aut alijs, ſed, & aliis. Vult. in d. §. omnium. n.*8. *&* 1. *diſcept.*4 Diſſ. *ibidem Benincaſ. n.* 348 *Gomez. n.*26. *Hotom. n.* 33. *Weſenb. lit. N. Coraſ. n.*9. *Zaſ. n.*8. *Mynſ. n.*5. *Donell. n.*14. *Dyn. n.*15. *Platean. n.* 3.

C. Appellamus enim in perſonam actiones, quibus dare, facere, oportere, intenditur, condictiones. §. *appell.* 15. *Inſtit. de action.*

THESIS I.

Præjudiciales A. ſunt, quibus de ſtatu alicujus diſceptatur, B. & ſunt de libertate, C. de libertinitate, D. de familia, E. & aliæ. F.

A. Quæ etiam præjudicia dicuntur *l. quoties* 18. *D. de probat. l fin. D. ſi lib. ingen. eſſe dic. l.*3. *§.*1. *D. de agn. lib. l.*1. *§.*2. *de R. V. l. actionis. D. de O. & A.* Dicuntur autem præjudicia, partim quòd ante alia judicia priùs decidantur: Non quidem antequam actio detur à Prætore, ut putavit Accurſ. quem refutavit Ræyard.

Ræuard.1.de præjud.c.11.per l.1.§.1.Fam. herciſcund. partim quòd aliis præjudicium afferant, & in id inſtituantur. *Donell.in §.præjudiciales n.6.Inſtit.de act.Vult nu. 8.& 9.Harprecht nu.1.Mudæus nu.1.Zaſ. nu.1.Rævard. 1.de præjud.1.3.& 12.* Actionis verbo præjudicium comprehendi *probatur in l.37.de O.& A.* Cōſtant autem hæ actiones ſola intentione, neque condemnationem aliquam habent, ut rectè definivit Theoph. *Per l.1.C.de cogn. ordin.Rævard.1.de præjudic.c.fin.* Donell.*nu.8. Vult.nu.7.& ſeq.* Diſſent. *Baro.Hotom. nu 10. Rob.1.ſent.13.* Ex his autem præjudicialibus illa legitima eſt, quæ eſt de libertate, reliquæ ſunt prætoriæ. *d.§.præjud. Inſtit. de act.*

B. Non propter ſtatum ſolum, ſed propter commoda & incommoda, quæ ex ſtatu naſcuntur. *Donell.n.7.*

C. Quæ olim competebat domino adverſus ſervum, qui ſe liberum eſſe volebat, vel ſervo, qui libertatem vindicabat adverſus dominum. *l.liberis.§.fin.l.quòd autem.D. de lib.cauſ.* Hodie competit utiliter principibus, comitibus, nobilibus, &c. adverſus ruſticos, colonos, cenſitos, aſcriptitios, & homines proprios &c. & his viceverſa contra illos. *Zaſ.n.14.& 22.Gomez.nu.6.Dyn.n.20. Myn.ſ.nu.18.Schneidw.nu.15.Harprecht.num.5. Vult.n.15.*

D. Quæ

D. Quæ olim competebat patrono adverſus libertum, & rurſus liberto neganti ſe libertum adverſus patronum. *l.14.D.de probat.l.fin & tot.t.D.ſi lib.ing.eſſe dic.* Hodie utiliter competit dominis, qui ruſticis liberam migrandi facultatem permiſerint. *Zaſ.nu.23.Gom. nu. 1. Harprecht.nu.7. Vult. nu.17.*

Q. An competat etiam Vaſallis, vel dominis contra Vaſallos? Neg.

I. Quoniam de ijs non ex Romana lege, ſed magis ex conſuetudine judicandum eſt.

II. Quoniam Vaſalli ſunt omninò homines ingenui & liberi, cum & nobiles & principes poſſint eſſe Vaſalli. Zaſ.h.§.nu.24.Mynſ.n.23. Diſſ. *Iohan. de Blanaſco in Rubr. de præjudiciali per quam petitur Vaſallus.*

E. Hæc datur parenti contra filium, ſe filium eſſe negantem vel affirmantem: vel filio adverſus parentem, ſe parentem eſſe, negantem vel affirmantem. *l.1.§.12.& 13.l.5. D.de agn.lib.l.9.l.p.D obſ.parent.præſt.l.1.§.1. D.R.V.l.3.§.1.D.de lib.exhib.* Competit itidem de partu agnoſcendo, mulieri, adverſus maritum vel avum, qui partum nolunt agnoſcere. *l.1.§.dies §.Julianus §. idem Julian.§.fin.l.3.§.1.de agn.lib. Donell.nu.3.& 4.* Utiliter ex Dd. traditis competit etiam fratri contra fratrem, & cognato contra cognatum,

gnatum, ne agnoſcatur frater vel cognatus. *Zaſ. nu. 26. Mynſ. n. 27.*

F. Quamvis enim aliqui exiſtiment, ſaltem tres eſſe ſpecies actionum præjudicialium, relatas in §. præjudiciales. *Inſt. de act. Cujac. hic. Harprecht. n. 3. Zaſ. n. 8. Prat. in lex. verb. præjud. in controverſijs.*

Q. Tamen verior eſt ſententia aliorum, plures dari poſſe.

I. Quoniam & per ætatis probationem præjudicatur aliis cauſſis. l. 43. de minor.

II. Per l. 1. §. 2. de R. V.

III. Quoniam in quæſtione de ſtatu. quæritur, & de ætate & de moribus, & de familia, &c. Hotom. hic. n. 12. Vult. n. 20.

THESIS II.

Condictiones A. ſunt actiones in perſonam B, ex obligatione profectæ C. eæque vel certi D. vel incerti E. & vel ex contractu vel ex delicto, eoque vel verè vel quaſi F. Modò de condictionibus ex contractib9 veris nominatis diſpiciamus. G.

A. A condicendo ſic dictæ, quaſi denunciationes. §. appellamus. Inſt. de act. Dato namque judicio à Prætore, litigatores ipſi ambo in commune diem condicebant, id eſt, determinabant & denunciabant, actor quidem, quo die vellet reum ſe ſiſtere judicio;

cio; reus ſe eo die affuturum, l. de die, qui ſatisd. cog.

Q. Non igitur ſumitur condicere pro ſimplici dicere. *ut putat. Vult. ad d. §. appellamus*, ſed pro duorum dictione. *Donell. nu. 6. Hotom. nu. 17. Vide omninò. Don. 23. comm. 3.* Eſt enim condicere, ſimul dicere. *teſte Feſto, Aſcon. in Verrin. 3. Briſſ. 5. de formul. p. 368.*

Q. Denunciatio verò neceſſaria erat non in perſonalibus ſolùm, ſed in realibus: Propterea tamen actio in perſonam, condictio dicebatur, quoniam actio in rem aliud nomen vindicationis habebat.

Hotom. num. 21. Harprecht. num. 5. Diſſent. *Gomez. in §. omnium. nu.* 14. *& Dd. comm.*

Q. Hodie denunciatio necesſaria non eſt, ne quidem charitativa.

d. §. appellamus. Inſtit. de act. l. actionis in princ. de O. & A. l. 1. C. de cond. quæ ſub. mod. l. fin. C. de Interdict. Nov. 53. cap. 3. Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. Cujac. 16. obſ. 7. Clud in tr. de condict. nu. 20. 27. & ſeqq. Harprecht. Vult. & alii in d. §. appellamus. Diſſent. *Mynſing. ibi num. 4. Coraſ. 4. Miſcell.* 7. Manet tamen nihilominus nomen, quod aliàs nõ eſt infrequens, ut exemplo nuptiarum, tabularum, fideicommiſſi, &c. fit manifeſtum *Donell. in d. § appellamus. n. 8. & 7. comm. 15. Sturm. 1. dial. 19.*

B. Diſ-

B. Differunt igitur condictiones & actiones in perſonam, tanquam genus & ſpecies; Q. Atque adeò non ſunt ſynonyma, neque pro uno & eodem accipiuntur, neq; eandem habent definitionem, ut malè putat. *Clud. in d. proem. nu. 21. & ſeqq.* Solet quidem actionibus in perſonam plerunque ſubjici condictio, ſed tanquam exemplum. Alias enim omitterentur actiones præjudiciales, quæ pariter ſunt in perſonam, ut demonſtratum *eſt diſp. 1. th. 3. lit. B. Atque hæc ſententia textibus ipſis juris comprobari poteſt. In §. appellamus. Inſtit. h. tit. non ſimpliciter ſtatuit Juſtinianus, actiones in perſonam dici condictiones, ſed eas dici condictiones, quibus dare aut facere oportere intenditur. In §. omnium. Inſt. de act. omnium actionum duas ſpecies conſtituit. Juſtin. nimirum in rem & in perſonam. Perſonalem rurſum in duas ſpecies ſubdividit, ita nimirum, in condictionem & præjudicialem. Namq; agit unusquisq; (inquit) aut cum eo, qui obligatus eſt, & aliis quibusdam modis. Illo caſu quandò nimirum agitur, cum eo, qui obligatus eſt, proditæ ſunt (inquit) actiones in perſonam. An omnes indiſtinctè? Neutiquam, ſed per quas intendit adverſarius ei dare aut facere oportere. In l. 25. de O. & A. Vlp. non omnem actionem in rem & in perſonam definit, ſed ſaltem vindicationem, & condictionem, tamquam exempla* *præci-*

præcipua. Nam aliàs omiſiſſet interdicta, quæ ſunt in rem, & præjudiciales, quæ ſunt in perſonam. Jlla verò definitio actionis in perſonam, quam proponit Cludius, quod ſit jus perſequendi in judicio, quod alicui dari fierive oportet, nimium eſt particularis, & ſaltem illius ſpeciei, quæ condictiò dicitur, propriâ, præjudiciales excludens. *Vide latius hac de re, Vult. in §. omnium. Inſtit. de act. n. 8. & ſeq. & lib. 1. diſcept. c. 3. & 4.*

C. Non tamen quavis, non naturali. *l. 16. §. naturales. de fidejuſſ. l. 10. de O. & A. l. 127. de V. O.* Q. Non nudo pacto regulariter, *l. 7. §. ſed cùm nullâ. de pact. l. 13. C. eod. Bronch. cent. 1. aſſ. 31. Mayn. 3. de act. 25. Vult. 1. J. R. 7. num. 3.* etiamſi ſit judiciale vel juratum; vel geminatum, vel mercatorium. *l. omnes §. hac autem in fin. C. de Epiſc. & Cler. l. 28. C. de pact. l. pacta noviſſima. C. de transact.* Diſſent. *Petr. Calefat: & Dd. comm. in L. 7. de pact.*

Q. Ne quidem de jure Canonico, quoniam nullus in eam rem juris Canonici textus dari poteſt;

Connan. 5. comm. 3. Alciat. 5. parad. 5. Diſſent: *Weſenb. in parat. de pact. num. 7. Bronch. cent. 1. obſerv. 31. Vide omninò pro hac & præcedentibus quæſtionibus tract. meum de pact. cap. 8. membr. 1. ubi plurib. eas confirmavimus, & ad contraria reſpondimus.*

D. l. 9. & ibi Dd. de reb. credit.

Q. Competit certi condictio ex omni obligatione, ſive ex certo contractu petatur, ſive ex incerto. Ubi per certum nominatum intelligas, per incertum innominatum.

l.1. De æſtim. Gædd. de contrah. ſtipul. cap. 6. num. 239. Borch. cap. 1. de pact. Clud. cap. 1. de condict. num. 22. Diſſent. *Donell in d. l. 9. de rebus cred. Duar. in l. 25. de V. O.*

Q. An autem hæc certi condictio ſit duplex, alia generalis, alia ſpecialis? Negam. Unam ſaltem certi condictionem ſtatuentes.

I. Per l. 9. §. 2. 3. & 4. de reb. cred.

II. Per l. 24. de reb. credit.

III. Quoniam in univerſo jure unius ſaltem certi condictionis mentio fit, atq; numero ſingulari.

IV. Quoniam certi condictio præter communem formam nihil amplius habet in hoc vel illo contractu: ſaltem denominationem ex cauſſa, ex qua oritur, aſſumit. Don. ad Rubr. ſi cert. petat. num. 3. & ad l. 9. de reb. credit. Gædd. de contrah. ſtipul. c. 11. concluſ. 2. Diſſ. *Citramontani Bart. in d. l. 9. de reb. cred. Fulg. Salycet. Balduin. ad Rubr. C. ſi cert. petat. Mynſing. ad §. 1. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. Vult. ad §. ſequens. Inſtit. de act. & 1. J. R. 7. n. 6.* Diſſ. *aliter Clud. in procem. n. 47. & ſeqq. & in tot Rubr. de condict. certi tam gener. quàm ſpeciali.*

E. l. 8

E.l.8.de act.emt.l.12.in fin.de cond.furt.l. 19. *in fin. de precar.*

F.§.ſequens.inſtit.de Oblig.

G.Qui cum ſint vel jurisgent.vel jurisciv. de illorum condictionibus priùs videndum erit.*arg.l.1.de acquir.rer.dom.§.11.Inſtit.de R. diviſ.*

THESIS III.

Inter has primò ſe offert condictio certi ex mutuo, quæ competit ei, qui mutuam dedit pecuniam. A, adverſus debitorem,qui mutuò accepit. B. Venit autem in hanc condictionem ipſa quantitatis mutuo datæ præſtatio; C. niſi ſpecies debita amplius præſtari non poſſit. D.

A. Id eſt creditori, eiusque heredibus, ſi res mutuo data dantis fuerit propria. Sin alienam pecuniam ſuo nomine quis mutuo dedit, tum incerti quidem condictionem habet, ut reddatur poſſeſſio; certi verò condicere, niſi ex conſumtione non poteſt; ita ut conſumtio conciliet mutuum, quod alioqui numeratio facere non poterat.*l.13.l.* 19. *& ſeqq.D.h.t.l.56.§.nummos. de fidejuſſoribus.*

Q. Quænam autem actio dabitur domino pecuniæ, ab alio mutuo datæ? Reſpondeo: Aut extat adhuc res, aut non extat.

Priori caſu aget dominus rei vendicatione. Poſteriori competet ipſi actio utilis. *arg. l. 4. C. ſi cert. petat. l. 23. de rebus cred. Cujac. 5. obſerv. 29.* Si tamen directò velit agere; is qui mutuo dedit, ſuam actionem ei cedat neceſſe eſt. *l. 2. ſi cert. pet. Vult. ad § ſequens. verſ. Mutuam Inſt. de act.*

B. Vel ipſum, vel ipſius heredem. §. 1. *& t. t. Inſtit. de perpet. & temp. act. l. toties de R. J. l. 1. C. ſi cert. pet.* non tamen adverſus filiumſ. propter SC. Macedonianum. *t. t. de SC. Maced. Donell. 12. comm. 24.*

Q. An autem filiusfam. ei SC. renunciare cum effectu poſſit? Negam.

Per l. 40. de condict. indeb. quoniam non filii ſaltem cauſſa, ſed & in odium fœneratorum SC. eſt introductum. Coſtal. in l. 11. ad SC. Macedon. Diſſent. *Gothofr. ibid. Zaſ. 2. reſp. 28.* Idque procedit, quamvis juramento contractum firmaverit. *arg. l. fin. C. de non num. pecun. & ne fraus fiat SCto. à creditore filiumfam. ad juramentum adigente. Treutler. p. 1. diſp. 20. th. 7.* Diſſent. *Covarruv. in cap. quamvis. de pact. p. 2. §. 3. n. 4. & aliter Gomez. 2 reſolut. 6.*

Q. Sed quid ſi ludens ſecum ludenti pecuniam mutuavit, an habebit condictionem? Et, cùm luſus ſit inſtrumentum prodigalitatis, & vitium deteſtandum, *Patric. lib. 3. de regn. t. 40.* adeò ut luſores extra ordinem coercendi ſint. *Puteus in tr. de ludo. Tileman. d. diſp.*

diſp.19.theſ.10. condictionem ipſi non competere, defendemus, ſicut nec tum, quando aliquis pro eundo ad meretricem, pecuniam mutuavit, *inquit Bolognin.in Auth. Habita. C. Ne filius pro patr.n.118.Clar.lib 5.§.ludus.Bart. in l ſi quis cùm ſciret.in fin.D pro Emptore.per l. 12 §.11.D.Mandati.*

C. Et quidem tota. Nam creditor particularem ſolutionem admittere non tenetur; quamvis ei volenti pro parte ſolvi poſſit. *l.41.§.1.de uſur l.9.§.qui decem, de ſolut. Bronch.cent.1.aſſert.63.* Neq; etiam aliud pro alio ſolvi poteſt. *l 1.§.1.l.3.D.h.t.l. ſi pro mutua.C.ſi cert petat.* Debet enim in mutuo genus idem quod datum eſt reddi, *Bronch. cent. 1.aſſert.66.*

D. Tum enim æſtimatio rectè ſolvitur. *l. 71.§.3.de leg.1.Donell.ad l.22 D.h.t.*

THESIS IV.

Huic ex mutuo certi condictioni vicinæ ſunt condictiones ex pro mutuo. A. néPe condictio cauſſa data, B. cauſſa non ſecuta, C. condictio ob turpem vel injuſtam cauſſam, D. & condictio ſine cauſſa, E.

A.l.15.§.item Locati.l.ſtich: 40.§.3. De ſtatu liber.

B. Q. Sic malo legere, quàm dati.

I. Propter conſtantiam librorum.

II. Quoniam per ſe recta eſt, ut ſit ſententia, de condictione cauſa data, id eſt, adjecta, cauſſa non ſecuta.

III. Quoniam altera lectio videtur vitioſa. Dō. 14. comm. 20. Cujac. in parat. C. h. t. Diſſent. *Duaren. ad l. 1. D. h. tit. Hotom. in l. 38. de condict. indeb. Vult. 2. J. R. 8. n. 5.*

C. t. t. de condict. cauſſa data, cauſſa non ſecuta. Quæ eſt actio in perſonam, per quam, qui certam ob cauſſam aliquid dedi, id repetit; ſi cauſſa non ſit ſecuta, id eſt, ſi quis fine non potiatur, ſive cauſſa ſeu finis in dando conſiſtat, ſeu in faciendo. Datur autem actio non tantùm ex ceſſatione poſt moram, ſed etiam ante moram ex pœnitentia. *l. 3. l. 5. de condict. cauſſa dat. Bart. in l. pen.* C. *h. t. licet diſſentiat Accurſ.*

Q. Neque intereſt; fortuito caſu cauſſa ceſſet, an accipientis culpa.

l. 5. in pr. & §. 3. D. h. t. Donell. 14. comm. 21. Cujac. 23. obſervat. 29. Diſſent. *Coraſ. 2. Miſcell. 9.* Oportet autem cauſam eſſe poſſibilem. Nam ſi ſit impoſſibilis natura condictio ceſſat, & conditio habetur pro præſcripta. *l. dictam. C. de condict. ob cauſſ. dati.*

Q. Sed quid, ſi conditio ſit impoſſibilis de jure, veluti, ſi militi quid dedero, ut mea negotia procuret? *Nam miles aliena negotia procurare de jure impeditur. l. milites. C. locati. l. filiusfam. §. veterani. De procurat. l. 5. C. de condict. ob cauſſam.* Reſpon-

Reſpondeo cum Vulteio, aut ſciens illum militem eſſe, dedit, aut ignorans. Priori caſu donaſſe videtur, & non condicit, poſteriori condicit. *l. ſi militem C. h t.*

D. t. t. de condict. ob turpem cauſſam. Quæ eſt condictio dati ob id, ut quid fiat, quod bonis moribus eſt contrarium. Ubi tamen diſtinguendum. Aut enim turpitudo verſatur ex parte alterutrius, vel dantis, vel accipientis, aut ex utriusque parte ſimul. Si ex dantis parte, condictio locum non habet: ſicut nec tùm, ſi ex parte utriusque. *l. 1. h. t. l. 4. C. eod. Covarruv. in c. peccatum. p. 2. §. 2. n. 7. & 8. contra. Dd. comm.* Habet igitur locum, ſi ſolius accipientis turpitudo verſetur. *l. 4. §. 1. l. 2. in pr. de condict. ob turp. cauſſ.*

Q. Quid autem ſi dedi, ut judex in bona cauſſa ſecundum me pronunciet? Utriusque turpitudo verſatur. Videbor enim judicem corrumpere, atque adeò condictio locum non habet. *l. 2. §. fin. de condict. ob turp. cauſſ. Donell. 15. comm. 25. Mynſ. cent. 2. obſ. 75. & centur. 6. obſerv. 67.*

E. t. t. de condict. ſine cauſſa. Eſt autem perſonalis actio data in eum, apud quem res eſt ſine cauſſa. Quæ patet latiſſime, & interdum cum aliis condictionibus concurrit. *Weſenb. in parat. hic.* interdum verò in certis caſibus peculiarem ſibi vendicat locum

ut in caſu.*l.3.ibid.* in eaſu.*l.2.D.eod.*& in caſu, *l.30.§.2.de act.emti.Vult.in d.§.ſequens.* & *2.J. R.8 num.15.*

THESIS V.

Sequitur actio commodati, quæ vel directa eſt, vel contraria A. Directa datur commodanti, B. adverſus commodatarium C. & ejus heredes, D. Petit autem finito uſu, ut res ſalva reſtituatur E. adeoque non ſolum dolus, verùm omnis etiam culpa; non tamen caſus fortuitus F. præſtari debet, G. Contraria competit commodatorem, ejusque heredi; adverſus commodatario ejúsve heredi. Petit autem, ut damnum, quod absque ſua culpa paſſus eſt, refundatur. H.

A. Rubric. & *l.in commodato §.ſicut D.h.t.§.2.Inſtit.h.t.*

B. Cuicunque etiam ipſius hered: *l.1.l.15.* & *ſeq.D.hic.* etiam domino, ſi ſervus rem domini commodat.*l.14.D.hic,* adeò ut nec dominii quæſtionem hîc admittendam eſſe cenſeamus. *Nam & fures & prædones qui ſcientes rem alienam commodarunt, nihilominus habent actionem commodati.d.l. 15. Donell. 14. comm.5.arg.l.15.l.16.D.h.t.l.non à judice. de judic.Pac.cent.4.q.50.*

C.Etiam

C. Etiam adverſus plures, quibus ſimul in ſolidum res commodata eſt: qui ſinguli tenentur in ſolidum, ex natura contractus, quamvis pacto poſſit aliud introduci. *l. 5. §. ult. D. com. Pac. cent. 4. q. 41*, ita tamen ut unius ſolutione, reliqui liberentur. *l. 15. de tut. rat. diſtrah. l. 13. locati l. 22. Depoſiti. Hotom. illuſtr. quæſt. 19.* Datur etiam adverſus filiumfamil. & ſervum, quamvis pater & dominus non niſi de peculio teneantur. *l. 3. §. ſi cum filiofam. D. commod.* etiam adverſus pupillum utiliter. *l. 3. in pr. §. heres. D. eod. l. 10. de inſtit. act. l. 16. de minor. Vultejus 1. diſc. 15. Coraſ. 6. Miſcell. 22. Donell. ad l. ſi pupillus. de V. O. Gædd. c. 7. de contr. ſtipul. concl. 12.*

D. Regulariter non in ſolidum, ſed pro ea parte, quâ heredes ſunt; niſi ex facto ipſorum agatur, aut totius rei reſtituendæ facultatem habeant. *l. 3. Cod. commod. l. 3. §. heres. D. eod. l. 17. §. ſi ex facto D. hic.*

E. Si eam ſalvam in poteſtate habeat. *l. 17. §. ult. l. 18. §. ult. D. hic.* Si verò res ſalva non ſit ampliùs, tum aut in totum peremta eſt, aut deterior facta. Illo caſu præſtatur æſtimatio, hoc intereſſe. *d. l. 3. §. ſi reddita. D. eod.*

F. Niſi ex mora, culpa, aut pacto. *d. l. 5. §. 4. d. §. 2. Inſt. Quib. mod. re contrahen. obligat. l. 1. C. commod.*

An autem, qui caſum in ſe recepit fortuitum, teneatur de inſolito? Affirm.

Per l 78. de contrah. emt. l. 151. §. 1. D. locati. Pinell. in l. 2. c. 3. n. 20. C. de reſcind. vendit. Godthofred. in l 8. C. locati. Diſſent. *Gomez. 2. reſol. 3. n. 19. Gail 2. obſerv. 23. nu. 18.*

G Lata, levis, & leviſſima. *l. 1. §. 2. & §. 7. l. 18. in pr. D. hic. l. 1. §. is quoque de O. & A. l. 23. de R. J. §. item is cui. Inſtit. Quib. mod. re contrah. oblig. Vult. 1. diſcept. 15.* Excipitur tamen commodatum, quod vel utriusque, vel ſolius commodantis gratia initum eſt: in illo præſtatur dolus & culpa levis, in hoc dolus & culpa lata. *d. l. 5. §. 2. & §. 7. D. h. t.*

H. l. 18. §. 2. & ſeqq. h. t. Vult. 2. J. R. 8. n. 19. & ſeqq.

Q. An autem commodans teneatur etiam de lata culpa? Negativa nobis arridet, de dolo tantùm teneri, opinantib. *Connan. 7. comm. 3. nu. 3. 5.* Diſſent. *Bartol. in d. l. 17. §. 2. D. hic.*

THESIS VI.

Actio quoque depoſiti directa alia eſt, alia contraria A. Directa datur depoſitori, B. contra depoſitarium, C. Perſequitur autem rem depoſitam, D. vel ejus pretium, E. & venit in actionem dolus, F. De culpa tamen regulariter depoſitarius non tenetur.

tur. G. Contraria depoſiti competit depoſitario adverſus deponentem. Petit autem reſtitutionem impenſarum utilium, & neceſſariarum, in cuſtodiam rei depoſitæ factarum, H. Cæterùm huic actioni cognatæ ſunt actio ex recepto, I. & actio ſequeſtraria, K.

A. l 5. & Rubr. D h.t. Duaren. cap. 2. & 4. C. eod. Mynſing. ad §. præterea. Inſtit. Quib. mod. re contrah. oblig.

B. l. 5. §. 32. D. h. t. cujuſcunque conditionis. *l. 1. §. 18. de judic. l. 19. D. h. t.* etiam prædoni vel furi, *l. 1. §. 39. D. h. t. l. 64. de judic. l. 13. de rebus creditis.* Si tamen rei, à prædone depoſitæ reſtitutio petatur à vero domino, æquitas ſuadet, ut ei reſtituatur. *l. 31. D. h. tit.*

C. Et omnes qui rei cuſtodiam ſuſceperunt. *l. 1 §. ſi quis ſervum. D. h. t. §. præterea. Inſt. Quib mod. re contr. oblig.*

D. *l. 1. §. fin. l 2. D. h. tit.* Eſt igitur rei perſecutoria tantùm. *§. 12. Inſtit. de act.* Habet tamen in quibuſdam caſibus perſecutionem pœnæ, ut detur in duplum, nimirum, ſi quid incendij, naufragij, ruinæ, vel tumultus cauſa ſit depoſitum, & is, à quo reſtitui petitur, inficietur, rem eſſe depoſitam. *§. ſed furti. Inſtit. de act. l. 18. D. h. t.*

Q. An

Q. An etiam ob alios caſus æquè graves, veluti, ſi propter hoſtium incurſum aliquid ſit depoſitum? Quidni?

Cùm idem jus ſit, ubi eadem eſt ratio, etiam in pœnalibus. Authen quas actiones. C. de Sacroſ. Eccl. *& cùm aliàs diſtinctio inter odioſum & favorabile lite non careat, Tyraq. de retr. t. 1. gloſſ. 9 num. 211. Gædd. ad l. 2. nu. 19. de U. S. & ſic rectè docet Jaſon. in §. ſequens. nu. 6. Schneidw. n. 33. Inſtit. de act.* Benincaſ. *in §. actionum. nu. 498. & ſeq. Inſt. de action. per c. 1. §. porrò. verſ. ſed quia. Quæ fuit prima cauſa benef. amitt. in uſib. feud. l. 32. ad l. Aquil. l. fin.* C. *ad Falcid.* Diſſ. *Fab. in d. §. ſequens. nu. 5.*

E. Si videlicet redimi nequeat. *l. 1. §. 22. §. fin. h. t.* ſi verò deterior facta ſit, petitur intereſſe, & poſt moram uſuræ, quæ etſi in obligatione non ſint, officio tamen judicis continentur: adeò, ut ſi de ijs judex non pronunciaverit, deponenti earum nomine nulla actio ſuperſit. *l. 4. Depoſiti. l. 25. §. 1. l. 19. §. 1. D. h. t. l. 4. C. eod.*

F. l 23. de R. J. §. præterea. Inſt. Quibus modis re contrah. oblig. l. 1. § 9. & ſeq. l. 7. & 32. h. tit. l. 1. C. *eod.* Dolus tamen commiſſus à debitore remitti poteſt. *l. 27. §. 3. de pact. Donell. in l. 6. Cod. de pact. nu. 6.*

G. l. 20. hic. l. 1. §. 5. de O. & A. Cujac. 22. obſ. 30. vid. p. 1. diſp. 16. th. 16. niſi pacto convenit, &c. *l. 1. §. 3. ſæpe. l. 14. §. 1. D. h. t.*

H. l. 5.

H. l.5. l.8 l.17. D. hic. Cujac. in tract. 8. ad African.

I. Quæ competit vectori, vel peregrinanti; adverſus nautam, cauponem, vel ſtabularium; iu cujus navim, cauponam, vel ſtabulum cùm divertiſſet, aliquid intulit, ſi ſit ibi deperditum, & nō reddatur. Quamvis autem omne depoſitum, rationē recipientis receptum dici poſſit. *l. 1. §. ſi rogavero; & l. ſeq. D. h. t.* ſpecialiter tamen hic receceptum dicitur, quod à vectore vel peregrino in navi, caupona, aut ſtabulo immiſſum eſt, inde fortaſſe, quòd ſufficiat res inferri, ut actio queat intentari, neque neceſſitas ſit eas expreſſim ipſorum cuſtodiæ nominatas eſſe. *l. 1. §. fin. D. Naut. caup. ſtab. Vult. 2. J. R. 8. n. 31.* Etſi verò in hoc caſu competat etiam actio depoſiti. *l. 3. §. 1. D. Naut. caup. ſtab.* Plus tamen eſt in hàc, quam in depoſiti actione, cùm actio depoſiti ſit civilis, bonæ fidei & in ea præſtetur dolus tantùm & culpa lata: Hæc verò prætoria, ſtricti juris, & in hac præter illa etiam culpa levis & leviſſima.

K l. 9. §. Labeo. De dolo malo. l. 12. §. 2. Depoſiti. Eſtque & hæc tam directa, quæ datur contra ſequeſtrum, quàm contraria, quæ datur ſequeſtro: Dicitur hæc actio etiam Depoſiti. *l. 5. §. 1. D. h. t.*

Q. An in ſequeſtrum detur etiam actio præſcriptis verbis, vel doli mali? Neg.

Per

Per l.2.3.4. de præſcript. verb. l. 7. l. 10. §. Labeo. de dolo. l. 5. §. 1. l. ſi in Aſia. § ſequens. Depoſit. Gœdd. c. 1. de ſequeſtrat. n. 152. & ſeq. Clud. de ſequeſt. c. 12. n. 32. & ſeq. Diſſ. *Coraſ. de ſequeſt. p. 3. q. 28.*

Q. An omnis ſequeſtratio ſit prohibita? Voluntaria prohibita non eſt.

I. l. 5. §. 1. l. 6. Depoſiti l. 5. fam. hercisc. l. 39. ff. de acq. poſſeſ. l. 18. de præſcr. verb. Neceſſaria regulariter omnis eſt prohibita. *l. un. C. de prohibit. ſequeſtr.*

II. Eſt ſpecies executionis Cammergerichts Ordnung. *p. 2. tit. 21. verſ.* Ob auch *Clud. de ſequeſtrat. c. 4. ab executione verò regulariter non eſt inchoandum. l. 1. C. de Exec. rei. judic.*

III. Quoniam poſſeſ. commodum nemini debet auferri. l. 6. C. unde vi l. 7. C. Ad l. Jul. de vi publ.

IV. Quoniam nec à capturâ perſonæ poteſt inchoari proceſſus. l. 2. C. de exact. tribut. Coraſ. 3. Miſc. 2. n. 60. Mynſ. 5. obſer. 35. Gail. 1. obſerv. 147. Coler. de proceſſibus executiv. p. 1. c. 2. num. 54. & ſeqq. Gœdd. in d. cap. 1. num. 83. Clud. d. cap. 4. Diſſ. *Robert. 1. ſent. 5. Cujac. in parat. C. de prohib. ſequeſtr.*

THESIS VII.

Reſtat actio ex contractu pignoris pignoratitia, quæ etiam eſt vel directa, vel contraria, A. Directa competit debitori adverſus

verſus creditorem, B. ut ſoluta obligatione & debito, C. pignus reddat, vel eo nomine, quod intereſt, præſtet, D. Contrariâ verò experitur creditor, qui in pignoris conventione deceptus eſt, aut qui damni ſumtûſve in pignore fecit, E.

A. Duar. cap. 2. de pignor. act. arg. Rubr. D. de pignorat. act. vel contra. l. 16. §. contrariam. d. tit. Zaſ. in §. actionum. num. 7. Inſtit. de action.

B. l. 11. C. l. 11. D. de pignorat. act. §. final. Inſt. Quib. mod. re contrah. obligat. ubi DD. item adverſus heredem. *l. 10. C. de pignorat. act.*

C. l. 9. §. 3. de pignorat. act. l. 11. l. 19. C. de uſur. l. 10. l. fin. C. de pignorat. act. l. 9. de ſolut. l. 20. de pignor. Non igitur oblatione nuda pignus liberatur, niſi ſit judicialis. *Vid. p. 1. diſput. 6. th. 17.*

D. l. 9. § fin. l. 24. § 2 D h. t.

E. l. 8. l. 16. §. 1. l. 31. D. h. t. Cujac. in tr. ad African. in explic. d. l. 31. Duaren. h. t. cap. 9.

THESIS IIX.

Nunc ad condictiones ex contractu conſenſus, & primo ex contractu emtionis & venditionis, ex quo duæ naſcuntur actiones, directa utraq; , nimirum actio emti, & actio venditi. A. Illa datur emtori, ejusq; heredi adverſus venditorem, ejusq; heredes, ſoluto

ſoluto precio; B. ut rem vacuam tradat: C. Hæc venditori, ejuſque heredi competit adverſus emtorem, ad conſequendum omne, quod ab emtore præſtari oportet: D.

A. l. 11. & t. t. de act. emt. Oldendorpius claſſ. 4. act. 1. Vultej. 2. J. R. 9.

B. l. 19. de contrah. emp. aut ſi aliàs venditori volenti ſatis factum fuerit. *l. 2. §. 1. de reb. cred. l. 16. C de ſolut. l. 53. de contrah. emt. l. 83. §. 2. de liber. cauſſ. Cujac. 24. obſerv. 15. Wurmbſer. 1. pract. obſerv. 31. cap. 3.*

C. Vide p. 1. diſp. 6. th. 31.

Q. An autem venditor teneatur præcisè ad rei traditionem? *Vide p. 1. diſput. 18. th. 3.*

D. Puta ad pretium, uſuras poſt diem traditionis, & moram. *l. 13. §. 28. & ſeq. l. 51. de act. emt. Mynſ. 4. obſ. 56.*

THESIS IX.

Sequitur condictio ex contractu locationis-conductionis, quæ & ipſa duplex eſt, utrinque directa, una locati; altera conducti, A. Illa competit locatori, B. contra conductorem, ejuſque heredem: & in eam venit mercedis perſecutio, C. ac damnum dolo & levi culpa datum; D. Hæc datur conductori, ejuſvè heredi adverſus locatorem; ut lice-

ut liceat re conducta uti; aut ſolvatur id; quod intereſt, E. ut reficiat locator domum locis neceſſariis, F. ut damna, quæ ob rei locatæ vitium paſſus eſt, præſter, G. & deniq; ut, quod ob eam impendit conductor, à locatore recuperare poſſit, H.

A. Rubr. D. locati.

B. Prædij alicujus, vel alius rei, vel operæ. *l. ſed addes, §. ult. l. qui operas. locati.*

Q. An autem famulo, qui operas ſuas anno locavit, ſi per valetudinem eas aliquandiu non exhibuerit, integra merces debeatur? Interpp. noſtri ancipiti quæſtionis exitu diſtrahuntur. Quamvis autem receptior ſit opinio, non deberi, eaque nos uti, vulgò probatum ſit: *Bartol. ad l. final. §. item. D. h. tit. Jaſon ad l. die functo. n. 48. de offic. aſſeſſ.* Utilitas tamen ſuadet, totius temporis illos mercedem accipere, ſi per eos non ſteterit; quò minùs operæ præſtarentur, oportere. *l. cùm heres. §. Stichus. verſ. ſed etſi. de ſtatu. lib. l. 19. §. 9. l. 38. D. h. tit. Vaud. 1. q. 7.*

C. *l. 15. l. 24. D. h. t.* Quibusdam tamen in caſibus merces conductori remittitur, veluti; ſi ob caſum fortuitum, vel aliquam aliam calamitatem inſignem re conducta non poſſit uti *l. ex conducto. §. ſi vis l. 25. §. vis major. D. h. t.* item propter nimiam ſterilitatem: *c. propter ſterilitatem. ext. h. t. l. licet. C. eod. Gail. 2. obſerv. 23.* item; ſi ob juſtam ali-

quam cauſsam, puta peſtem, emigraverit. *l.27.in pr.& §.1.l.1.§ ſi penſio.De migrando.l.item quæritur.§.exercitium.D.h.t.l ſi fundus.D.eod.l.8.Ad.SC.Trebellian.l.3.Ex quibus cauſſ.major.D.h.t.*

D.l.contractus.de R.J.Vult.1.diſceptat. Schol. 15. non etiam leviſſima, vide *p. 1. diſput. 18. th.12.*

Q. An igitur tenebitur conductor, ſi domus igne deflagrârit? niſi manifeſtis rationibus probatū fuerit, ipſius negligētià factū eſſe incendium, non tenebitur. *l.9.§.3.D.hic. Mynſ.6.obſ.88.Gail.2.obſ.21. Vide omninò. Job. Cephal.conſil.362.& eleganter Rauchbart.p.2.q.10.* multò minùs caſu fortuito. *l.9.& 11.D.h.t.l.8.C.eod.*

E. *l.7.l.8.l.9.D.hic.Pac.cent.5.q.10.*

F. *l.15.27.h.Weſeb.in parat.ibid.n.16.*

G. *l.19 §.1.h t.l.28.C.eod.*

H. *l.ſed addes.§.inquilinus.D.h.tit.Oldendorp.claſſ.4.act.9.*

THESIS X.

Ex contractu ſocietatis naſcitur actio, quæ dicitur pro ſocio, A. utrinque directa, B. quæ competit ſociis tam finità, quàm ſtante ſocietate, C. adverſus ſocium, non quidem in ſolidum, ſed quatenus ſocius facere poteſt, D. Venit autem in hanc actionem dolus, culpa lata & levis, E.

A. Vel

A. Vel ex formula, qua concipiebatur, vel ex objecto, quòd plerumque detur de eo, quod geſsit ſocius pro ſocio. *l. 65. §. 13. D. pro ſocio ex formulâ. Nam non agitur eâ pro ſocio, ſed pro ſe, Donell. in rubr. de condict. ex lege num. 3.*

B. §. ex quibusdam. Inſt. de pœn. temer. litig. Quia res communis eſt omnium æquo jure & pari, nec potior unius ſocii ratio eſt, quàm alterius. *Cujac. in parat. D. eod. Vult. 2. J. R. 9. num. 37.*

C. Finitâ quidem regulariter. *l. tam diu. & ibi gl. C. hic.* ſtante verò per anomaliam. *Vult. d. cap. 9. num. 44.*

D. Hoc enim ſummam rationem habet, cùm ſocietas quodammodo jus fraternitatis in ſe habeat. *l. 63. D. pro ſocio.*

Q. An igitur fratri à fratre convento idem beneficium competat, valde in controverſiam vocatur? Nos affirmativam tueri non verebimur. *l. 16. cum l. ſeq. de re judic. Johann. Faber. in §. antepenult. Inſtit. de action. & ibi Donellus.* Diſſent. *communiter. DD. Accurſius. Bartol. Baldus in l. 63. D. hic. Zaſius in l. 16. de re judic.*

E. Ita quidem, ſi culpa ſit in faciendo; ſi enim in non faciendo ſit culpa, tenetur ſaltem de latâ. *l. 52. §. 1. l. 21. l. 23. l. 25. l. 26. l. 96. l. 72. D. eod. l. 23. de R. J. & ibi Bocer c. 3. num. 13. §. fin. Inſtit. hic. & ibi Cujac. in notis. Donell. 13.*

comm.16. Si quid tamen caſu perierit, id ſocius non præſtat.*l.52.§.damna.D.pro.ſoc.Donel.d.loc.*

THESIS XI.

Reſtat de his actio mandati, quæ ex parte una directa eſt, ex altera contraria, A. Directa datur mandatori, ejúsve heredibus, B. contra mandatarium, ejûsve heredes, ad id, quod ejus intereſt, C. Perſequimur autem hac actione dolum & culpam etiam leviſſimam; D. eaque condemnatus mandatarius fit infamis, E. Contraria datur mandatario, ejûsve heredi, ad repetendum omne id, quod ex mandato mandatario abeſt, F. niſi fortuito caſu abſit. G.

A.l.19.D.h.t.

B.§.ſi adhuc.Inſtit.eod.l.27.§.morte.D.h.tit.

C. Quod mandatum non fuerit expletum, vel non eo modo, quo erat mandatum.

l.8.§.Mandati.D.h.tit.l.ad comparand.C.eod.

D.l.à procuratore.C.Mandati.l.in re mandata.C.h.tit.l.contractus,de R.J.Pac.4.ἐναντιοφ.83.Vult.d.diſcept.15.

E.l.6.§.5.de his, qui not.infam.§.ex quibusdam.Inſt.de pœn.tem.litig.Weſenb.hic.num.10.Duaren.hic.c.2.

F.l.12.

F. *l. 12. §. 7. & 9. l. 54. §. fin. D. h. t.* ſi videlicet quod ſumtus in exequendo mandato fecit. *l. 10. §. 9. l. 12. D. h. t.*

G. *l. 11. §. contrario. l. 10. §. idem Labeo. l. 26. §. non omnia. l. 54. §. fin. D. h t. l. 4. C. eod. Cujac. 17. obſerv. 29. Faber. 3. conject. 5.*

THESIS XII.

Ex verborum obligatione naſcitur duplex actio: Condictio certi, ſi certa res in ſtipulationem deducta ſit; & actio ex ſtipulatu, ex incerta ſtipulatione, A. Datur autem utraque ſtipulatori, ejusque heredibus adverſus promiſſorem; ejusque heredes, B. Veniunt autem in utramque actionem ea, quæ ſunt in obligatione dare, facere, C. & fructus poſt litem conteſtatam percepti, D. non uſuræ, nec aliæ acceſsiones, E. Dolum verò & latam culpam & levem, quæ in committendo conſiſtit, promiſſor præſtat, non levem, quæ in omittendo, multò minùs caſum fortuitum. F.

A. *§. 1. ubi Interpp. omn. Inſtit. de V. O. l. 74. l. ſeq. D. h. t. l. ſcire. C. h. tit. ubi Salyc. Cyn. & reliqui. Gœdd. de contrah. ſtipulat. cap. 11. concluſ. 1.*

B. Pro portione hereditaria, niſi individuum ſit naturâ & jure, id quod debetur. *Gœdd. d. cap. 11. concl. 11. d. §. cum ibi not. Inſt. de V. O. §. ſic itaq; cum ſeq. & ibi Interpp. Inſt. de act.*

C.l.un.C de rei uxor.act.Gœddæus dict. cap. 11. concluſ.3.Illud controverſi juris eſt.

An ex faciendi ſtipulatione quis præcisè teneatur ad factum, an verò ſufficiat, ſi præſtet intereſſe.

Vide part.1.diſput.17.th.6.

D.l.38.de uſur.l.3.C.eod.Donellus de fruct. cap. 3.Gœdd.ad l.73 num.5.de V.S.& d. cap. 11. concluſ.8.

E.l.1.C.de condictione indebiti l.lecta, de rebus creditis.l.3.C.de uſur. Donell.in §.28.n.31. Inſtit de act.Gœdd.d.cap.11.concl. 9.

F.l.23.33.l.82.de rebus creditis.l.91.& ibi Cujac.& Donell. de Verb Oblig.Gœdd.d.cap.11.concluſ.4. Diſſent.*quoad levem culpam, quæ in omittendo verſatur, Caſtrenſ.Bart.Jaſon,& alii, in l.61.de Verb.Obl.*

THESIS XIII.

Supereſt actio chirographaria, quæ eſt condictio ex literis orta, competens chirographum habenti, adverſus eum, qui chirographum dedit, ejúsve heredem.

Vult.2.Jurisprud.Rom.11.Donell.14. comm. 37.& ſeqq. Habet autem locum literarum obligatio in ſola pecunia, aut re credita. *l. in contractibus, juncta l.adverſus.C.de non numer. pecun.t.t.Inſtit.de lit.obligat.Donell.dict.cap.37.* Obligatur verò reus confeſſus ex cautione

pecuniæ

pecuniæ mutuæ poſt biennium, quo ſiluit, eatenus, ut quamvis paratus ſit probare, ſibi pecuniam numeratam non eſſe; tamen exinde non audiatur.

I. *Quoniam aliàs non eſſet literarum obligatio contra* §. *fin. Inſt. de obligat. & t. tit. Inſt. de liter. oblig.*

II. *Quoniam differt cautio mutuæ pecuniæ ab aliis cautionibus, ut ſuperiùs habuimus.*

III. Per *l. ſi intra, in fin.* C. *de non numer. pecun ibi. omnimodò.*

IV. Per *dict. l. in contractibus.* § *ſuper.* C. *de non numerata pecun. Donell. dict. lib. 14. c. 38. Anton. Uſill. in* §. *omnium nu. 12. & ſeqq. Inſt. de Act. Duaren. ad tit. C. de non nu. pecun. c. 4. Weſenb. ad tit. Inſtit. de liter. oblig. nu. 2. Fachin. lib. 2. cont. cap. 81. & ſeq. Franciſc. Herculan. de probat. negativ. num. 27. & ſeqq.* Diſſent. *gloſſ. Bartol. & Dd in l. 3. C. de non numer. pecun. & in Inſt. ad h. tit. Broncborſt. cent. 1. aſſ. 68. Vide Zanger. De except. p. 3. cap. 12. num. 24. & ſeqq. ubi dicit noſtram ſententiam de jure veriorem, & alios plures allegat.*

DISPUTATIO SEXTA.

DE CONDICTIONIBUS ex contractibus innominatis, impropriis alienis, ex obligatione prætoria, ex contractuum adjunctis, & ex lege.

Reſpondente

M. HELIA HEIDENREICH, Nerlingenſ.

CONTINUATIO.

HActenus de condictionibus ex contractibus nominatis & veris; reſtat, ut videamus eas, quæ competunt ex innominatis & impropriis contractibus; & alias, naturam contractus vel ſapientes, vel concernentes.

THE-

THESIS I.

Ex innominatis contractibus, A. ijsq; ſolis, B. datur actio præſcriptis verbis, C. tàm æſtimatoria, D. & ex contractu permutationis, E, quàm do ut des, F. do ut facias, G. facio ut des, H. facio ut facias, I.

A. Quinam ſint innominati contractus, & quomodo diſtinguantur à nominatis, nondum omninò conſtat. Exemplis enim magis, quàm definitionibus, hoc in legibus declaratur.

Q. Veritas tamen eſt, nominatos contractus ab innominatis ſecerni, quòd nominati præter genus nomen aliud ſibi ſpecialiter aſſumſerint, & certos ac determinatos fines, id eſt, certam, determinatam, ſpecialem, ac propriam formam habeant, modò duæ iſtæ notæ conjunctim adſint & conſiderentur. Itaque is eſt contractus innominatus, cujus alterum abeſt, aut proprium nomen, aut propria differentia.

l. 1. de rer. permut. l. 1. de æſtimator. act. l. 1. l. 2. l. 5. de præſcrip. verb. l. 7. de pact. §. actionum, Inſt. de act. l. ſive apud C. de tranſact. & ibi. Bartol. Mozz. d. contract. t. de div. contr. n. 9. Gœdd. de contrah. ſtipul. c. 1. concl. 3. num. 40. & ſeqq. Diſſent. *Coraſ.* 1. *Miſc.* 23. *num.* 5. *& ſeqq.*

Doctores quidem communiter hos contractus inde diſcernunt, quod liceat in contractib. innominatis regulariter pœnitere; non etiam in nominatis: deinde, quòd ex nominatis contractibus, quamprimum in eſſe fuerint producti, detur actio; ex innominatis non niſi ſecuto implemento. Verùm utraque nota laborat ſuo vitio, veritateque deſtituitur, ſi nos verum ſcimus. Primam quod attinet, committitur in ea fallacia non cauſſæ ut cauſſæ; non quod liceat in innominatis contractibus, ex parte actoris qui implevit, pœnitere nonnunquam; ſed quod hæc cauſa non ſit, quoniam ſunt innominati. Nam & in contractibus nominatis quibuſdam pœnitere licet, quibus naturâ ſuâ pœnitendi facultas ineſt, ut in ſocietate. *§. manet Inſt. de ſociet.* in mandato. *§. rectè Inſt. de mandat. l. 12. §. ſi mandavero. l. 15. D. mandati.* in depoſito. *l. 1. §. pen. Depoſiti, &c.*

Altera triplici laborat vitio.

I. Quoniam etiam nominati contractus, non ſecuto implemento, non pariunt actionem, *l. ſi rem §. omnis, de pignorat. act. l. 6. C. de pact. int. empt. & vendit.*

II. Quoniam ex contractib. etiam innominatis, quamprimum in eſſe fuerint producti, actio datur, *l. 5. juncta. l. 15. de præſcript. verb.*

III. Quo-

III. Quoniam aliàs nullus contractus realis eſſet nominatus, neq; qui ſub conditione initur, vel die. *l. obligationum.44. de O. & A. L. cedere diem, de V. S.* Hæc omnia ſic eruditè pro more ſuo docet & explicat Gœdd. *d. cap.1.nu 53.* Diſſ. *DD.com. Bart. & Garz. in l. 7. de pact. Padilla in l. 5. §.1. nu.18. & ſeqq. de præſcript. verb. Jaſon. in l. fin. nu.15. de condict. cauſ. dat. Gomez.2. Vari. reſolut. cap.8. Coraſ.1. Miſcell. 13. Henric. Heydec. in l.5. de præſcript. verb. theſ. 36.40.41. & 43. Clud. de ſequeſtrat. cap. 1. nu.33.* Concipiuntur autem contractus innominati regulariter per UT, non etiam per SI. Per particulam enim SI conditio, per UT modus inducitur. *l.41. De pact. l. itaq; D. de procurat. l. à teſtatore. De condit. & demonſtrat.* Ea autem quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione. *l. ſi quis ſub conditione. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l.3. De donat. Padilla in d. l. 5. in princ. de præſcript. verb. n.16. Henric. Heydec. in d. l.5. theſ.34.* Diſſ. *gl. & Dd. Com. in l. hoc jure §. Labeo. nu.1. De donat.* Et vel hoc argumento comprobatur (liceat aliquid obiter interſpergere) veriſſimè dixiſſe Cujac. *in l. 125. de V. S.* Juriſconſultos verborum peritiores eſſe, quàm Grammaticos, & Baronem *in proœm. de divid. & indid.* proprietatem Jureconſultis eſſe peculiarem; ut majorem Jureconſultorum verbis elegantiam duriſ-

duriſſimi latinæ linguæ cenſores tribuere coacti fuerint, quàm ſua materia pateretur; & rurſus Cujacium *ad l.141. De V.S.pag.293.* Jureconſulti ſubtiliter diſtinguunt rerum vocabula, ſunt vocabulorum obſervatores, qualis dicitur Ulpianus noſter apud Athenæum ὀνομαζολήγης & Hotom.*ad princ.Inſt.de jure perſon.* Jureconſultorum ſummus circa proprietatem verborum labor eſt. Quod deſumtum eſt ex Quintiliano, *lib.5. Orat.Inſtit. cap. fin.in fine. Vide Paul Montan. de tutel. cap. 1.nu.2.& lib.1. obſ. noſtrar. c.11.&c.* Quis enim quæſo ſubtilem, quæ eſt inter particulas SI & CUM, differentiam animadvertit inter Grammaticos unquam? At Paulus eam habet. *l.46. §.pen & ult. de V.O.* nec Ulpianus diffitetur in legatis. *l. fideicommiſſa. 11. §. hoc autem. §.ſeq. de leg.3.* CUM enim ſecundariò conditionem inducit, SI, primariò. *l. 22. Quando dies legati.l.5.C.eod.Coraſ.in d.l.46.De V.O.Don.12.comm.7.* Neque tamen hunc in verbis principatum JCtis eo tribuimus modo, quo Pariſ. *Vol.2.conſ.22.* quaſi JCtis data fuerit poteſtas immutandi verba & dandi ſignificationes verborum. Nam ſignificationes verborum, quæ uſu populi conſtant, non cujusquam arbitrio vel voluntate, ne Juſtiniani quidem, potuerunt immutari. *Donell.1.comm.1.*

Cùm conſuetudo ſit domina rerum & verborum. *Gell.12.noct.Attic.13.* Verùm ea eſt

eſt ejus rei ratio; quòd magis res ipſas JCti quàm verborum naturam attenderint. An rectè? Vide quæ diſputant inter ſe Tubero & Servius. *in L. Labeo 7. de ſuppell. legat. & adde Juſt. Lipſ. cent. 2. Ep. 61. Muret. lib. 15. var. lect. c. 1. Quintilian lib. 8. orat. Inſtit. cap. 1. Hilar. lib. 4. de trinit. ubi dicit, non ſermoni res, ſed verba menti, non ei ſermo eſt ſubjectus. Atque hæc obiter in gratiam Philologorum.*

Q. Nunc ad rem, ubi quæritur ulterius, An pactum nudum ſit innominatus contractus? Neg.

Nam pactum non habet in ſe negotium ſive cauſſam: At innominatus contractus habet cauſſam & negotium: l. 7. §. 1. de pact. l. ſolent. 15. de præſcr. verb. Diſſent. *Bald. in l. lecta ff. ſi cert. pet. Dec. ad rubr. C. de pact. nu. 7. Padilla in d. l. 5. in pr. nu.* 19. Sed an transactio ſit innominatus contractus? Negam. *Quoniam eſt nudum magis pactum. l. 1. l. 2. De transact. l. ut reſponſum. l. age.* C. *eod. & per ſe conſiderata remedium expediendarum litium atque ita diſtractus. Gœdd. de contrahen. ſtip. cap. 1. n. 54.*

Q. An donatio poſſit innominatis contractibus annumerari? Quatenus poſſit, habuimus.

Part. 1. Tract. Juſtin. diſp. 10. th. 2. Adde Sichard. in l 2. C. de condict. ob cauſ. Heydecc in d. l. 5. th. 33. Diſſent. *Bartol. Garz. in l. 7. de pact. Padill. in d. l. 5, in pr. n. 5.* An dotis conſtitutio?

Qua-

Quatenus per contractꝰ innominatos nonnunquam celebratur. *Nam dotis conſtitutio, ſicut donatio, nonnunquam fiebat per pacta legitima, nonnunquam per innominatos contractus. l. 6. C. de dot. promiß. l. avia. 6. C. de jure dot.*

Q. An feudum, ſeu contractus potiùs feudalis? Negam.

I. Quoniam, ut bal imus, iÿ ſunt contractus nominati, qui habent proprium nomen & formam. l. 1. de rer. permut. l. 1. De æſtimat. act. l. 1. 2. 5. De præſcript. verb. At feudum hoc ſenſu ſumtum, habet à conſuetudine proprium & peculiare nomen. Dicitur enim feudum. Et propriam etiam formam habet. Eſt enim contractus fidelitatis, non emtionis, &c.

II. Quoniam ex hoc contractu non competit actio præſcriptis verbis, ſed condictio ex lege. Nam quando in lege novâ non eſt expreſſum, quo genere actionis agatur, tunc eſt agendum condictione ex illa lege. l. 1. & ibi. Donell. & aliÿ Dd. de condict. ex leg. Bartol. & DD. in l. jurisg. de pact. Clar. §. feudum q. 6. Schneid. de Feud. part. 1. nu. 24. & ſeqq. Roſenth. c. 1. axiom. 4. Weſ. c. 1. de Feud. pag. 34. Padilla in d. l. 5. de præſcript. verb. nu. 27. Heyd. d. th. 33. Schrad. de Feud. p. 2. c 2. n. 3. Zaſ. p. 1. c. 2. nu. 3. Roſenth. cap. 1. concl. 4. lit. B. & aliÿ, quos alleg. amicus meus ſingularis Wolfgangus Hirsbachius. diſp. 1. feud. th. 20. lit B. Diſſ. *Cujac. in prælud. Feudor. circ. fin. & 2. Feud tit. 8. Bald.*

8. *Bald. ad rubr. C. de rer. permut. & in l. fin C. Quando lic. ab emt. Melander diſcurſ. feud. 11. Quorum argumentis ſatis, ut opinor, eſt factum abs nobis lib. 1. de feud. cap 2. membr 4.*

Quid habendum de contractu Emphyteuticario? Obtinuit eum nominatum eſſe.

I. Per l. 1. C. de Iure Emphyteut. Vbi ſpeciale nomen & ſpecialem formam accepit.

II. Quoniam non datur ex hoc contractu actio de praeſc. verb. Ferr. in tr. de Emph. de rig. rer. Emphyteut. Coraſ. in q. an contractus Emphyteuſis ſit Jurisg. an civilis. Clarus de Jure Emphyt. q. 2. & 47. Weſenb. de jur. Emphyt. cap. 1. nu. 6. Padill. d. l. 5 nu 22. Diſſent. *Bald. in l. ult. Quando lic. ab Empt. diſced.*

An autem competat ex hoc contractu condictio ex Lege? *Vide infr. hac. diſput. th. ult.*

B. Q. Non etiam ex nominatis, neque ex pactis contractibus adjectis.

I. Quoniam cum deficiunt vulgaria atque uſitata actionum nomina, praeſcriptis verbis agendum. In quam neceſſe eſt confugere, quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullae jure Civilis prodita ſunt. l. 2. l. 3 de praeſcript. verb.

II. Quoniam pacta adjecta ſunt pars ejus contractus, cui adjiciuntur, aut certè magnam cum eo confinitatem habent.

III. Quo-

III. Quoniam non opus eſt nominatis contractibus hanc actionem adjungere; cùm illi ex ſe & nomine ſuo pariant actionem.

IV. Per l.72.l.75.l.79. de contrahen. Empt. l.6.§.1.l.11. De act. Empt.l.5.§.1.l.12.§.1. Depoſiti. l.4. in pr. De lege commiſſor.l.16. de in diem addict.

V. Vtiles actiones deficientibus directis dantur. l.4.§. ſi duæ Com.div.l.8.§. ſi convenerit. D. ad Velleian. l.1.§.18. De exercit. l.9.l.13. de O. & A.l.18.§.1. de judic. At actio præſcriptis verbis eſt utilis. l.6. C. de transact. l.2.§.2. junct. l.14. De precar. Et l.15. de præſcript. verb. l. rebus. C. de rer. permut. Donell. 14.com.34. & in tract. de præſcr. verb. cap. 21. & ſeqq. Cujac. in l.7. de pact. Dabitur igitur deficientibus directis. At hic directæ non deficiunt. ll. alleg. Non dabitur igitur actio præſcriptis verbis. Vide tract. meum de pact. cap. 8. part. 2. membr. 1. p. 236. & ſeqq. ll. 1. ubi Coſtal. D. h. t. Donell. de præſcr. verb. c. 2. Connan. 5. com. 2. Alciat. 5. Parad. 1. Cujac. ad l. 7. de pact. Borch. c. fin. de pact. nu. 55. Hotom. in conject. de præſcript. verb. pag. 179. & 6. obſ. 14. Bronch. cent. 1. *aſſ.* 27. Diſſent. *Cyn. in l. ex placito C. de rer. permut. & Jaſon. in l. bonæfidei C. de pactis. & præſertim Fachineus lib. 2. controv. cap. 98.*

Q. Non igitur dabitur etiam in ſequeſtrum.

Vide ſupr. diſp. 5. th. 6. lit. K.

C.ii.

C.t.tt.de præſcript.verb.t.tt.C.de rer.permut. & præſcript.verb.

Q. Unde autem, & cur hæc actio præſcriptis verbis nominetur, non eſt prorſus prælium caprinum, ut malè videtur *Heydeccio in d.l.5.th.9.* Atque de eo multi, præclari viri diſputârunt multùm.

I. Opinio Cujacij *in notis inſt. de locat. & conduct.* quem ſequuntur Ægid. Hortenſ. *ad rubr. de præſcript.verb.pag.30.* & Padilla *in d.l.5.§.1.n.11.* Hi putant actionem hanc præſcriptis verbis ideo dici, quòd detur ex præſcripto verborum, quibus uſi ſunt contrahentes, ſeu ſecundum præſcripta conventionis verba. Sed hæc opinio refutatur.

I. Quoniam hoc modo non actio præſcriptis verbis dicenda eſſet, ſed ex præſcriptis verbis.

II. Quoniam hoc modo omnes actiones, quæ ex pactis continenti appoſitis contractum informarent, præſcriptis verbis dicendæ forent. contra tradita in lit. B.

III. Quoniam & in commodato nonnunquam utendi modus præſcribitur, & ſecundum eum actio inſtituitur. *l. 17.§.3. D. commodati,* nec tamen agitur actione præſcriptis verbis, ſed actione commodati directa.

II. Opin. Harmenopuli. *lib. 2. Epit.tit.3.* & ſequacium, qui, ex antèſcripta conventione has actiones nomen ſumpſiſſe ſtatuunt. Re-

 futatur

ſutatur & hæc opinio. 1. Propter eandem rationem ſuperiorem, quòd ex præſcriptis verbis eſſet dicenda. 2. Quoniam contractus innominati non ſolent ſemper ſcribi. *l. 1. §. 10. Depoſ. l. 8. De præſcr. verb.* 3. Quoniam ita non horum contractuum hæc appellatio propria foret, ſed omnium communis, qui ſcriptis comprehenderentur.

III. Opin. Hotom. *in conject. d. præſcr. verb. pag. 163. & ſeqq.* qui vult, non præſcriptis verbis, ſed præſcriptis, hanc actionem nuncupandam ideo, quod cum aliæ vulgares notis tantùm, hæ plenis & integris verbis fuerint præſcribi ſolitæ. Sed nec hæc opinio ſuſtineri poteſt. 1. Quoniam à correctionibus textuum, quantum fieri poteſt, debemus abſtinere, quatenus neceſſitas ſumma non poſtulat. Quid enim erit in libris & in omni vetuſtate certi, ſi, quoties viſum eſt, pro cōmodo & arbitrio noſtro licebit veteres & receptas ſcripturas mutare? Doctor noſter Donellus *in l. 34. circa fin. de V. O.* adde eleganter de non mutando textu. M. Anton. Delrio. *in l. tranſigere. num. 29. C. de tranſact.* 2. Poſito, non tamen conceſſo, vulgares actiones tantummodo notis conſcriptas vulgariter eſſe: at quid habendum de utilibus? in factum? Condictione indebiti? &c. 3. nego, quòd nudis notis actiones fuerint ſcriptæ,

ptæ, cauſſa enim fuit in actione exprimenda, quæ ſignis certè non potuit proponi.

IV. Opin. Baronis in manualibus *p. 3. lib. 3. pag. 283. h. tt.* & Duareni *in lib. 7. de pactis*. exiſtimantium, actionem hanc olim a Prætore conceptam fuiſſe; præſcriptis in factum, id eſt, pro modo facti, à litigatore expoſiti, verbis. Sed & hæc refellitur ex ea cauſſa, quoniam prætor non præſcribebat verba actionis. *l. 43. in fin. De hered. pet. l. 3. D. rem pupilli ſalv for. §. non autem. Inſt. de perpet & tempor. act. l. 1. §. 1. De publ. in rem. act.* 2. Quoniam hæc actio eſt civilis *l. 15. de præſcript. verb. l. 7. de pact. l. rebus. C. de rer. permut.*

V. Sententia magis, quàm opinio Donelli noſtri eſt ea, quam & nos propterea meritò recipimus, actionem hanc ita nuncupatam, quod quando ipſa editur, factum ſeu res geſta narretur, & demonſtretur, ab initio præſcriptis, ſeu anteſcriptis verbis, poſtmodum petitio ſubjiciatur. *arg. l. cum mota & l. ſi profundo 33. C. de Transact. l. 1. l. 12. l. 13. in pr. & §. fin. l. 23. l. 24. D. h. tt. l. 15. D. ad L. Falcid. § 3. Inſt. de except. Donell. in tt. de præſcr. verb. c. 21. & ſeq.*

Q. Neutiquam igitur alia rejicienda ſententia ejusdem, ſtatuentis etiam in factum actiones prætorias, præſcriptis verbis dici poſſe, & revera eſſe, ſecus quàm Cujac. aſſerit: & non ſignificatione, ſed uſu ſalutem

juris, propter commoditatem docendi, ſic illa diſtingui, ut præſcriptis verbis intelligatur ea, quæ eſt in factum civilis ex contractibus incertis prodita: actio autem in factum generis quidem nomen ſit, ut plurimum tamẽ ea dicatur ſpecialiter, quæ ex maleficiis aut quaſi, quorum nullæ ſunt jure civili appellationes, competit.

l. quia actionum. 11. D. h. tt. l. actionum. 25. De O. & A. Donell. d. c. 21. & ſeq. Diſſent. *Cujac. ad l. 7. De pactis pag. mihi 17.*

Q. Cæterùm eſt hæc actio non prætoria, ſed civilis.

Ut habuimus antè paulò per l. 15. De præſcr. ver. l. 7. §. 2. de pact. l. rebus. C. de rer. permut. l. 33. C. de transact. Donell. d. præſcript. verb. cap. 21. & ſeq. Cujac. in l. 7. de pact. pag. 17.

Q. Non quòd omni Jurig. ex quo ſunt omnes contractus utique inſit civile, ſeu ineptit Ægi. Hortenſ. *in tit. de præſcript. verb. pag. 30. & 48.* ſed quòd in contractibus innominatis civile negotium geratur, & quòd ad exemplum civilium actionum aliarum, hæc ſit comparata. Diſſent. *Weſenb. in parat. de pact. n. 9.*

Q. Eſt tamen non directa, ſed utilis.

1. per l. 6. C. de transact. ibi. utilis actio, quæ præſcriptis verbis rem geſtam demonſtr. 2. arg. l. 15. de præſ. verb. juncta. l. 2. §. 2. & 14. de prec. & l. 14. § 11. De furtis. Vide ſup. diſp. 4. th. ult. lit. C. Donell. in d. l. c. 23. & lib. 14. comm. 24. in fine.

Cujac.

Cujac. ad d.l.7. De pact. Diſſ. *Hortenſ. d. pag. 30. & 38.*

Q. An autem actio præſcriptis verbis ſit bonæfidei, vel ſtricti juris? Reſp. ea, quæ de æſtimato proponitur, & ea quæ ex permutatione competit, ſunt bonæfidei; aliæ omnes ſtricti ſunt juris.

Quod æſtimatoria ſit bonæfidei, probatur ex l.1. de æſtimator. ibi. bona fide: & ibi. bonæfidei judicijs. §. actionum. Inſtit. de Action. De ea, quæ ex permutatione competit, idem habetur in l.2. C. de rer. permut. & in d. §. actionum. Quod aliæ non ſint bonæfidei, patet exinde, quoniam in illo §. actionum. Inſt. de act. non recenſentur. *Suprà namque demonſtratum, alias præter in eo §. relatas actiones bonæfidei non eſſe, diſput. 1. th. 4. lit. C.*

II. Quoniam Imp. Juſtinianus determinativè loquitur, & quando dixerat actionem præſcriptis verbis eſſe bonæfidei, poſtmodum ſubjicit, non omnem eſſe bonæfidei, ſed eam tantùm, quæ de æſtimato proponitur, & eam, quæ ex permutatione competit, idquè ſatis probatur, ex his particulis, QUÆ, EA, ET. Nam EA, QUÆ, ſecundum hic cognitionem ſignificant. Priſcian. *lib. 12. pag. 446. Coniunctio verò ET aliàs fruſtranea foret & ſupervacua.*

III. Quia æſtimationis & permutationis contractus emptioni & locationi ſunt ſimilimi. l. 1. de Æſtim. l. 1. & 2. de rer. permut.

IV. Quoniam alias Imp. in eo §. eſſet ταυ]ολογ⊙- cùm actio præſcriptis verbis (generis nimir. nomen) etiam duas illas ſpecies de æſtimato, & ex permutatione ſub ſe contineat. Gomez in d. §. action. n. 7. Dyn. num. 3. & Myns. n. 8. Benincaſ. n. 591. & 600. ac ſeq. Don n. 35. & ſeq. Vult. n. 44. Harpre. ht. nu. 34. & DD. comm. D. ſl. *Hotom. in d. §. actionum. & in conj. de præſcriptis verbis pag. 191.*

D. Non eſt hæc actio prodita proprio nomine, ſed appellationem ideo nacta, quod ſit de re, quæ æſtimata vendenda data eſt. *Cujac. in Parat. de æſtimatoria.* Eſt autem hæc actio, per quam qui rem aliquam vendendam receperit, vel ipſam rem incorruptã reddere, vel æſtimationem ejus præſtare cogitur. *l. 1. in fin. De æſtimator.* adeò ut ſi ſibi retinere velit & æſtimationem ſolvere, id non poſſit ſimpliciter, quod Cujac. voluit *in d. parat.* ſed ſub diſtinctione demum Ulpiani, quæ eſt *in l. 17. §. 1 de præſcript. verb. l. 11. De reb. credit.*

E Etſi enim hunc contractum nominatum alicubi docuit Coraſ. 1. *Miſcell. 23. n.* 4. ab ea tamen opinione poſtmodũ rectè receſsit 2. *Miſc. 25 per l. 1. §. 2. de rer. permut. ibi. quod in his duntaxat receptum eſt, quæ nomen ſuum habent l. 5. §. 1. de præſcript. verb. l. 4. 6. C. de rer. permut. & ſimilib. ubi actio præſcriptis verbis datur ex permutatione*; cùm receptum ſit ab omnibus communiter, eum innominatum

eſſe,

eſſe, neque quisquam aliud docuerit niſi Fortun. Garz. unus, ut verbum eſt, nullus *Garz. in l. 7. de pact. nu. 16. & multis ſeqq.* Licet autem perpetua inter permutationem & emtionem poſſit dari differentia, *vide p. 1. diſp. 18. lib. 4* tamen eſt huic permutationi cum venditione cognatio, ut non ſolùm olim quæreretur, an permutatione rerum emptio contraheretur, verùm & hodie id contrarietate non vacet, ſi ex una parte partim res, partim pecunia detur, pro re ex altera parte; an emtio venditio ſit, an permutatio? In qua quæſtione licet quidam id obſervari velint, quod principaliter partes intendunt, ex nomine ab eis expreſſo, alii pro ratione exceſſus vel pecuniæ, vel rei reſpondeant, & de eo concludunt, quod pluris eſt: Pinellus etiam oſtendere conetur, emtionem dici, etiamſi res ſimul cum pretio data, pretium excedat: Nos tamen his omnibus relictis, permutationem in hoc caſu defendemus. *Per l. 1. de rer. permutat. l. 1. De tribut. act. l. 1. & 2. de præſcript. verb. l. 1. de æſtimat. l. 1. §. 1. de contrah. empt. Fachin. 2. controv. 44. Vide Pinellum in l. 2. in Rubr. pag. 2. cap. 2. à num. 1. ad 12. C. de reſcind. vendit.*

Q. Quid autem, ſi ſcyphos tibi dedi, ut mihi Stichum dares? Reſp. Non eſt venditio, ſed permutatio. *l. 5. §. 1. verſ. ſed ſi ſcyphos. D. h. tit.*

II. Quoniam ſi dedi tibi pecuniam, ut mihi Stichum dares, tamen id genus contractus proportione Emptionis & venditionis non eſt. l. fin. de condict. cauſſ. dat. Eſt enim dare, dominium tranſferre & alicuius facere. l. 57. in fin. de V. O. at emtio nudâ traditione contenta eſt. l. 11. De act. Empt. Et ſufficit, ſi accipiam l. 5. §. 1. de præſcriptis verbis.

III. Quoniam in emtione & venditione pretium requiritur l. 7. locati §. pretium Inſt. de Empt. l. 2. de contrah. empt. Pretium autem in pecuniâ numeratâ conſiſtit. l. Empti. C. de cõtrah. empt, d. §. item pretium. Inſtit. de empt. l. 1. de rer. permut. At, inquis, hoc modo inter verſiculum illum, ſed ſi ſcyphos, & l. fin. de condict. cauſſ. dat. non facilè firma concordia poterit iniri. Verſ. enim: ſed ſi ſcyphos dicit, ad dantem ſcyphos periculum Stichi ſpectare. Illud verò negat. l. fin. De condict. cauſſ. dat. At, inquam ego, quid obſtet? L. 5. §. 1. v. ſed ſi ſcyphos, loquitur de permutatione: l. fin. de condict. cauſſ. dat loquitur de nudâ ob rem datione: inter quæ duo tantùm, imò plus intereſt quàm inter Emtionem & permutationem. Nam ob rem datio nulla eſt, & nudam rationem naturalem ex traditione habet. Permutationem verò conventio præceſſit, quæ civilem cauſam operatur. l. 3. C. de rer. permut. Ægid. Hortenſ. de præſcrip. verb. ad d. verſ. p. 66. & ſeq. add. Coraſ. 2. Miſcell. 9. Borcholt. in cap. fin. de pact. n. 14. Diſſ. Heydecc. in d. l. 5. th. 20. Cæterùm in permutatione ſemper utrinque transferatur dominium

nium oportet,& conſequenter alienam rem dans nullam contrahit permutationm, *ut ait Pedius in l.1.§.3.de perm.Faber.6.con.9.* Diſſent. *Heydec.th.18.*

F. Q. Qui contractus omninò differt uſu juris à permutatione, non quidem juxta tradita DD.ſtatuentium, ſi ejusdem generis aut ſpeciei res dentur, eſſe permutationem; ſi diverſæ, contractum do ut des, Quæ opinio refutatur. *in l.1.de contrah.Empt.Ex verſibus Homeri.l.5.l.ult.C.ult.C.d.rer. permut.* Sed multis alijs modis.1.cauſſa. Quoniam do ut des,fit eo ſolo, ſi tibi do, ut mihi vicisſim des. Permutatio verò non eſt, niſi res viciſsim dentur, & ſic magis Do,quia tu dediſti. 2. Do ut des non deſiderat antecedentem conventionem: Permutatio verò ſine placito non fit.*l.3.C.de rer.permut.3.* Do ut des, eſt ſtricti juris: permutatio verò bonæ fidei,de quo *in lit. C. circa fin.* 4. effectu. Permutatio producit actionē ad redditionē: Do ut des ad intereſſe. *l.1.in fi.de rer.perm.l.5.depræſcr.verb.5.* Diverſitate Rubricarū, *arg.t.t.de rer.permut junctā l.5.& t.t.de præſcr.verb.Anton.Faber.6 conj 9.Vult.in d.§.actionum.Inſt.de act.Scip.Gentil.de aliment.c.26.pag.9.* Diſſent. *Pinell.ad Rubr.C.de reſcind.vend pag.2.c.1.num.10. Fort.Garz.in l.7.n.17.de pactis.Coraſ.2. Miſcell.15.Vaud.1.q.15.Donell de præſcript.verb.cap.3.Cujac.23.obſ.29.Gædd.de cont.ſtip.cap.1. num.53.Heydecc.in d.l.5.th.13.*

G. Qui cum locatione ferè coincidit, in multis tamen differt, *ut habet Heyd. th. 12. & ſeqq.*

Q. Etiam in eo, quòd locatio pecuniæ donationem requirat. *part. 1. tract. Juſtin. diſp. 18. th. 8.*

H. Q. At verò dicat aliquis, nodum in ſcirpo quæris: de eo primùm quærendum eſt, an competat ex hoc articulo, facio ut des, actio præſcriptis verbis, an magis actio de dolo? ſanè eſt hæc diſputatio de apicibus juris, & Cynus de hoc articulo refert, Deus ſcit, quod ſint in eo ignorantes. Sed nos aliorum neglectis traditionibus, non veremur cum Donello totum diſſidium componere, ac affirmare, in hoc etiam articulo, facio ut des, ſive dolus arguatur, ſive non, actionem præſcriptis verbis oriri.

At quibus fundamentis? inquis. Reſp. Non propter l. 7. de pact. verſ. dedi tibi, quo potiſſimum nititur Donellus: nam ille locus loquitur de contractu, do ut facias, arg. l. 5. §. 2. in fin. de præſcript. verb. ſed propter has ſequentes rationes.

I. Per l. 3. de præſcript. verb. ubi generaliter ex contractibus innominatis datur actio præſcriptis verbis. Atqui, facio ut des, eſt contractus innominatus.

II. Per l. ſolent. 15. de præſcript. verb. quam de contractu, facio ut des, loqui conſtat, quoniam pactum

pactum interceſſerat ob indicium, ut ſi indicaſſem, apprehenſusq́; eſſet fugitivus, tum certum aliquid daretur.

III. Per l. ſi tibi polienda. 22. de præſcr. verb. ubi non dedit ab initio, ſed pactus eſt ſaltem, ut daret, ſi is fecerit, factum igitur eſt contractus cauſſa.

IV. Quoniam ſi dolus non arguitur, procul dubio competit ex hoc articulo actio præſcriptis verbis. Ergo *etiam tùm, ſi dolus arguatur. l. 7. §. non ſolùm.* De *dolo.*

V. Per l. 5. §. 4. l. ſi gratuitam. §. cum unum. De praſcript. verb. Donell. de præſcriptis verbis cap. 10. Vult. in d. §. actionum. n. 55. Heydecc. in d. l. 5. th. 27. Diſſ. *DD. comm Gomez. in d. §. actionum. n. 29. Uſill. n. 81. Padill. Ægid. Hortenſ. & alij, in d. l. 5. §. quod ſi faciam, de præſcr. verb. Cujac. ad l. 7. de pact. Caraſ. 2. Miſc. 10.*

THESIS II.

Ex contractibus improprijs, A. competunt quinq; potiſſimùm actiones. Prima eſt negotiorum geſtorum, tam directa, quā contraria, B. Directa datur domino adverſus geſtorem, ut reddat rationem adminiſtrationis ſuæ C. Tenetur autem geſtor ad omne damnum, atq; ita de dolo, culpa lata, levi, & leviſſima, D. Contraria datur geſtori adverſus Dominum, ad repetendū quicquid eo nomine vel abeſt illi, vel abfuturū eſt, E.

A. Quos

A. Quos vulgò quaſi contractus dicunt, *de quib. in toto t. Inſt. de obligat. quæ q. ex contractu. Donell. 15. comm. 14.*

B. Competit autem, quando negotium geſtum eſt, abſque mandato ejus, ad quem pertinet, *d. §. 1. Inſt. de obligat. quæ q. ex contr. l. 3 §. fin. de negot. geſt.* An autem ratihabitio pariat actionem negotiorum geſtorum? Aut meum negotium geritur, aut non meum. Si meum geſtum eſt meo nomine, & ratum habeam, competit actio mandati: *l. ſemper qui 60. de R. J.* Si verò meum negotium non meo nomine geritur, datur actio negotiorum geſtorum. *l. 5. §. 1. De neg geſt.*

Si alienum negotium meo nomine geſtum erit, competit iterum actio negotiorum geſtorum. *l. 6. §. item quæritur, & ſeq. de negot. geſt.* Si alienum negotium alieno nomine geritur, ratihabitio nihil operatur. *l. 6. § ſed ſi ego. de negot geſt. Pac. cent. 2. q. 53. Philipp. Matthæus in l. 60. De R. J.* Diſſent. *Robert. 2. ſent. 6.* Cæterùm hæc actio illi datur, cuius intereſt hoc judicio experiri. *l. 47. de negot. geſt.* atque adeò & heredi in heredem competit. *l. 3. §. 7. de negot. geſt.* Nec refert, directa quis, an utili negotiorum geſtorum actione agat, cùm utraque ejusdem poteſtatis eſt, eundemque habet effectum: *l. 47. §. 1. de neg. geſt. Gœd. ad l. 34. de V. S. n. 12. Faber. 4. conj. 7. Cujac. 15. obſerv. 11, Treutl. p. 1. diſp. 10. th. 5.*

C. §. I.

C.§.1.Inſtit.de oblig.quæ ex q.contr.l.5.in princ. de O.& A.l.23.de R.J.

D.Quod de dolo, lata ac levi culpa teneatur, probatur.*ex.l.23.de R.J.l.11.de neg.geſt.l. 20.C.eod.*Quod regulariter etiam teneatur de leviſſima, probatur *p.1.Tr.Juſt.diſp.19.q.1.*

E.l.2.l 9.l.28.l.10.§.is autem l.45.in princ. l. 32.§.qui aliena.& §.fin. D.h.t.

THESIS III.

Secundò ex improprio contractu datur actio tutelæ directa & contraria. Directa datur pupillo finita tutela, A. adverſus tutorem, B. ad reddendam rationem adminiſtrationis ſuæ, C.Præſtat autem dolum & culpam, D.non tamen leviſſimam, E. Contraria datur tutori adverſus pupillum finito officio, F. ad conſequendum ea, quæ ipſi debentur, G.

A.l.5.§.fin.de legit.tut.l.2.C.de admin.tut.l. 12 eod.l.1.4.l.9.§.2 l.18.in fin.de tut. & rat. diſtrah.l.36.§.6.de ſuſpect.Cujac.7.obſ.7.

B.§.tutores.Inſtit.de oblig.quæ ex q.contr.l.5. §.tutela.De O. & A.

C.Atque adeò tàm commiſſorum, quàm omiſſorum.*§.fin.Inſtit.de Attil.tut.l.1.in princ. §.3.& paſſim.De tut.& rat.diſtrab.* Etſi pater in teſtamento neceſſitatem rationum reddendarum remiſerit.*l.5.§.7. De admin. tut.*

Villa-

Villalob. in comm. opin. lit. T n. 1. 28. Treutl. p. 2. diſp. 9. th. 5.

D. l. 3. §. fin. l. 4. de ſuſpect. tut. l. 1. in pr. de tut. & rationib. quin & ipſi magiſtratus de his hactenus actione ſubſidiariâ tenentur, ſi non ſunt paſſi idoneè caveri. *§. 2. Inſtit. de ſatisd. tut. & curat.* heredes tamen magiſtratuum de levi culpa non tenentur. *Vide p. 1. tr. Juſt. diſp. 5. quæſt. 4.*

E. Vide d. p. 1. diſp. 19. *q. 2.*

F. d. §. tutores. Inſt. de obligat. q. ex cont. l. 1. & t. t. de contraria tutelæ & utili actione.

G. d. l. 1. in pr. & fin. l. 3. in pr. & §. 1. d. §. 4. de contrar. tut. act.

THESIS IV.

TERTIO actio ex teſtamentis, quæ competit ijs, quibus teſtamento aliquid relictum eſt, A. adverſus heredem, vel alios, qui ex teſtamento præſtare quid juſſi ſunt, modò voluntatem defuncti agnoverint, B. ad legata & fideicommiſſa præſtanda, & tradendam eorum poſſeſſionem C.

A. Puta legatarijs & fideicommiſſarijs, unde etiam actio legati appellatur. *in l. 35. de vulg. & pupill. ſubſt. Vult. 2. J. R. 13. n. 40.*

B. §. heres Inſtit. de Oblig. quæ ex q. contr. l. 3. §. fin. l. 4. Ex quib. cauſ. in poſſ. eat. d. l. 5. §. heres. De O. & A. l. 2. §. hæc C. comm. de legat. l. 108.

§. 1. de

§. 1. de legat. 1. etiam contra executorem teſtamenti. *l. ſi quis C. de Epiſc. & Cleric. Novell.* 131. *§. ſed &. Oldendorp. claſſ. 5. act. 4.*

C. *d. §. heres. l. 1. & 2. C. comm. de legat.*

THESIS. V.

QUARTO ex improprio contractu datur condictio indebiti, A. quæ conceditur ei, qui ſolvit debitum ignoranter, B. adverſus eum, cui ſolutio facta eſt, C. ad rem ſolutam, D. vel ejus æſtimationem reſtituendam E. cum omni cauſſa, F. ſi tamen ex naturali obligatione ſeu æquitate debitum ſolutum ſit, non poterit hac condictione repeti, G.

A. Condictionem eam indebiti non ex vero, ſed improprio contractu reſultare, conſtanter etiamnum defendimus, per ea, quæ habentur. *p. 1. diſp. 16. th. 13.*

Cutem verò nec hic mittunt Interpp. quando varias iterum indebiti comminiſcuntur ſpecies, & partim indebitum in naturaliter & civiliter indebitum; indebitum naturaliter, ſed debitum civiliter, & deinde indebitum civiliter, ſed debitum naturaliter partiuntur: partim quatuor ſpecies indebiti, puta naturale, civile, mixtum & exceptionis recenſent. Alij verò etiam plures adjiciunt. Quid nos? Exclamabimus? Imò diſſimulabimus, & indebitum quod dici aut jure gentium aut civili, & hoc vel ſpeciali vel prætorio defendemus.

Per

Per l.47.& 60.D hoc tit.l.19.§ fin. de donat. l. 3. §. 1. de conſtitut. pecun. Giph. de diſtribut. jur.th.95. Diſſent.gl.*Bartol.Zaſ.Coſtal.in l. 1.de condict.ind.b.Oldendor.claß. 6. act. 6.Jaſon in l. 10.C.de jur.& fact.ignor.*

B.§.is quoq; Inſtit. Quib.mod.re contrah. oblig.l.ex omnibus 54.de condict.indeb.l.1.6.7.& 9. C.eod.l.9.C.ad l.Falcid.l.7.& 10.de jur. & fact.ignor.Donell 1.comm.20. Datur etiam heredi. *l. 12.de condict.indeb.*

Q. Quid autem, ſi illud, quod quis ſolvit, debitum quidem erat, ſed non ab eo, qui ſolvit, ſed ab alio, an dabitur ei condictio? Reſpon. aut ſuo nomine quis in hoc caſu ſolvit, aut alieno. Priori dabitur ei condictio, non etiam poſteriori. *l.19.§.quamvis D.h.t.Cujac. 8.obſerv.6.Broncborſt.cent.1.aſſ 78.* In dubio verò præſumitur quis alieno nomine ſolviſſe. *Bartol.Fulgoſ.Coſtal.in d.l.19.§ quamvis.*

C.l.iis ſolis.D.eod.l.creditoris C. eod.

D.d.l.7.l.27.de præſcript. verb.

E.d.l.7.l.12.l.26.& 65.§.6.D.h.t.l. 42. de jure dot.Cuj.in Parat.C.h.t.

F. Puta fructibus & acceſſionibus naturalibus occaſione rei perceptis.

l.15.in prin.l.26.§.12.l.65.§.6.D.h.t.Donell.14. comm.18.modò deducantur impenſæ.l.33.ubi Coſtal.l.40.hîc l.48.de rei vendic.

Q. Quid autem ſi diei eventus incertus ſit, certum ſit tamen, cum omninò eventurum,

& an-

& antè eventum ſolvatur; num medij temporis interuſurium poſſit repeti? Negam. Quoniam in condictione indebiti ne quidem uſuræ veniunt regulariter. *Vide p.1. diſp. 19. th. 3.*

G. l. 3. 19. 64. D. h. t. Cujac. in not. ad §. Inſt. de jure perſon.

Q. Ei igitur, qui ad antidora obligatus eſt, non competet hæc condictio. *Vide p.1. diſp. 19. theſ. 4.*

Q. Sed nec ex pacti conventione ſolutum repeti poterit, cum ex pacto naturalis oriatur obligatio *d. diſp. q. 5.*

Ceſſat etiam condictio, quando exceptio comparata eſt in odium creditoris, ut ſi filiusfa. contra SC. Macedon. mutuum ſumſerit, & paterfam. factus ſolverit. An autem habebit locum hæc condictio in exceptione doli mali & rei judicatæ? Affirma. *contra DD. comm. Donell. 14. com. 12. per l. qui ſe debere 7. de condict. cauſſ. dat.*

THESIS VI.

Reſtat tandem ex improprio contractu actio ad exhibendum A. competens acturis qualicunq; actione, B. qui juſtum intereſſe, & probabilem cauſſam prætendunt, C. adverſus quemcunq;, qui copiam exhibendi habet, vel dolo habere deſiit, D. ut rem mobilem publicè exhibeat, quò ſibi experiendi poteſtas fiat, E.

A. Q Quæ perſonalis eſt. *l.3. §.3. ad exhibend. Coraſ 1. Miſcell.22. Althuſ.2. J. R. 9. in fin. Harprecht in §. omnium. num.9. Inſtit. de act. Oldendorp. cl.3. act.1. num. 2. Haerſolt. act.30. nu. 2.* Diſſent. *Don. in §. omnium Inſt. de act. num. 14. & 20. comm.9.*

B. d. l.3. §.3. Cujac. 5. obſ.23.

C. d. l.3. § 11. l.13. eod.

D. l.9. l.12. D. h. t.

E. §.1. Inſt. de off. jud. Althuſ. d. c.9. Oldendorp. claſſ.3 act.1.

THESIS VII.

Videamus porrò condictiones ex alieno contractu, quæ ferè ſunt duplices: vel ex contractu præpoſitorum noſtrorum veluti exercitoria & Inſtitoria; vel ſaltem illorum, qui ſunt noſtræ poteſtati ſubiecti; veluti actio quod juſſu, tributoria, de peculio, de in rem verſo.

Hæ omnes, quod ad earum ſubſtantiam attinet, cum condictionibus ſuperioribus prorſus ſunt eædem, niſi quod non ex proprio, ſed alieno contractu dentur; quodammodo tamen proprio, ſi obligationem ſpectas. *l.1. § filiusfam. D. de fidejuſſoribus. §. fin. Inſtit. Quod cum eo qui in aliena. l. fin. D. pro ſuo.* Sunt autem omnes prætoriæ. *l.1. de Inſt. act. l.1. §.7. l. ſi cum. De exerc. act. Vult. 2. J. R. 14.*

THE-

THESIS IIX.

Exercitoria A. competit ei, qui cum exercitore vel magiſtro, quem præpoſuit, contraxit, B. adverſus exercitorem, C. in id, quod cum ipſo contractum eſt, D.

A. Ab exercitore ſic dicta, tanquam eo, qui propoſuit, idque ideo, quòd magiſterianæ actionis nomen eſſet inelegans: cum aliàs inſtitoria ab eo, qui præpoſitus eſt, nomen acceperit. *Cujac. in Parat. C. eod. Gothofr. ad Rubr. h. t.*

B. l. 1. ff. h. tt. Weſenb. ibid. n. 3.

C. Item magiſtrum vel ſubſtitutum. Nam nobis eſt electio, utrum exercitorem, an verò magiſtrum convenire velimus. *l. 1. §. 17. ff. h. t. §. eadem ratione. Inſt. quod cum eo.* non autem ex omni cauſâ prætor dat in exercitorem actionem; ſed ejus rei nomine, cuius ibi præpoſitus fuerit. *l. 1. §. 7. & 20. D. h. t.* Sed ſi cum quolibet nautarum ſit contractum, non datur actio in exercitorem. *d. l. 1 §. 2. h. tt.*

D. Atque adeò tenetur aliquis in ſolidum. *§. 2. & 3. Inſt. quod cum eo,* in tantum, ut ſi plures navim exerceant, cum quolibet eorum in ſolidum agi poſſit. *l. 1. §. fin. l. 2. l. 4. h. t.*

THESIS IX.

Inſtitoria A. datur ei, qui cũ actio inſtitore vel quaſi contraxit, B. adverſus Dominum vel patrem, qui præpoſuit, C. in id,

ut ſatisfaciat contractui cum Inſtitore ex forma præpoſitionis inito, D.

A. Ab inſtitore; eo videlicet, qui præpoſitus eſt; ſic dicta, *theſ. præced. lit. A.*

B. l. 5. §. ſed & l. 11. §. 5. ff. h. tt. l. 2. 3. C. eod.

C. Adeò, ut non obſtante Macedoniani exceptione, pater in ſolidum teneatur. *l. 7. §. 11. ad Macedon.* Datur etiam in heredem pupillum, vel furioſum; neque contrahenti imputatur, quòd ſciverit dominum deceſsiſſe. *l. 17. §. 2. & 3. D. hic.* Diſſent. *Anton. Fab. 3. conj. 11.*

D. l. inſtitorem. C. de Inſtit. & exerc. act.

Q. Id controverſiæ quid habet: an factores ex contractu, tempore præpoſitionis celebrato, poſt finitum illud officium rectè cõveniantur? Negamus, niſi ſuo ſe nomine obligarint. *l. ult. hic. l. 67. de procurat. Duar. hic. cap. 4. Vide Harprecht. ad §. eadem 3. num. 16. Inſtit. Quod cum eo:* Diſſent. *Caſtrenſ. in l. 1. §. 15. num. 4. de exercit. act. Jaſ. in l. 29. num. 2. ſi certum petat.*

THESIS X.

Actio quod juſſu, A. datur ei, qui cum filio vel ſervo contraxit, adverſus jubentes, de eo, quod filiusfam. vel ſervus ex geſto negotio debet, B.

A. l. fin. C. quod cum eo. Dicitur etiam actio de juſſu l. 1. ff. quod juſſ.

B. l. 1.

B.l.1.D.h.tt. Differt autem juſſus à mandato, quod in hoc libera voluntas, in illo ſervilis neceſsitas inſit. *l.19.§.2.de neg.geſt.* & quod juſſum propriè ſuſcipiat tanquam filius: mandatum, tanquam procurator. *Cujac.ad Afric.tract.7.Althuſ.2.J.R.10.*

THESIS XI.

Actio tributoria A. competit ei, qui filiofam. vel ſervo alicujus in mercem peculiarem credidit, adverſus Dominum patrémve qui paſſus eſt eos in merce peculiari negotiari, B. in id, ut quanto minus tributum ſit quã debuerit, præſtet, C.

A. à diſtributione ſic dicta. *Weſenb. in parat.hic.n.1.*

B.l.5.§.6.hic. aliàs autem ſi neſciente vel prohibente domino ſervus contraxerit, actio de peculio domino competit, qua ſibi debitum totum deducit. *l.1.de pecul.*

C.l.7.§.1.D.h.t.§.3.Inſt.quod cum eo.

THESIS XII.

Actio de peculio A. competit ei, qui contraxit cum filiofa. vel ſervo in re peculiari, adverſus patrem dominúmve; quatenus eſt in peculio, B.

A. Dictum autem eſt peculium quaſi puſilla pecunia *l.4.l.5.in fin.l.40.D.h.t. §. actiones. Inſtit.quod cum eo.*

*B.l.3.§.ſed filiusf.de pecul.Oldendorp. claſſ.4. act.*5. Deducitur non priùs, quàm patri, familiæve debetur. *l.9.§.peculium: cum ſeqq. de pecul.d.§.act.Inſtit.quod cum eo.*

THESIS XIII.

Actio de in rem verſo, A. conceditur ei, qui cum filiofam. vel ſervo principaliter contraxit, adverſus patrem dominúmve; in cujus utilitatem res fuit verſa, B. ut quatenus in rem ipſius vel utiliter, vel neceſſariò verſum eſt, tantundem præſtetur, C.

A. Quæ actionis de peculio quædam eſt adjectio. *l.19.hic.Cujac.in Parat. C.ibid.* adeò ut una ſit actio de in rem verſo & peculio, ſed duas habeat condemnationes. §. 4. Inſt. quod cum eo.

B.l.ſi res domino §. ult. & l.ſeq. de in rem verſ.

C.*l.1.de in rem verſ.*

THESIS XIV.

Nunc ad actiones prætorias, A. inter quas eſt, *1.* condictio Triticiaria, B. ſtricti juris, C. quæ datur rei petendæ cauſſa, quæcunque

tandem

tandem res petitur, D. ſolâ pecuniâ numeratâ exceptâ, E. ei autem competit, & adverſus eum, cui & adverſus quem privata illa petitio eſt, F.

A. Quæ ex obligatione ad actionem producendam invalidæ ſunt; ex æquitate tamen Prætore adjuvante ſuſtinentur, *Vult. 2. J. R. 16.*

B. Ab autore Triticio ſic dicta, ut rectè poſt gl. Bart. & DD. docent Duare. & Hotom. *ff. hic. cùm pleræq; actiones Prætoriæ ſumant ab autorib. nomina.*

II. Quoniam alias non triticiaria, ſed triticaria eſſet dicenda.

III. Quoniam non competit de tritico ſolo, ſed de rebus omnibus, ſolâ pecuniâ numeratâ exceptâ. l. 1. D. h. t. Donell. in rubr. num. 2. & ſeqq. usque ad num. 16. & lib 21. comm. cap. 20. Diſſent. *Cujac. & Weſenb. in Parat. ff. ibid. qui à tritico ſic dictam cenſent.* Diſſent. *aliter. Molin. in tract. de uſur. quæſt. 92. n. 698.*

C. Ipſæ enim cauſſæ ſpeciales, ex quibus hæc condictio datur, pleræque ſunt ſtricti juris l. in actionibus in fin. juncta l. aliàs. ſeq. De *in lit. jur.*

II. Quoniam inter arbitrarias nusquam numeratur, neque arbitrariarum nota ulla illis tribuitur. *l. 3. & ibi. Donell. num. 18. & in Rubr. num. 18. ff. h. t. Robertus 2. anim. 4. & 5.* Diſſent. *Cujac. in parat. hic & ſub nom. Mercat. adver. Robert. l. 2. cap. 4. & 5.*

D. Seu corporalis, ſeu incorporalis *l. 1. in pr. ff. hic* ſeu certa, ſeu incerta. *l. 3. & 4. ff. h. t. Vult. 2. J. R. 16.*

E. l. 1. in pr. D. h. t. & ibi. Don. n. 9. At cur (*inquis*) triticiaria de pecunia non eſt propoſita? Reſp. I. Opin. eorum, qui id ponunt in voluntate proponentis. *Bartol. Bald. in l. 2. Don. in l. 1. n. 4. D. h. t.*

II. Opinio, quòd ad pecuniam petendam certi condictio præſtò ſit. *VVeſ. in parat. hic. n. 1. Menoch. d. recup. poſſ. remed. 3.*

III. Opinio, eaque veriſsima, quòd pecunia neque naturâ, neque conventione unquam incertæ quantitatis vel æſtimationis eſſe queat. *Gœdd. de contrah. ſtip. cap. 11. concl. 2. num. 7.*

F. Donell. ad Rubr. num. 17. D. h. t.

THESIS XV.

II. Actio cõſtitutoria, A. quæ competit ei, cui conſtitutum eſt, B. adverſus omnes, quicunque pro ſe vel pro alio ſoluturos ſe nulla interpoſitâ ſtipulatione, C. conſtituerunt, D. datur autem in hoc, ut, quod conſtitutum eſt, fiat, E. aut intereſſe præſtetur, F.

A. l. 20. de pecun. conſt. Eſt autem hæc actio prætoria. *d. §. conſtituta*, cum ex pacto veniat, quod eſt juris prætorij. *l. 1. D. h. t. l. 1. de pact.* At inquiat aliquis, quid audio; producitúrne igitur

igitur ex pacto nudo actio? Reſpon. Non producitur quidem actio ex pacto nudo jurisg. nec jure civili nec prætorio. *l. 2. §. ſed cum nulla. de pact. l. 10. C. de pact.* At legitima conventio producit actionem, & ideò interdum ex pacto actio naſcitur, *inquit Paulus in l. 6. de pact.* Legitimas autem conventiones *in d. l. 6.* latius pro civilibus ſumimus, & prætoria quoq; pacta ſub ijs exaudimus, atque poſtremas duas ſpecies exempli loco legi ſubjici ſtatuimus: quod inde probatur, quoniam legitima conventio jurisg. conventioni ibidem, non etiam civili, opponitur. *l. 5. 6. & ſeq. De pact.* prætor enim naturali æquitati favens nudam in conſtituto conventionem edicto ſuo tuetur. *l. 1. in princ. ff. h. t.* ſicuti & nudam pignoris conventionem. *l. 1. de pignorat act. l ſi tibi. §. de pignore. de pact.* Diſſ. *Anton. Uſillus qui ſimpliciter putat, ex nudo pacto quovis de jure Prætorio dari actionem, in §. conſtituta. de act. n. 21. Harprecht. n. 4. qui putat, conſtitutum non eſſe nudum pactum. Jaſon. in d. §. & in l. ſi pacto. col. 1. nu. 5. C. de pact. qui putat conſtitutum eſſe contractum nominatum, quemadmodum etiam docet Bartol. & Fortun. Garz. in l. legitima. De pact. Cujac. in l. 7. D. eod. Zaſ. ad h. §. & ibid. Gabriel Mudæus. n. 9. & ſeqq. Loriot de pact. axiom. 38. Duaren. ad tit. C. de conſtit. pecun. in princ. Gomez. n. 3. qui putat, hunc contractum eſſe mercatorum proprium. DD.*

um DD. comm. in l. legem. C. de pact. & in Rubr. de V. O. ſtatuentes eſſe contractum duplicatum, & omnes alij aliter.

B. atq; adeò tam actori, quàm vicario. *l. 5. §. fin. D. h. t. Cujac. 11. obſerv. 15.*

C. *§. conſtituta Inſtit. h. t.* Neutiquam igitur poterit ſtipulatio concurrere cum cõſtituta pecuniâ. *d. §. conſtituta.*

Q. Nam actio, quæ datur in ſubſidium, non poteſt conjungi cum illa actione, in cujus defectum datur.

l. quoties de præſcript. verb. Uſill. num. 33. Diſſ. *Butrigar. Gomez n. 19.*

D. l. 1. §. 1. de conſt. pecun. Conſtituitur enim ſemper de debito, & ne quidem omni. *l. 1. in pr. & §. debitum. D. h. t.* Datur etiam adverſus heredes ejus, qui ex conſtituto tenebatur. *l. 1. & 2. C. h. t. & ib. Sichard.* Cæterùm aliàs differentiæ multæ ſunt inter fidejuſſores & inter conſtituentes. *de quib. Main. 2. de act. 27. circ. fin. Harprecht. in d. §. nu. 14. & ſeq.*

E. *l. 1. 2. 3. 14. §. 1. 2. 3. §. fin. h. tit. l. 1. & 2. C. eod.*

F. *d. l. 14. §. 2. D. h. t. Weſenb. in parat. ibid. in fin.*

THESIS XVI.

III. Actio juratoria A. competit ei, qui juravit, deberi ſibi, B. adverſus eum, contra

tra quem juratum eſt, C. qua quis ex jurejurando legitime præſtito, id, quod ſibi debetur, adjudicari petit, D. In hac autem actione ſaltem quæritur, ſitne juratum? Jure verò, an non jure juratum, non inquiritur: E.

A. Eſt hæc actio prætoria. *l. 17. l. qui juraſſe. 26. in fin. D. de jurejur.* utilis in factum. *l. 11. in princ. & §. fin. l. 13. §. 1. l. 29. de jurejur. l. 8. C. de reb. cred.* Diſt. *Uſill. in §. item ſi quis 35. & ſeq. Inſt. de act.* in perſonam; quia competit ex jurejurando, *l. 1. & 2. l. 3. §. pen. de jurejur. c. debitores. c. veritatis. extr. de jurej.* ſeu ex conventione magis de jurejurando. *l. juraſſe §. fin. de jurejur.*

B. *§. item ſi quis. Inſt. de act. l. 9. §. fin. de jurej.* modò juraverit deferente adverſario. *l. 3. l. 9. §. fin. & ſeqq. ff. h. t.* Eadem cauſſa eſt, ſi remiſſum ſit juramentum. *l. nam poſtea in pr. ff. eod. l. actori. C. de reb. cred.*

C. Id eſt, adverſus eum, qui jusjurandum detulit, & ejus heredes. *d. l. 9. §. fin. h. t.*

D. *d. §. item ſi quis. Inſt. de act.*

E. *d. §. item ſi quis. l. 5. §. dato, de jurejur. l. 1. C. de reb. cred. l. 21. de dolo.* Unde conſtat, ſi aliquis juraverit, ex cauſsâ puta emtionis, ſibi deberi; ipſum deinceps non ex cauſſa, ſed ex jurejurando agere. Jurejurando enim exemplo judicati prior actio novatur, atque

atque hæc cauſſa jam cenſetur cur debeatur, nimirum, quoniam judicatum eſt. *l. 1. Quar. rer. act. non det. Donell. de jurejur. cap. 8. nu. 4. Vult. 1. diſcept. 7.* Quid autem ſi conſtet de perjurio ejus, qui juraverat? Reſp. Perjurii prætextu res deciſa non eſt retractanda; *quoties pars parti obtulit; licet aliud obſervetur, ſi deciſum ſit juramentum à judice delatum. l. admonendi 31. de jurejur. l. 1. de rebus credit. l. 21. de Dolo.* Neque tamen hoc modo perjurium manet impunitum, ſed jurisjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet, & juxtá quoque pœnas humanas, *l. 2. C. de rebus cred. l. 13. §. fin. l. 28. §. fin. de jurejur. d. l. 21. & ſeq. De dolo. l. fin. Stellionat. arg.* Nov. 77. *in fin. Vult. in d. §. item ſi quis. nu. 20. & ſeqq. & 1. J. R. 54. num. 47.*

THESIS XVII.

Proveniunt etiam actiones ex contractuum adjunctis, partim ex ædilitio edicto partim de evictione, A. inter quas prima eſt Redhibitoria, B. quæ reſcindit venditionem in totum, perinde atque contractus nunquam fuiſſet initus, C.

A. De quibus Vult. 2. J. R. 16. t. t. de ædilit. Edict. & Evict. & ibi. Cujac. & Weſenb. parat.

B. q. redditoria ſic dicta, *l. 21. in princ. D. h. t.* C. de

C. d. l. 21. 23. ff. hoc. tit. Redditur igitur res vendita & precium recipitur, cæteraq; omnia in integrum reſtituuntur. *l. 23. §. 4. ff. h. t. Don. cap. 5. Cujac. parat. ff. h. t.*

THESIS XIIX.

Æſtimatoria; A. qua agit emptor in hoc, ut quanto pluris emit, ignorans rei qualitatem, vel quantitatem, ad id reddendum venditor damnetur, B.

A. Ab æſtimatione ſic dicta, quia æſtimatur res; quanti revera valuerit, eo vitio quo laborabat, corrupta, ut quo pluris empta eſt, id reddatur. *l. 15. l. 44. ff. h. t.*

B. l. 34. §. 6. ff. h. t.

THESIS XIX.

De evictione competunt emtori duæ actiones, altera ex ipſo contractu, nimirum ex empto, altera ex ſtipulatu. Illa locum habet, quamvis nominatim de evictione nihil convenerit, A. Hæc ex promiſſione ſimplæ vel duplæ, B.

A. l. exemto. in pr. de act. empt. Don. cap. 2. hoc tit.

B. Ut re judicialiter evicta, emtor hic regreſſum habeat adverſus venditorem. *Mynſing. cent. 1. obſerv. 54. 56. & cent. 2. obſ. 19.*

THE-

THESIS ULT.

Concludit hunc ordinem condictio ex lege, quæ datur ex obligatione aliqua non nova, ſed ex lege nova introducta, A. quæ lex, quo genere actionis ſit agendum, non expreſſit, B. datur de donatione, C. contractu Emphyteuticario, D. & ſimilibus, E.

A. Ceu contra Bartolum deducit Donell. ad l. un n. 12. h. t. per l. 1. & 3. de petit. hered. l. 1. de condict. ex leg. ibi, ſi obligatio lege nova introducta ſit, ubi ſeries verborum hoc evincit, & ibi. introducta.

B. d. l. 1. D. h. tit.

C. l. 35. §. 5. C. de donat.

D. argum. l. 1. De condict. ex leg. cùm nullibi Zeno, qui novam huic contractui formam dedit, §. adeò Inſtit. de locat. l. 1. C. de jur. Emph. caverit, quo genere actionis experiendum ſit. Bartol. & Jaſon. in l. 1. de condict. ex l. Ferr. de orig. rer. Emphyt.

Cæterùm non pridem Henric. Heydecc. ſubtilis aliàs aliorum autorum cenſor, ita dixit; condictio quoq; ex lege locum habere nequit, cum & ante conſtitutionem Zenonis, & tempore Jureconſultorum hic contractus fuerit obligatorius, ſed datur actio in rem peculiaris, quæ interdum actio vectigalis eſt, &c. *in d. l. 5. De praeſcr. verb. theſ. 33.*

Sed

Sed dixit, ut ipſe fatetur, velut obiter, id eſt, ut ego puto, præter propoſitum, juxta juvenal. illud: Aut obiter leget, aut ſcribet, &c. Ecquis enim hoc unquam audivit fando, contractus actiones reales producere? Adverſatur expreſſè? *l. 3. l. 25. de O. & A. §. 1. Inſtit. de act l. 20.* C. *de pactis*. Dixiſſet igitur de jure Emphyteutico ſeu potiùs ipsâ Emphyteuſi competere vectigalem actionem, & admitterem. *Per l. 15. §. 26. de damno infecto. l. 1. §. fin. & t. t. ſi ag. vectig.* Quamvis & hoc ſciam, litem adhuc eſſe ſub judice, num fundi vectigales Emphyteuſes fuerint, ut videre licet apud Gœd. *in l. 27. in fin. de V. S.* Vult. 1. *Feud. 12. nu. 3. Donell. 9. comm. 13.* Quam tamen meam non facio. *Vide Valaſc. de jure Emphyt. qu. 31. ubi dicit, quod ſtatuta circa agros vectigales non ſint petenda ex tit. C. de jure Emphyt. ſed ex t. t. C. de locat. præd. civil.*

E. *Puta condictio ex l. Julia. l. dotalem. l. ſi poſtulaverit. §. pen. & fin. l. fin. ad l. Jul. de adulter. condictio ex l. Cincia. l. 21. de donat. Alia ſunt exempla ex l. ult. §. ſin autem ex contractibus. C. de petit. hered. l. generaliter. §. licentia. C de jure deliberandi. l. omni modo C. de inoffic. teſtamento.*

DISPU-

DISPUTATIO SEPTIMA.

DE RESTITUTIONIBUS in integrum, Quæ competunt jure actionis, & revocatoria Pauliana.

Reſpondente

GEORGIO CORNARIO, Peſſnicenſi Thuring.

CONTINUATIO.

ABſolutis condictionibus ex obligatione conventionis ordinarijs, reſtat, ut videamus de extraordinarijs; quibus petitur iu integrum reſtitutio; A. ob metum, dolum, ſtatum, abſentiam, & alienationem judicij mutandi cauſſa, B. & revocatoriam P.ulianam, C.

A. Qua plurifariam Prætor hominibus vel lapſis vel circumſcriptis ſubvenit. *l.1.de*

lit. de in integr. reſtit. Eſt autem in integrũ Reſtitutio amiſsæ cauſsæ redintegratio. *l. 2. C. in quib. cauſis reſt. in integr. neceſſ. non eſt.* Et peti debet coram judicibus ordinarijs & ſpecialiter de legatis. *l. fin. C. ubi & apud quem l. 16. de jurisdict. cap pen. de in integ. reſtit. Coraſ. in. l. 1. De jurud. num. 30. & 3. Miſc. 17. num 17.* non tamen coram municipali. *l. 16. § fin. cum ſeq. de mino. l. ea quæ § 1. ff. ad municip. Vaud. 1. q. 22.* Diſſent: *Accurſ. ad d. l. ea quæ, & in l. ult. verbo & veteribus in fin. C. ubi & apud quem*; nec coram Pedaneo. *Novell. 60. cap. 2. in princ. Pacius in Epit. Jur. de reſtit. in integr.* Diſſent. *Petrus Fab. in l. 105. de R. J.* Datur autem reſtitutio tum, non ſi contractus vel actus nullus ſit; ſed ſi ſervari non debet, cum ſervari, vel non ſervari, dicatur de eo, quod ipſo jure valet, non quod nullum ſit. *Vult. 1. diſcept. 16. & 2. J. R. 18. n. 7.* Diſſent. *Gœd. ad l. 21. nu. 9. de V. S.* Illud obſervatum, ne propter ſatis minimam rem, vel ſummam, ſi majori rei vel ſummæ præjudicetur, audiatur is, qui in integrum reſtitui poſtulat. *l. 4. & ibi Cuj. & Coſtal. de in integr. reſtit. l. 4. § fin. de dolo.*

Cæterum reſtitutio cum effectu debet intelligi, ut reſtitutus tum demum quis dicatur, quando res cum univerſa cauſſa, fructu & commodo reſtituitur. *l. 35. l. 73. 75. l. fin. in fine de V. S.*

Q. In tantum,ut quamvis fructus in generali petitione petiti non fuerint,tamen judex ex officio poſſit cogere reum ,ut reſtituat.

I. Quoniam reſtitutionis appellatione vi propriæ ſignificationis fructus continentur.

II. Quoniam qui ſibi reſtitui petit, traditionẽ petit.l.4.de uſur. At traditionis proprium,ut fructus contineat.l.9.de reb.cr.d.l.3 de act.empt.

III. Per l.plus eſt 22.de V.S.ubi Gœdd.num.15. & ſeqq.l.præterea. De rei vindicat. Diſſent. *Bocr.q.18.num.3.&4.& quæſt.97.*

B. Reſtitutionem minorum in hunc ordinem non referimus,quoniam hæc ſola non competit actionis jure, neque fit cognitione judicis, ſed prætoris.*l.3.§.1.ibi.uti queq; res erit (alij utiq; quæ res.alii,utiq; quæ ea res) animadvertam,id eſt, emendabo & in integrum reſtituam.Donell.21.com.6.l.24.in fin.de minorib.* Quod aliæ veniant actionis jure, probatur. *l.8.§.3.l.10.in pr.& §.1.quod metus cauſſa.l 1. §. de dolo,de dolo.l.2.§.1.de capite minutis.ibi.judicium dabo.l.1.§.1.ex quib.cauſſ.mai ibi. earum rerum actionem intra annum.l.1.in princ.de alienat.jud.mut.cauſ.ibi in factum actione.* Videamus tamen ὡς ἐν παρόδῳ utrum regula quæ habetur *in l.3.§.4.v.Prætor enim. De minoribus.*quæ majoribus in integrum reſtitutionem ex hoc capite denegat,non patiatur aliquot exceptiones? Quid enim an reſtitutio

non

non competet aliis etiam, etſi non ſint minorennes, veluti perpetuò furioſis? prodigis, quibus bonis interdictum eſt? Quid etiam de mutis, ſurdis, ſenibus Eccleſijs, Civitatibus, piis locis, hoſpitalibus, pauperibus collegiatis, communitatibus, univerſitatibus & collegiis, fiſco, Principe, &c. Quid ſi competet his, competétne tum ex generali clauſula? *Si qua mihi juſta cauſa videbitur?* An verò ex edicto minorum, ut hujus reſtitutionis natura ſervetur? Reſp. Sanè perpetuò furioſis & prodigis ex hoc de minoribus edicto reſtitutionem dandam eſſe, conſentiunt omnes. *Per l.3.C.h.t.arg.l 8.§.1.l.11.de reb.eor.qui ſub.l.9.§.7. Si cert.petat.l.2. De curator.furioſ.* Nam aliàs etiam in uſu juris (exceptis delictis) perpetuò ferè comparantur & æquiparantur prodigi, furioſi & minores. *Gœd.ad l.21.de R.& V.S.num.1.V.Dd. in l.25.de fidejuſſor.Gomez 2.reſolut.c.14.* Et hæc de prodigis & furioſis. Ad mutos & ſurdos extendit hoc edictum Socinus Senior *in l.1.de V.O.* Ad ſenes extendunt alii quoque præter Bl.non ſine ratione quidem, ſed utrique tamen ſine expreſſo textu.

Q. Ad Eccleſias, Civitates, Univerſitates, an hoc edictum extendi debeat? magis eſt controverſum? Affirmant Doctores communiter indiſtinctè.

Digitized by Google

Per cap.1.2.3.extr.de in integr.reſt.l.4.C.ex quib.ca ſ.major.l.9.de appell.l.30. C. *de Epiſcop.* & *Cler.t.t.C de jure Reip.lib.11.v.de Eccleſiis* & *rebuspubl.Panormit.in dd.capitulis extr. de in integr.reſtit.* Ant.Uſill.*in §.rurſus n.45.Inſt.de act.*ubi putat civitatem etiam contra civitatem poſſe in integrum reſtitui. Vide Sfortiam Odd. *in tr.de in integr.reſtit.quæſt.3 art.4.pag.1* Eberhard.in Top.*in loco à minore ad Eccleſiam.* De piis locis,vide Panormit.*in d.cap.1 n.15.*Marant.*p.3.ſextæ partis principalis n.85.* Guido Papæ *deciſ.333.* De hoſpitalibus, Eberhard. *in loco ab Eccleſia ad pia loca n. 2.* Felin. *in c.de quarta extr.de præſcr.*De pauperibus Bl. *in l.15.C.de fideicommiſſ.* Covarr. *1. reſolut.cap.4.*& Marant.*d.loco.*De communitatib. Alexandrum *conſ.104.*& *Mar.d.loco.* De Univerſitatibus & Collegiis, Albericum *in d.l. 4.C. ex quib.cauſ.major.* Ego putaverim *d. l. 4. C. ex quib.cauſ.major. l.22.D.eod.in fin.l.3.*C.*de jure Reipub.lib.11.l.19 De appellat.* In contractibus non habere locum, ſed in ijs caſibus, ubi forte negligentia Reipub.ejus res propriæ uſucaptæ ſunt, aut actiones tempore amiſſæ, ut adverſus uſucapionem; & alias ſpecies, reſpublica poſſit reſtitui, non etiam adverſus contractus à ſe celebrátos. Hæc ſolutio juvatur per l.1.C.de offic.eius qui vicem alicuius &c. ibi: ſi in aliquo captum eſt jus Reipubl. Idem dixerim in Eccleſia *per auth.hoc jus porrectum*

rectum C. de SS Eccleſ. De cæteris univerſitatibus, & collegiis, &c. ne quidem dixerim. Nam reſtitutionis auxilium extraordinarium eſt. *l. in cauſſa. 16. infr. h. t.* & extra ordinem ſpeciali jure civitatis conceſſum eſt. *l. pen. C. de jur. civitat. lib. 11.* Non igitur extendendum eſt. *arg. l. quod verò. de ll. cum ſimilibus.* Dixerim etiam ferè, non habere hîc locum reſtitutionem minorum, ſed aliam ex generali clauſula; *Si qua mihi juſta cauſa, &c. Per l. 22. in fin. infr. t. ſeq.* Ad l. 4. C. eod. forſan non ineptè dicam, uti rempublicam minorum jure, nimirum quoniam reſtitutionis auxilium habet, atqui propterea non protinus ex edicto minorum. Horum alia tractat eleganter Donell. *ad l. civitas 27. de rebus credit. num. 8 & 9. & 1. com. 4. circ. fin.* Sed quid de Fiſco? Fiſcum regulariter privilegiatum dicunt, & in integrũ reſtitui. Ego puto non ita facilè reſtituendum eſſe. Vide Alciat. *conſ. 513.* Nonnunquam reſtituendum eſſe, velut adverſus ſententiam. *l. 1. C. de ſentent. adverſus fiſcum latis.* Tandem quid de Principe? Ego negaverim Principem adverſus contractus in integrum reſtitui poſſe. Quæ etiam eſt communis ſententia. Guido Pap. *deciſ. 340.* Lucas de Penn. *in l. 1. Cod. de præpoſ. ſacr. cubic.* Zaſius *in l. princeps de ll.* Nam ut contractus ſerventur, jus gentium poſtulat. *l. 1. de pact. l. 1. de conſt. pec.* jure gentium verò non habemus principem. Alij tamen

men

Digitized by Google

men hoc verum dicunt, niſi ex læſione Principis reſultet læſio Reipubl. Rolan. à Valle *lib. 2. conſ. 1. num. 168.* non abſurdè quidem. Sed à quo reſtituetur? an à ſemet? an à Camera in noſtra reipublicæ forma? an ab Imperio toto? *cogitate.* Cæterùm illud etiam circa reſtitutionem, ex capite minorennitatis notandum; quod is qui petit reſtitutionem, ætatem probare debeat. *l. 13. l. 39. De minorib. c. conſtitutus extr eod. l. 4. C. de reſtit. in integr. l. 3. l. fin. C. ſi minor. ſe major.* Non enim præſumitur minor ætas, niſi probetur. *l. 5. l. 13. De probat.* Probatur autem ætas verè vel præſumtivè. Verè, teſtibus & inſtrumentis. Teſtibus veluti per obſtetrices. *l. 3. §. duæ. De Carbon. ed.* Item per parentes. Bartol. *in l. 2. § 4. De excuſat.* an etiam per cognatos? Affirm. Bartol. qui idem extendit ad amicos, vicinosque. Non tamen ita urgenter probare refert Rebuff. *in tr. de in integr. reſt. art. 1. gl. 3. num. 3.* Fit etiam inſtrumentis. *arg. l. 25. C. de fide Inſtrum. l. un. C. de mand. princ. Bartol. in l. 1. C. ſi minor ſe major.* Veluti per inſtrumenta publica magiſtratuum, Notariorum; item per librum Plebani, in quo ſcribuntur ſinguli qui naſcuntur & baptizantur. *c. ad audentiam extr. de præſcript.* Item per inſtrumenta dotalia, quam tamen non neceſſariam probationem dicunt. *arg. c. tanta 6. extr. qui filij ſunt legitimi.* Item ex libro patris, in quo na-

tales

rales liberorum ſuorum conſignavit. *argum. l.pen.De probat.* Præſumtivè probatur ætas per aſpectum. *arg.l.32.De minoribus*. Veluti ſi quis barba ſit ſat prolixa. Quanquam Bart. & Bald. hanc levem probationem eſſe dicant. De his plura diximus. *ad l.32.de minoribus.* Vide etiam Duennam *in tr.regul.reg.258. Menoch.2.de arbitr.judic.quæſt.c.2.q.116.& 117.* Pacian.*lib.2.de probat.24.*Donel.*15.comm.14. &c.*

C. De qua hic meritò, quoniam naturam reſciſſionis & reſtitutionis ſapit. *arg. l.35. de O.& A.* & quia fraus à dolo non multum abeſt. *l.1.§.1.De dolo.l.25.de inoff.teſtam l.3.in fin. D.pro ſoc.*

THESIS I.

Prima eſt actio, quod metus cauſſa. A. quæ competit ei, qui damnum paſſus eſt per metum illatum, B. qui in virum conſtantem cadit, C. qua reus, D. niſi reſtitutio fiat, E. intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum condemnatur, F. quia tamen difficilis eſt metus probatio, judicis arbitrio erit permittenda, G.

A. Eſt hæc actio perſonalis. *§.præterea.Inſt. de act.* Cur igitur alibi dicitur in rem ſcripta. *l.9.§.fin.D.h.t.* Reſp. Aliud eſt actionem in rem dici, & aliud in rem ſcriptam. Et in rem dicitur id etiam, quod generaliter eſt conceptum *l.7. in §. pactorum.*

De pact. leg. 5. §. fin. Ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur. l. 2. §. 1. De doli except. Vide Baron. Cujac. Gothofr. & quæ nos notavimus *ad d. l. 9. §. fin.* adde Donell. *15. com. 38. pag. 511. Pac. cent. 2. q. 72.* Regulariter autem poſt annum non datur. *l. 14. §. 1. & ſeq. D. h. t.* Et eſt arbitraria. *§. præterea. Inſt. de act. d. l. 14. §. 4. ff. h. t.*

B. l. 9 D. h. t. Metum autem accipiendum refert Ulpian. non quemlibet timorem, ſed majoris malitatis. *in l. 5. ff. h. t. Vide lib. 1. obſ. noſt. c. 9.*

C. Metum enim non vani hominis, ſed qui meritò & in hominem conſtantiſſimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicimus. *l. 6. ff. h. t. l. 6. 8. 9. C. eodem.* Non igitur admittendus eſt metus infamiæ, aut alicujus vexationis. *c. 6. hic. c. 28. de ſpoſ. l. 7. in pr. h. t. l. vani. de R. J. Gail. 1. de pac. publ. 7.* Neq; minæ tribuunt hoc remedium, niſi capitales ſint, & ab eo, qui eas exequi ſolet, effulæ, licet aliàs ſufficiant ad cautionem de non offendendo, ſi non ſint eluſoriæ. *l. 5. C. de his qui ad Eccleſ. arg. l. 6 l. 8. l. fin. C. eod. l. 7. l. pen. D. h. t. Gometz. 3 reſol. 6. n. 16.* Neque propter metum reverentialem, quem dicunt, id concedi ſolet. *cap. præſens. 20. q. 3. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. l. 3. §. 1. D. quod met. cauſ. l. 3. §. 1. de injur. l. 1. C. Qui bon. ced. Gail. 2. obſ. 93. num. 2. Schrad. ad rubr. C. hic. nu. 6.* Diſſent. *Boër. deciſ. 349. n. 6.*

Q. Quid autem ſi quis in adulterio deprehenſus, tradiderit ob juſtum metum, an reſtituetur in integrum? Affirm.

l. 7. *&* 8. *D. h. t.* & quæ ibi Cujac. Fr. Modius & noſmet diximus: adde Duar. *ad h. t. cap.* 1. *Pac. cent.* 2. *q* 69. Cæterùm juſtus metus eſt, non ſolum ſi quis majora mala in ſe veritus ſit, ſed etiam ſi in ſuis liberis. *l.* 8. *§. fin. D. h. t.* Nam ut Hieronymus ait, Dulcior eſt parentibus filiorum vita; quam propria.

D. Quod non ſaltem ad perſonam, quæ metum læſo incuſſit, reſtringendum eſt, ſed ad heredes ſeu ſucceſſores eſt extendendum, cùm & in eos, in id, quod ad eos pervenit, competat, *l.* 15 *l.* 16. 20. *h. t. Weſenb. in parat. nu.* 4. Et hoc caſu ſi competat adverſus heredem, eſt perpetua. *l.* 19. *D. h. t.* Nam tum eſt rei perſecutoria. *l.* 3. *§.* 1. *De vi & vi arm.*

E. Intra menſes quatuor à ſententia. *arg. l. fin. C. de uſu rei judic.* Diſſ. *Bartol. ad l.* 2. *C. de execut. rei judic. & pleriq; ibid.*

F. l. 8 *§. ex hoc edicto. l.* 14. *§.* 1. *& ſeqq. hic. l.* 4. *C. eod.* Quadruplatur autem res cum fructibus & omni cauſſa. *d. l.* 14. *§.* 1. *ff. h. t. l.* 12. *in princ. D. eod. l.* 10. *§. per hanc. Quæ in fraud. credit. l.* 3. *C. de condict. ex lege. l. quidam. De reb. cred. §. quadrupli. Inſt. de act. Gœd. ad l.* 177. *de V. S. n.* 5.

Q. An autem id una ſententia expediatur? Neg. Nam duas in hac actione ſententias requirimus.

l. item ſi cum 14. §. 1. & §. hæc autem. ff. h. t. §. item actio. Inſtit. de act. Weſenb. in paratit. hic. nu. 6. Donell. ad §. Præterea. 31. n. 2. inſt. de act. Diſſ. *Zaſ. Jaſ. Fab. Schneidw. in §. quadrupli. Inſt. de act. Cujac. in l. 14. D. h. t.*

G. Ut is ex perſonæ qualitate, rerumq; circumſtantijs metum æſtimet. *l. 2. ex quib. cauſſ. major.* cum alij ſint alijs timidiores, & natura mulieres faciliùs commoveantur, quàm viri. *gl. in cap. cùm locum 4. de ſponſalibus & ibi. Dd. Vide omninò Clud. de ſequeſtrat. c. 5. caſ. 7. n. 42. & ſeqq.*

Thesis II.

Secunda ſpecies eſt actio de dolo, A. quæ datur ex ſimplicitate ſua decepto, B. alia actione deficiente, C. adverſus doloſum & decipientem, D. in id quanti ea res eſt, E.

A. Malo, quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant: maximè ſi adverſus hoſtem, latronémve quis machinetur. *l. 1. §. 3. de dolo malo. l. nihil intereſt. 26. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Sicut enim helleboro utimur in morbis periculoſiſſimis, ita & mendacio in cauſſis graviſſimis. Plato *lib. 2. de Republ. & lib.*

lib.3. de Republ. & lib.5. de Republ. Quid enim ſi quis dux hoſtem deceperit? Id Juſtum contra omnes hoſtes, ait Socrates apud Xenophontem. Sic Cyrus apud eundem, fallendi arte nihil utilius eſt in bello. *Cic. lib.1. Offic.* Incidunt ſæpè tempora, inquit, cum ea, quæ maximè videntur digna eſſe juſto homine, eoque quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria, ut non reddere depoſitum, etiam ne furioſo promiſſum facere, quæque pertinent ad veritatem & ad fidem, ea negare interdum & non ſervare ſit juſtum, &c. Hinc etiam quod Homerus Ulyſſem doloſum vocat, ad commendationem ejus pertinet, quod multa ſolerter & ingenioſè adverſus Trojanos machinaretur. Muret. *lib.18. var. cap.4.* Huc etiam facit quod Eumolpus apud Petronium Arbitrum, dicit, ſe nec dolum ullum malo conſilio adhibuiſſe. Dicunt exempla doli boni extare in Biblijs etiam ſacris. Doli exemplum extat. Geneſ. 27. verſ. 35. ubi Jacob decepit Eſau. aliud Geneſ. 29. verſ. 23, ubi Laban decepit Jacob. & verſ. 26. Jacob artificioſè Labanum eluſit. Geneſ. 30. verſ. 37. Gen. 42. 44. *Exod. 1. Joſ. 2. & 8. Jud. 2. v. 32. Sam. 5. v. 33. ſic & Paul. in 2. ep. ad Cor.* 12. cum eſſe aſtutus, dolo vos decepi, Sic dolus bonus eſt,

cum

cum aliquis promittit Judæis, ſe ad ipſorum religionem convolaturum, ut ab ipſis linguam diſcat. Aliud exemplum ponit Accurſ. *in l. dolum. C. h. t.* de ſcholaribus qui fefellerunt præceptorem, cui ad cœnam invitato præbuerunt loco aquæ vinum album. Sed de his & ſimilibus videantur Muret. 18. *Var. c.* 4. Lipſius 5. *polit.* 17. Duar. *ad l. 1. de pact. & ad h. t. c.* 1. Hotom. *ill. q.* 7. Burch. *in tr. de pact. c.* 6. Gentil. *in libell. de abuſu mendacij*, & quæ nos diximus *ad l. 5. §. 1. de pactis & ad l. 1. §. 3. D. h. t.*

Porrò dolum malum definit Servius, machinationem quandam, alterius decipiendi cauſsâ, cum aliud ſimulatur, aliud agitur. *d. l. 1. §. dolum malum. 2. D. h. t.* Quæ definitio nata primùm à Gallo Aquilio, Poſt deinde magno conſenſu plerorumque ferè juris auctorum recepta, ut Servij *h. text.* Pedij *l. 7. 8. §. 9. De pact.* Pauli *lib. 1. ſent. 8.* Labeo tamen eam reprehendit. De qua reprehenſione facilioris doctrinæ gratia quæramus hæc ſequentia. 1. cur & ob quam cauſam Labeo definitionem reprehenderit? 2. An jure reprehenderit, an ſecus? 3. An Ulpianus iſtam reprehenſionem agnoverit & approbaverit? 4. Si omninò agnovit, an ſibi propterea ſit contrarius Ulpianus? 1. de cauſſa reprehenſionis videamus. Cur autem reprehendit Labeo? An quod Servius illa verba,

machi-

machinationem alterius decipiendi cauſſa non adjecerit? & quod illa ſubdititia ſint, & ex margine vel ſtudioſo quodam, ex notis Labeonis ſumpta videantur? Ita quidem Hotomanus illum verſiculum inducit, & ut adulterinum delet, in Verrinis, & poſtea quoque *lib. 1. obſ. 10. & lib 4. obſerv.* 4. Tum quod apud Ciceronem *in offic. lib.3. & in Top.* quoties doli definitionem ſuis temporibus uſitatam refert, ea verba plerunque ſoleant omitti, ſicut etiam omittuntur apud Paulum *in d. c. 8.* Tum etiam quia ſi Servius dixiſſet dolum malum eſſe *machinationem alterius decipiendi cauſſa*, vix cauſam habiturus fuiſſet Labeo, cur hanc definitionem reprehenderet. At nos cum Donello, Cujacioq; dicamus: Minimè. Sunt enim illa verba Servio bona fide fideliter à Triboniano tributa; Id apparet 1. ex reprehenſione Labeonis, quando ait: *& ſine ſimulatione id agi ut quis circumveniatur.* His enim verbis indicatur, dixiſſe quidem Servium, dolum eſſe, cum id agitur ut quis circumveniatur. Deinde *ex l 7. § 7. D. de pact.* ubi ſimiliter hæc adjectio extat.

Quid igitur Labeonis reprehenſioni cauſam dedit? Reſp. Illa verba. *Cum aliud agitur, aliud ſimulatur.* Nam dicit Labeo *poſſe & ſine ſimulatione id agi, ut quis circumveniatur; poſſe & ſine dolo malo aliud agi, aliud ſimulari.*

lari. His enim verbis demonſtrare vult, hanc definitionem plus & minus continere, quam continet definitum. Q. *An autem hæc ſufficiens cauſa ſit, & juſta, cur Servium Labeo reprehenderit?* Negam.

I. Quoniam ea quæ contra definitionem Servij proponit Labeo, nihil ei adverſantur, ut in actu diſputandi declarari poterit.

II. Quoniam definitio Labeonis in effectu nihil aliud dicit, quàm altera Servij, reliquorumque.

III. Quoniam Labeo fiducia doctrinæ plurima ſemper innovare tentavit. *l. 2. §. 47. D. Or. Jur.*

IV. Quoniam Cicero dicit definitionem Servij valdè luculentam eſſe, & ab homine definiendi perito, profectam. *Don. 15. comm. 40. Duaren. ad l. 7. §. 9. De pact.* Diſſ. *Cuj. ad h. text. & lib. 1. ſentent. Paul. t. 8. in prin.* An autem Ulpian. reprehenſionem Labeonis agnoverit & approbarit? Negam. Nam non dicit quod reprehenſio Labeonis juſta ſit; ſed quod ejus definitio vera. *Don. d. loc.* Diſſ. *Cujac. d. loc. & alij plerique.* Cæterùm eſt hæc actio prætoria. *l. 1. in princ. & §. ait prætor. D. h. t.* directa. *Oldendorp cl. 6. act. 11. num. 2.* in perſonam. *l. 15. §. fin. D. h. t. arg. l. 2. in prin. & §. 1. De doli mali & met. except.* arbitraria. *§. præterea, Inſt. de act. l. 18. in pr. D. h. t. Menoch.*

de

de arbit. jud. q. lib. 1. q. 5. n. 3. rei perſecutoria. *l. 15. §. 2. D. h. t. Oldendorp. d. act. 11. n. 6.* Temporalis. Olim enim annus utilis dabatur, hodiè verò datur biennium continuum. *l. fin. C. h. t. Cujac. in lib. de praeſcr. c. 21.* Et quidem cedit hoc tempus ſtatim ex eo die, quo dicitur dolus admiſſus, ſive adfuerit deceptus. *Oldendorp. d. act. 11. n. 8. Donell. 15. comm. 40. à pag. 514. usque ad pag. 530.*

B Quocunq; modo damnum paſſus ſit. *l. 9. §. 1. l. 18. §. 1. h. t.* vel alijs per dolum obligatur. *l. 7. pr. hic. l. 36. de V. O. l. 5. C. de inutil. ſtipul.* etiam heredibus & filiæ quæ dolo inducta, juramento paternæ renunciavit hereditati. *Mynſ. 5. obſ. 59. Gail. 2. obſ.* 147. Quibuſdam tamen perſonis non datur, utpura libertis, vel liberis adverſus parentes, patronôſve, cùm ſit famoſa, &c. in quorum perſonâ dicendum eſt, in factum verbis temperatam actionem dandam, ut bonæ fidei mẽtio fiat. *Vide l. 11. §. 1. ff. h. t. Donell. 15. comm. 40.*

C *l. 1. h. t. l. 2. C. eod.* Nam cum nulla omninò actione, neque ordinaria neque extraordinaria concurrere poteſt. Eſt enim actio de dolo famoſa. *l. 1.* de his qui notant. infam. Quod concurrere nequeat cum actione, cum interdicto, cum in integrum reſtitutione, cum exceptione, &c. de eo ſunt textus *in l. pen. De in integr. reſtit. l. in commodato. §. ſicut commod. l. 1. §. fin. Depoſiti. l. ea*

qua

quæ §. fin. De contrahen. emt. l. 6. §. fi. l. Julianus §. ſi venditor. De action. empt. l. 3. §. fin. l. 5. §. viſi at. Quod vi aut clam. l. 1. §. fin. D. h t. l. 7. in pr. D. h. t l. 1. de tutel. & rat. diſtrah. l. 5. D. h t. l. 4. C. de transact. Don. de præſcr verb. c. 15. & lib. 5. com. 40. Ceſſat etiam hæc actio, ſi contentio ſit de modicâ ſummâ *l. 10. & ſeq. D. h. t.* Item ſi dolus dederit cauſſam contractui bonæ fid. tum enim eſt contractus ipſo jure nullus; ut ne quidem opus habeat reſtitutione.

I. l. & eleganter 7. in princ. ibi, nullam eſſe venditionem, de dolo. l. 16. §. 1. de minor. l. 3. §. fin. D. pro ſocio.

II. Quoniam talis contractus, cùm fundamento careat, ſcil. bona fide, ſubſiſtere non poteſt. Nihil eſt enim tam contrarium bonæ fidei, quam dolus. d. l. 3. Bart. & Dd. in l. transactione. C. de tranſact. Donell ad l. 36. de verborum obligatione. Cuj. ibid. & in l. eleganter de dolo, & adverſus Robert. lib. 3. cap. 1. Bronch. cent. 1. aſſ. 38. Gœdd. de contrahen. ſtip. c. 3. à nu. 114. usque ad 146. Padilla *in l. 2. C. de reſcind. vend. nu. 3. Zaſ. in §. actionum. num. 45. Inſtit. de act. Gomez. ibid. num. 21. Clud. de ſeq. c. 1. in fin.* Diſſent. *Robert. 3. animad. 1. 2. 3. 4. 5.* Coraſ. *2. Miſcell. 8. nu. 4. Fab. in §. actionum. num. 4.* Quorum *argumentis reſpondimus in tr. de pact. c. fin. pag. 260 & ſeqq.*

D. Quam-

D. Quamvis pupillus ſit, modò pubertati proximus. *l.13.§.1.l.ſeq.h.t.l.17.in pr.De Excuſ. tut.* & modo ſuo nomine conveniatur. Nam alieno nomine conventus, non aliter tenetur, niſi locupletior factus ſit: quemadmodum hæc actio competit etiam in decipientis heredem, quatenus ad eum pervenit. *l. 17. in fin l.26. cum ſeqq. h.t.*

E. Ut reſtitutio judicis fiat arbitrio, aut ſequatur condemnatio in id, quanti ea res ſit, cujus æſtimatio jurejurando in litem actoris committitur. *in pr.l.18.ff h.t.t.ff.& C.de in litem jurando*, niſi appareat reſtitui rem non poſſe, tùm non datur judicis arbitrium, ſed protinus condemnari debet in id, quod intereſt actoris. *l.18.in pr.& §.1.h.t. Donell. 15. comm. 40. Robert.2.not.c.5.*

THESIS III.

Tertia. Eſt ex edicto de capite minutis, quæ competit his, qui contraxerunt cum aliis minima capitis deminutione poſt contractũ minutis, adverſus eoſdem, ad hoc, ut omnia perinde habeantur, ac ſi minutio non intervenisset. *l.2. De in integr. reſtit.* Hodie tamen hoc caput reſtitutionis nullius uſus eſt; ſi credimus Donello *21.comm.5.*

THESIS IV.

Quarta eſt, quæ competit iis, qui propter abſentiam juſtam & probabilem ſuam vel etiam alienam læſi ſunt, A. ad hoc, ut in integrum

tegrum reſtituantur, utque reſcindatur res ſeu Uſucapio, quò poſtmodum reſciſſoria poſſint agere, B.

A.l.1.l.ſed etſi §.fin.ff.ex quib.cauſſ.maj. l. 18. C.de poſtlim.reverſ.Cujac.7. obſer. 31. Don. 21. comm.5. Durat autem hæc actio quadriennio.*l fin.C.de temp.in integr. reſtit.* & præter abſentiam ex aliis cauſis non competit, ut contra Dd.alij rectè ſentiunt.*Ferl. 36. in fin. & ſeqq.D.h.t.Scip.Gentil.de aliment,c.14. in fin. Obſtare tamen videtur acriter.l 1.§.9.De itin. actuq; privat.De qua plurib. alibi.*

B §.rurſus Inſtit.de act.l.25 de O.& A. l. fin. C.Quibus ex cauſ major.l.13.§.1.l.quod ſi minor. §.fin de minorib. Illud hic notandum, longè favorabiliorem eſſe reſtitutionem majorum, quàm illa eſt, quæ competit minoribus. *Gomez.in §.rurſus.Inſtit. de act.*

Thesis V.

Reſtat actio de alienatione mutandi judicij cauſſa facta, competens cuivis, cujus conditio facta eſt deterior, A. adverſus eum, qui judicii mutandi cauſſa dolo malo alienavit, B. in id, quanti intereſt actoris, duriorem adverſarium non habuiſſe, C.

A. Etiam heredi *l.4.§ fin.& ſeqq ff h.t.*

Requiruntur autem in hac actione quatuor 1. ut facta ſit alienatio. Secundò, ut judicii mutandi cauſa facta ſit. 3. ut ſit facta dolo

dolo malo. 4. ut interſit actoris. In alienatione requiruntur duo. 1. ut dominium rei ſuæ amittatur. 2. Ut in alium transferatur. *Vide Gœddeum in l. alienatum. De V. S. Donell. 21. comm. 5.*

B. Non tamen in ipſius heredem, neque jure novo poſt quadriennium. *Per l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit.* quoniam videtur magis ex delicto dari. *l. 7. h. t.*

C. l. 1. verſic. tanti nobis. h. t. Cujac. 10. obſ. 3. & 8. obſerv. 31. Oldendorp. claſſ. 1. act. 11.

THESIS VI.

*S*equitur Pauliana, A. quæ competit creditori in cuius fraudem aliud geſtum eſt, B. adverſus debitorem, qui fraudem fecit; vel eum, qui cum debitore fraudulenter geſſit, C. Petit autem actum reſcindi propterea quòd in fraudem geſtum ſit. D.

A. Q. à Paulo quodam ſic dicta; non quidem Jureconſulto, ut exiſtimat Mynſ. *§. item ſi quis in fraudem. n. 19.* Prudentes enim juris non potuerunt actiones dare, *vide ſupr. diſp. 1. th. 2. lit.* C. Sed ab alio Magiſtratum gerente, ſive fuerit Prætor in urbe, ſive præſes in provincia. *Hotom. in d. §. ſi quis in verb. præſidis. Vult. ibid.*

Q. Num verò Pauliana meliùs an Paulina dicatur? Puto Paulianam rectius dici.

I. Quoniam ita frequentius appellatur.

II. Quoniam ita legunt Pandectæ Florentinæ in l. 38. §. Fabiana. De uſur.

III. Quoniam & aliæ actiones à Prætore nominatæ plerunq; terminantur in una, ut Calviſiana, Fabiana, Publiciana, &c. Eſt autem hæc actio non in rem, ſed in perſonam, atque adeo nihil de eo prorſus habetur in §. item ſi quis Inſt. de act. ut contra Dd. omnes demonſtratum eſt ex Donello *ſupr. Diſp. 3. th. 6.*

Eſt enim ex delicto quaſi, quod per fraudationem admittitur, & uno caſu, quando quis ignorans fraudem ex titulo lucrativo accepit, quaſi ex contractu. *l. 1. l. ait. l. is qui à debitore. D. Quæ in fraud. cred. Oldend. cl. 6. act. 1. n. 3.* Cæterùm conſentit ferè cùm Pauliana Calviſiana ſeu Fabiana, niſi quòd detur Patrono adverſus eum, qui à liberto dolo malo accepit. *l. 1. § pen. l. 3. §. patronum. Si quid in fraud. patroni. l. 38. §. Fabiana de uſur.*

B. l. 1, C. Quæ in fraud. cred l. 1. § ait ergo l. 2. & 3. D. eod. ejusq; heredibus. *l. 16. §. pen. Qui & à quib. manum. l. 16. § fin. & ſeq. Quæ in fraud. cred.* etiam hypothecariis creditoribus & pignoratitiis. I. *Propter generale verbum. arg. l. 1. ff. Quæ in fraud. cred. II. Quoniam non debet obeſſe creditoribus quod hypotheca ſibi caverint. III. Quoniam in hypothecaria ſæpius oneratur creditor probationibus. Unde ejus intereſt, ut habeat actionem perſonalem. Main. 2. de act 9. Mynſ. in d. §. item ſi quis. n. 37.* Diſſ. *Angel n. 5. Faber. n. 22.*

C. d. l. 1. & l. fin. Quæ in fraud. cred.

D. l. fin. §. ſi à ſocero. Quæ in fraud. cred. l. 15. D. eod. Main. 2. de act. 8. & 9. Oldend. de act. 1.

DISPU-

DISPUTATIO OCTAVA.

DE ACTIONIBUS Mixtis.

Reſpondente

HENRICO CRAUTHOFIO, Neobrand.

CONTINUATIO.

HAbuimus jam actiones in rem & perſonam, ordinarium igitur eſt, ut mixtis concludamus, *A.* quales ſunt hæ tres; Finium regundorum; familiæ Herciſcundæ & communi dividundo, B.

A. Eſſe quaſdam actiones miſtas tàm in rẽ, quàm in perſonam, probatum fuit, *ſupr. diſp. 1. th. 3. lit. C.*

B. Dicuntur hæ actiones etiam judicia duplicia, quòd uterque litigantium tàm actoris, quàm rei vices ſuſtineat.

l. 10. fin. regund. l. 2. §. 3. l. 44. §. 4. Fam. herciſc. l. 13. de judic. l. 37. de O. & A. c. 3. extr. de probat. Cujac. 4. obſ. 11. & ad l. 13. De judic.

THESIS I.

Prima eſt actio finium regundorum. A. quæ competit domin s, B. prædiorum ruſticorum, C. adverſus confines, qui fines transgrediuntur, D. ad hoc, ut limites diſtinguantur, E.

A. Sic appellata, quoniam propoſita eſt in id, ut fines regantur, id eſt, ad ſuam rectitudinem redigantur. *Don.9.comm.11.* Eſt autem hæc actio civilis. *arg.l.fin.D.h.t.* directa. *arg.l.7.§.4.D.h.t.Oldendorp.claſſ.3.act.14.nu.2.* mixta *§.20.Inſt.de act l.1.D.h.tit. vide diſp.1. th.3.lit.C.* ſtricti juris.

I. Quoniam non recenſentur inter actiones bonæ fidei in §.actionum.Inſtit.de act.

II. Quia fructus poſt litem demum conteſtatam in hanc actionem veniunt.l.4.§.poſt litem. D.h.t.quod proprium eſt actionum ſtricti juris. l. 1.§.hanc actionem & §.ſeq.Depoſiti l.34.l.38.§. ſi actionem & §.ſi in cæteris.De uſur.l.31.de reb. cred.Sichard.in rubr.C.finium regund. num. 5. Harprecht.in §.præterea. nu. 10. Inſtit. de act. Diſſent. *Zaſ.ibi.n.10.& Borcholt. Baro in manual hic.* Durat autem hæc actio triginta annis. *l.fin.C.h.t.* Ipſi tamen limites ſeu fines parochiarum & regnorum, ſi de iis conſtet uſucapienti, non præſcribuntur; ſi non conſtet, præſcribuntur, non tamen ut limites, ſed jure proprietatis. *cap.ſuper eo de paroch. c. licet. cap.inter.c.quicunque.16.qu.2. Mynſing. cent.6. obſerv.*

*obſerv.*28. ſed nec privatorum fines præſcribuntur.*per d.c.10.ibi.*

II. Per c.inter.6.

III. Quoniam eadem eſt ratio in publicis & privatis,nimirum ea,quod uterque inter confines utatur limite tanquam communi; atq; ita non posſit uſucapere,niſi pro ſua parte l.7.§.ſin.de acquir.rer.dom. Diſſent.*Coſtal.ad l.1.D.h.t.* Sanè quinque pedum præſcriptione ſubmota, finalis jurgii vel locorum, libera peragatur intentio,inquiunt Impp.*in l.pen.C.h.t. ubi Gothofred. Baro in manualibus pag. 128.*

B.Non ſolùm prædij; ſeu proprietatis,ſed & juris in prædio.*l.4.§.9.D h.t.l.5.in fin.arbor. furtim.caſ.* Quæ diſtinctio dominii probatur.*l.11.§.1.de pignorib.l.15.§.8. Quod vi aut clàm. & per ea,quæ habentur p.1.diſp.6.th. 6.*

C.Nam urbana prædia plerunque parietibus diſterminantur,ut in his hæc actio non fuerit neceſſaria.*l 2.l.4.§.fin.D.h.t. Donell. d. 9 comm.11.*

D.l.4.§.10.l pen.& ult.D.h.t.

E.§.quædam Inſt.de act.l.2.§.fin. l.3. D. h.t. Donell.d.c.11.

THESIS II.

Familiæ herciſcundæ A. competit coheredibus,B.adverſus coheredes denegantes ſine cauſſa rerum hereditariarum diviſionem,C.ad hoc,ut res hereditariæ dividantur,D.& perſonalia præſtentur,E.

A. Id eſt; hereditatis dividendæ. Nam familia inter alia hereditatem ſignificat. *l. pn. C. de V. S.* Erciſcere idem, quod dividere, Eſt actio civilis, *l. 1. D. h. tit.* mixta. *§. quædam Inſtit. h. t.* bonæ fidei. *§. actionum. inſtit. de act. l. 9. C. Fam. erciſc.* Perpetua. *l. 1. §. 1. C. Fam. herciſc.*

B. l. 1. & 2. h. t. quocunq; jure ſint coheredes. *l. 2. D. h. t.*

C. d. l. 2. in pr. & §. 1. l. 9. l. 22. D. h. t. Is tamen qui familiæ Herciſcundæ agit, non continuò confitetur, adverſariū ſibi eſſe coheredem *l. 37. D. h. t. Cujac. 9. obſerv. 36.*

D. Quæ dividi poſſunt, Nomina igitur & ſimilia in hoc judicium non veniunt. *l. 4. l. 25. §. idem juris D. h. t. l. ea quæ C. h. t.* ſicut nec ea, quæ teſtator voluit heredes habere præcipua. *l. 7 8. in pr. l. 42. h. t.* nec ſumptus in ſtudia benefacti, juxta communem, quæ probari videtur *in l. 50. D. h. t. l. 6. de aliment. leg. auth. Habita. C. Ne fil. pro patre. arg. l. 1. § nec caſtrenſe. De coll. t. bon. l Neſennius 34. de negot. geſt. Vide omninò Schwartzmeierum in miſcell. cap. 12. Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe de collat. bonor. Bald. in l. filiæ. C. famil. Herciſc. & in l. Macedoniani. C. ad Maced. Iaſon in Authent. quod locum de collat. Vital. in tr. de collat. quæſt. 1. & quæſt. 18. Menoch. lib. 2. arbit. jud. qq. cent. 2. caſ. 131. Hartman. Piſt. lib. 1. qq. jur. q. 19. per totum. Gemez. in. §. rurſus n. 4. Inſt. de act. Cujac. 3. obſ. 39.*

An

An autem à Judice facienda ſit in hoc judicio diviſio: num verò à majore fratre, cõceſſa optione minori? Sanè jure communi, partibus in hereditate dividenda diſcordantibus, officium judicis prævalet, cui incumbit, ut æqualiter dividat & quasq; res heredibus adjudicet. *Gail.2. obſ.116.* Menoch.*lib.2. de arbitr. jud.qq.Caſ.124.* Tiraq *de jur. primog. cap.60.* Jure verò Saxonico receptum eſt ut major natu dividat, minor eligat. *Landr. lib. 3 art.29.Schurff.cent.1. conſ.72.Coler. in tr. de proceſſib. executiv. p. 1.cap. 3.* Quod & jure divino juvatur. *Gen.13.* & jure Canonico *c.1.de paroch.* Et probat id ipſum Electoralis Conſtitutio. *p.3 c.15.* ubi Dan. Moller. Rauchb.*p.1. q.40.* Et quod hoc totius Germaniæ & in Cam. Imperiali comprobata conſuetudine receptum ſit teſtatur, Mynſing.*cent.4.obſerv. 37.Gail.d.obſ. 116.n.12* Ubi verò talis conſuetudo non eſt recepta, tutius fortaſſis fuerit rem ſorti committere *arg. §.20. Inſtit. de act. §.4.Inſtit. de offic. jud. l. 2. C. Quand. & quib. Weſenb.in parat. h.t.n. 6. Tiraq. de jure primog. q.60.* Habetur autem major frater qui præceſſerit ætate. Vide omninò Daniel. Moller. *ad d. conſt.15. nu. 4.*

Cæterum ajunt juris Saxonici diſpoſitionem in duobus tantum locum habere: & quod, quoad hoc eligendi jus, inſpiciendũ ſit tempus quo diviſio inſtituitur. Unde ad ele-

gantes aliquot deciſiones inferunt, de quibus Rauchbar. *par.1.quæ.40.* Dan. Moller. *in d.conſtit. 15.n.7.& ſeqq.*

E. Conſtat enim hoc judicium duobus: rebus &præſtationib9 *l.22.§.4 l.16.§.4.l.5.§.15. D.h.t.l.19.C.eod.* THESIS. ULT.

Communi dividundo, A. competit his, qui quoquo modo rem cum aliis communē habent. B. adverſus eum, qui vel neget diviſionem, vel non juſte vult dividere, C. ad hoc, ut vel res communis dividatur, vel præſtanda præſtentur, D.

A. Eſt mixta *d.§.20 Inſt.h.t.l.3.in pr.l.4.§.3. D.h.t.* bonæ fidei *d.§.28.Inſt.h.tit.l 4.commun. div.* perpetua. *l.in hac judicium in pr.D.h.t.*

B. Sive ex ſocietate, ſive aliunde. *l.2. D.h.t. l.38.§.fin.Pro ſocio.* modò honeſto modo ſit communis. *l.communi dividundo § inter prædones.D h.t.*

C.l fin.C.h.t.l.14.§.2.hic.

D. Sicut enim ipſius rei diviſio venit in communi dividundo judicio: ita etiam præſtationes veniunt. *l.4.§.3.l.14.§.1. D.h.t.* Præſtandus enim eſt dolus, culpa, præſtandi fructus percepti & impenſæ. *§.3.Inſt.de oblig.quæ ex q.contractu.l.34. Pro ſocio.* Haberi quoque debet evictionis ratio. *l.10.§.2.D.h.t*

Hæc autem omnia vel cumulatim in judicium veniunt, vel ſeparatè. Poteſt enim de præſtationib. agi, etiamſi res non petatur dividi, *d.l.14.v.quæ cum ita ſint. Weſenb. in parat. ad h.t.*

SPE-

SPECULATORIS CONCILIATOR cum ſcholijs Forſteri JCti.

Omne contrarium, inquit Speculator, facile ſolves, ſi attendes, quæ his verſibus continentur.

Cauſa, locus, tempus, perſona, rigor, novitasq́ue,
Antiquum, bonitas, veto, conſulo, præcipioq́ue.
His ſi jungatur permiſſio, jus variatur.

Speculat. *lib. 2. part. 2. in rubr. de diſput. & allegat. advoc.* §. 4. *n. 20.* Bald. *in proëm. Dig.* Nevizan. *in ſylv nupt. lib.* 1. Richard. & Joann. de Deo. Eberh. *in Top. in praamb. l. 16. de pæn. & ibi gloſ. diſt. 29. & ibi. gl. & Archidiacon.*

CAUSA.

Hac ratione fuit olim polygamia conceſſa, multiplicandæ poſteritatis causâ; *Gen. 4. 26. & ſeqq. 2. Reg. 3. 11. & 20.* quæ poſt ab Imperatoribus fuit damnata. *l. 2. C. de inceſt. nupt. l. eum qui dicas. C. ad l. Jul. de adult.* & Conſtitutione Carolinâ capitali ſupplicio coercetur 𝔓.𝔋.𝔒. *art. 121.* Objiciuntur, inquit Auguſtin. Jacob quatuor uxores, quod quãdo mos erat, crimen non erat, *c. obijciuntur. c. 32. quæſt. 4.* ſufficiendæ prolis causâ erat uxorum plurium, ſimul uni viro habendarum, inculpabilis conſuetudo, & ideo unam fœminam maritos habere plurimos, honeſtum non erat, ait Auguſtin. *lib. 3 de doctrin. Chriſtian. c. 12.*

LOCUS.

Locus facit ut furtum diverſimodè puniatur. *l. 16. §. 4. de pæn.* Cujac. 13. *obſ.* 19. Ex hoc

capite

capite ſuſpectam habent l. 2. C. de fer. *Gothofred. & alij comm. Weſenb. in parat. de fer. Alber. Gentil. in tr. de diverſ. temp. appell. cap. fin. Alciat. 6. parerg. 9. Cujac. in tract. de diverſ. temp. præſcr. cap. 13.* ubi ſtatuit illam eſſe Theodorici regis. Neq; verò legitur in Codice noſtro Manuſcripto, nec in alijs vetuſtioribus libris. Aliud exemplum habetur in *c. aliter* ſe orientalium habet traditio Eccleſiarum, aliter hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ *14. diſt. 31.*

TEMPUS.

Hinc fur diurnus diſcernitur à nocturno. *d. l. 16. §. 5. de pœn. Cujac. 15. obſ. 31.* Hinc caducariæ leges, belli temporibus æquiſſimæ, poſteà pacatis, rectè ſunt ſublatæ. *t. t. C. de caduc. toll.*

PERSONA.

Nam duo cum faciũt idem, non eſt idem. Aliter enim ex iiſdem facinoribus puniuntur ſervi quàm liberi. *d. l. 16. § 3. De pœn.* adulti quàm minores. *l. 108. De R. J.* Presbyteri quàm Laici, *l. 8. C. de Epiſcop. & Cleric. l. 8. §. 3. C. de hæretic. & Manichæ.* Milites quàm pagani. *l. 4. §. adulterij. l. 6. de re milit.* Acerbiꝰ etiam animadvertitur in illum, qui ſæpius idem commiſit, quàm qui ſemel. *l. capitalium. §. graſſatores. De pœn.* Nec enim Stoicam iſtam æqualitatem per omnia probant Jureconſulti. Etenim cum inter perſonas magna ſit differentia, & inæqualitas. *l. inter 31. de ſolut. Hippocr. in lib. de vet. medic. in pr.* idcircò non poſſunt illis æqualia numero & menſurâ tribui.

bui. *Weſenb. in parat. de juſtit. & jure n. 11.*

RIGOR.

Zaſius dicit hanc eſſe miſerorum ſolutionem, quando diſtinguimus inter rigorem ſive ſtrictum jus & æquitatem. *ad l. 2. § prim de vulg. & pup. ſubſtit.* Contrà verò Cujacius, ea diſtinctione permultas leges in concordiam adduci poſſe. *l. 7. obſ. 9.* Eaq; diſſolvendi ratione fuit uſus aliquoties. 8. *obſ. 8 & in tr. 8. ad Africanum, & alibi.* Probatur autem hic modus infinitis juris textibus. *l. 18. de legib. l. 20. & ſeq. de reb. cred. l. 13. in pr. De lib. & poſtum. l. generaliter §. ſi quis ſervo. De fideicom. libert. l. 2. §. 5. in fin. De aqu. & aqu. pluv. arc.* Utrum autem rigor an æquitas debeat præferri? controverſa quæſtio cenſetur. Pro rigore pugnat Cujac. 2. *feud. t. 1.* & Vult. *de cauſis jura conſti. p. 64. per l. 1. C. de legib. l. 12. Qui & à quib. manumiſſ. l. pen. De juſt. & jur.* Pro æquitate verò Decius, *in l. in omnib. De R. J.* Don. 1. *com. 13.* Sanè non facilè à ſcripto jure recedendum eſſe ſtatuo; ſcriptam tamen æquitatem prefero juri ſtricto. *Per l. placuit. C. de jud. d. l. 90. De R. J. l. non tantùm. de re jud. l. 1. C. de furt. l. ſi ex duab. §. ſed licet hoc jure contingat, tamen æquitas dictat. De pecul. l. de acceſſionib. De diverſ. & temporalibus præſcript.* Videatur Cic. *in Orat. pro Cecinnâ.* Arnold. Holſtein. *in tr. de æquit. t. 9. Stephan. de Phederic. in tr. de interpret. pag. (mihi) 164. & 185. Cæpoll. de interpr. extenſiv. p. 36. & ſeq.* Duritiem autem legum, mollire vel temperare

non

non poſſunt JureConſulti, vel alij privati, ſed duntaxat Impp. *l. 1. C. de legib. Scip. Gentil. lib. 3. de donat. inter vir. & uxor. c. 3.*

NOVITAS, ANTIQUUM.

Speculator exempla ponit novitatis *in c. quædam. 35. q. 3. & in c. fin. extr. de divort.* Antiqui verò *in c. de gradib. 35. q. 8. & in l. divus de ritu nupt.* Debet autem inter jus antiquum & novum diſtingui nonnunquam. Etſi namq; Gifan. hunc leges conciliandi modum rejiciat, propterea quod omnes Dig. & C. leges, authoritatem habeant à Juſtiniano, *per conſtit. tanta §. tanta 10. De confirm. Dig.* Alij tamen docti viri, libenter eâ ratione utuntur. Cujac. *lib. 27. Paul. ad Edict. & in lib. 10. quæſt. Papin. & in l. qui Romæ, 122. §. coheredes De V. O.* ubi etiam Bart, Jaſon & Zaſ. Ita docet Cujac. *l. fin. De pact.* abrogatam eſſe per *l. fin. C. de pact. inter emt. & vend.* Sic alij docent *l. 3. Quib. mod. uſusfr. amitt.* innovatam eſſe *per l. corruptores C. de uſufr.* Et quod in multis antinomijs ad tempus recurri debeat, docet Forſter. *lib. 7. de ſucceſſ. c. 11. circ. fin.* ubi dicit *Nov. 2.* abrogatam eſſe per *Novell. 22.* anno & quatuor menſibus poſtea editam. Sic alij quàm plurimi ſtatuunt *Nov. 18.* abrogatam eſſe per *Nov. 115.* quinquennio poſt iſtam latam. Sic *Nov. 117.* etſi ordine compilationis prior, abrogat tamen *Nov. 140.* quia compoſitione, ſeu tempore quo ſcripta eſt, eſt poſterior, ut tradit Sc. Gentil. *in tr. de donat. inter vir. & ux. lib. 3. cap. 18.* & ipſius frater Alb. Gentil. *lib. 6 de Nupt. c. 4* Et quod innumeræ leges relatæ ſint in Cod. & Dig. aliis poſterioribus legibus abrogatæ probat eleganter. A. *Hering. in tr. de fidejuſſorib. c. 24. nu. 258.* Atq; annotarunt alii docti viri, quod illæ leges, quas Juſtinianus ab anno 529. usq; ad annum 535. ſub conſulatu Lampadii & Oreſtis, ad Demoſthenem Julianum ac Johannem dedit, plerumq; corrigant jus vetus. Menoch. *de recup. poſſeſſ. in prælud. n. 58.* Imò extiterunt qui docuere, quod Inſtitutiones derogent Dig. & Cod. priori. Baro *in deciſ. 50.* Neq; verò juvat diſſentientes, allegata conſtitutio

tutio *tanta* §.10 Nam intelligi debet, de authoritate legibus æquo modo data. Cum enim ante Juſtinianum ex conſtitutione Imper. Theodoſii, major eſſet Papiniani, quam Ulpiani, vel aliorum authoritas. *per l.un.C. Theodoſ. de reſponſ. prudent.* poſtea Juſtinianus omnibus eandem attribuit, nec tamen eo ipſo induxit, quod priorib. non derogent leges poſteriores. *l. fin. De conſtit. princ.* BONITAS.

Huc pertinet illud Juliani multa contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta ſunt. *l. 51. §. D. ad l. fin. aq. l. 21. de reb. cred. l. 1. de uſucap. auth. quæ res. C. de comm. de legat.* Plin. 7. *ep. 18.*

VETO.

Huc pertinet regula. Non omne quod de jure licet, honeſtū eſt *l. 41. de ritu nupt. 144. l. 197. De R. J. & ibi DD.* Coraſ. 2. *Miſc.* 25. Huc etiam pertinent omnes leges, quæ vulgo prohibitoriæ dicuntur, & pertinet huc regula communis, quâ quicquid prohibitum nō eſt, cenſetur permiſſum. *l. 43. §. 1 de procurat. l. 1. §. 1. De teſtib. l. nec non §. quod ejus. Ex quib. cauſ. major. l. 12. de judic. &c.*

CONSULO.

Nec enim in jure novum eſt, quod conſilia magis dentur, quàm ut aliquid præcipiatur; & quod interdum ſuadeatur aliquid, non verò præciſè requiratur. Exempla ſunt in *l. de conſuetudine* 24. *de legib.* juxta doctrinam Donelli veriorem. *Item in l 19. de negoc. geſt. in l. 1 de inoffic. teſtam. l. is qui deſtinavit* 24. *de rei vindicat. l.* 15. *De transact. ibi Conſultius eſt ubi notat Coraſ. l. 11. §. 9 Ad l. Jul. de adult. l. 2. C de pignor. c.* 1. *cauſſ. 28. q. 1. & c. 32. q. 2. cap. 7.* PRÆCIPIO.

Prima atq; præcipua legis cura, ſeu virtus, eſt imperare atq; præcipere. *l legis virtus. 7. De legib.* Imperat enim lex, quæ facienda ſunt, & prohibet contraria. *Cic. 2. Philip.* & *lib* 1. *De legib.* Et hoc ipſo differt, & diſtinguitur jus noſtrum à Philoſophorum præceptis Nam & Philoſophi, præcepta tradentes de moribus, ſæpe jubent quæ recta ſunt, & prohibent turpia, ſed nulla his adjuncta neceſſitas parendi *Donell. 1. com. 5.* Aliter enim leges, aliter Philoſophi de homi-

hominum negociis, vita & moribus diſputant. Leges quatenus res manu tenere poſſumus, Philoſophi quatenus ratione & intelligentiâ. *Adrian. Pulvæ. de advocat. privileg. fori.*

PERMISSIO.

Aliud eſt præcipere, aliud permittere. Permittimus enim quaſi inviti, indifferentia, quæ non poſſumus in totum prohibere. *c. Nicena. 12. diſt. 1. c. 1. cauſſ. 35. q 8. c. hac cauſsâ. 31. q. 1. Hoſtienſ. in ſum. tit. de Judæ. & Sarac. Forſt. lib 6. de ſucceſ. c. 7.* Sic lex permittit quaſi & diſſimulat concubinatum, ut graviorum delictorum anſa præcidatur. *c. conſidera 22. q. 1. l. 3. De concub. gl. in c. inter opera de ſponſ.* Sic permittunt jura, ut eum qui nos aggreditur, occidere poſſimus, defendendi noſtri cauſsâ. *l. 3. De juſt. & jur. l. un. C. Quando unicuiq; ſe lic. ſine jud. vind. l. ult. in fin. C in quib. cauſſ. in integr. reſtit. ne. non eſt l. 10. C unde vi. l. 1. §. vim vi. D. eod. l. Gracchus. Cod. ad l. Jul. de adult.* Etſi vero hoc permiſſionis genus Chriſtianus & pius homo vix ſit probaturus, quippe quod mala minimè facienda ſint, ut eveniant bona. *Coraſ. ad d. l. 7. De legib. n. 4.* tamen hæc atq; ſimilia manu tenere ſemper ut velimus, non poſſumus, ut ex Pulvæo ſupra fuit annotatum. Uſus autē eſt legum quas permiſſivas appellant, circa res, quæ alioqui fieri non poſſent, niſi permitterentur. *A. Fab. ad d. l. 7.* Pertinet huc regula quod ſæpe aliquid per conſequentiam admittatur, quod non admittitur principaliter, *l. 1. De auth. tut. l. in modicis de contr. emt. auth. ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ.* Item quod quæ fieri nō debent, ſi tamen facta fuerint, temerè non debeāt reſcindi. *l. 1. §. 5. Quand. app. ſit. l. 85. §. 1. De R. J.* Attamen eſt ubi lex neq; vetet, neq; permittat, *text. in l. nec non 28. §. quod ejus. 2. D. Ex quibus cauſſ. maj.* Videatur Eraſmus Roterodam & *Rob. Cen. in contr. ſuper iſto punct. de divortio matrimonij Moſaici per legem Evangelicam refutato.*

JUS VARIATUR.

Exemplum vel unum hujuſce rei videat cupidus Lector in tractationibus noſtris. *p. 1. diſp. 7. q. 3.*

VALENTINI GVILIELMI FORSTERI JC, Brevis Epitome, Compendiumq́ue Succinctum; ſive caſus breves.

SUPER INSTITUtiones Iuris.

WITEBERGÆ.

Sumtibus Clementis Bergeri,
Typis Johan. Matthæi.

Anno M. DC. XVII.

Nobilibus, nobiliſſimo genere natis, & probè cultis.

Dn. *Cunoni Othmaro* / *Ottoni* Wilcken / *Cunoni* / *Bodoni* — Von Bodenhauſen.

Patruelibus, **auff Bodenhaußen/ Görtzig/ Niederaandern/ Wülffingerode/ vnd Rhadiß etc.**

Dominis, & amicis meis.

COMPENDIARIA docendi, diſcendiq; ratio, Nobiles & eruditi Domini Commilitones, amici

Digitized by Google

perchari, *S*tudioſæ juventuti multum conducit. Amant enim juniores, opuſcula parva. Quare præcepta principiaq; juris, ita videntur poſſe tradi commodiſsimè, ſi primò levi ac ſimplici via, poſt deinde diligentiſsimâ, atque exactiſsimâ interpretatione, ſingula tradantur. Alioqui, ſi ſtatim ab initio, rudem adhuc, & infirmum animum *S*tudioſi, multitudine ac varietate rerum oneraverimus: duorum alterum, aut deſertorem *S*tudiorum efficiemus, aut cum magno labore, ſæpe etiam cum diffidentia, (quæ plerunq; juvenes avertit,) ſerius ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia maturiùs perduci potuisſet, inquit noſter Jmperator Juſtinian. Hanc

Hanc & rationem, ab Imperatoria Majeſtate confirmatam, perpendens, & exemplum celeberrimorum virorum, Azonis, Accurſij, Bartoli, Baldi. M. Turnonij, qui ſuper omnes ferè totius corporis juris titulos, capita, leges, paragraphos, & verſiculos, ante plus quam centum annos, ex probatis autoribus ſummaria, ſive caſus breves, uti vulgo nominantur, collegit & edidit; itemque recentiorum quorundam, Matthæi VVeſenbecij, Giſanij, Vulteij, Gothofredi, Pacij, nec non aliorum ob oculos & mentem ponens, ſtatui tandem, eſſe, quod in hac quoque parte ſtudioſæ juventuti, vobis autem præcipuè, gratificarer. Igitur poſt incommoditates aliquas, juſto DEI judicio

perpeſſas, cum ad ordinarias lectiones redirem, in gratiam ſtudioſorum Facultatis noſtræ, rurſum bono numero convolantium, à primordio quidem, invocatione Divini nominis & gratiarum actione præmiſſa, per duas horas, memoriter, *I*nſtitutionum contenta recenſui, deinceps epitomen earum breviſſimam, dictavi. Cui compendium, ſive caſus breves, ad *I*nſtitutiones juris, ſubjeci. E quibus quidem, epitome præmiſſa memoriæ mandari, Compendium autem legi diligenter, & evolvi, meo tenui judicio, non ſine fructu poſſit.

Nunc certo conſilio, publici juris ea, facio, conjungoque Tractationibus *I*uſtinianeis, quod ejusdem materiæ ſint, &

argu

argumenti. Vobis autem dedico, propter ſingularem affectionem, quam erga parentes nobilisſimos, & laudatisſimos, voſmet ipſos & præceptores veſtros Dn. Cyriacum Heidelbergerum, & Ioannem Reuterum, amicos meos ſingulares, habeo. Accipiatis vos, bona mente, quod etiam & etiam rogo, meq; pergatis amare, quos ex animo diligo. Benè valete. Dabantur VVitebergæ 6. Maij Anno. 1617.

Valentinus Guilielmus Forſterus. D.

Ad Valentinum Guilielmũ Forſterum JC.

QVæ diſperſa locis paſſim, tot inante jacebat
Jura: velut ſolâ ſecreti littoris actâ.
Hippolitus totô laniatus corpore, vel quem
Biſtonidum ictho merſit dolor improbus, orpheus
THRAX, decus, Imperii fax & radioſa Themi-
ſtos,
Collegit, aciesq; ſuas ſua queq; tueri
Juſſit. O æternæ meritò ſpes altera Romæ
Notus & Heſperijs, & famâ notus Eois!
Sed non in ſolidum laus hæc eſt Cæſaris; ingen
Tribonianeæ debetur adorea curæ,
Hinc alijs, meritos pia quis tranſcribit honores
Poſteritas. Tantæ laudis nunc æmulus, omnem
Pelluſtras aditum, celo & te ferre præoptas,
Romulei caſtùs juris, FORSTERE, ſacerdos
Si quid vota juvant, (& qui non vota juvarent?)
Cæſareos apices inter fulgebis, amicum
His ſidus, placito Themidis qui vela profundo
Dant, avidi ſanctarum ænigmata ſolvere legum.

F.

Johannes Zindlerus.

EPITOME INSTITUTIONUM.

IUris noſtri, (quod eſt ars æqui & boni *L. 1. in pr. de J. & J.*) principia tria ſunt, honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. *lib. 1. t. 1. §. 3.*

Derivantur autem & pendent iſta, de jure Natural, gentium & civili *lib. 1. t. 2. per tot.* Omne vero jus vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. *§. f. d. t. 2.*

JUS PERSONARUM.

Jus perſonarum, quod in Inſtitutionibus *per lib. 1.* tractatur, continet doctrinā de ſtatu hominum, & poteſtate perſonæ privatæ, in privatam perſonam.

Eſt autem ea ferè triplex: dominorum in ſervos; in liberos patria; & tutorum atq; curatorum in pupillos & minores.

De poteſtate dominorum in ſervos agitur *t. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

 Nam

Nam perſonæ quædam ſui juris ſunt, quędam alieno juri ſubjectæ.

Rurſus earum, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate Parentum, aliæ in poteſtate Dominorum.

Jn poteſtate dominorum ſunt ſervi. *pr. & §. 1. t. 8.*

Jn patria poteſtate ſunt liberi. Conſtituitur autem & acquiritur patria poteſtas naturaliter quidem juſtis nuptijs, *de quibus §. 1. t. 9. & t. 10. usq; ad §. f.* Civiliter acquiritur legitimatione. *de quâ §. f. t. 10.* & adoptionibus. *de quibus t. 11.*

Porrò diſſolvitur iſta patria poteſtas, ſeptem potiſſimum modis, nempè; 1. morte naturali, 2. deportatione, 3. ſervitute pœnæ, 4. dignitate, 5. captivitate, 6. emancipatione 7. & adoptione, *de quibus t. 12. lib. 1.*

Ex perſonis, quæ in poteſtate (patriâ vel dominicâ) non ſunt, quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur.

De tutelis agitur *t. 13. & novem ſeqq.* De curatoribus *t. 23.* & ſubjiciuntur deinceps communia quædam, quæ tàm ad tutores, quam curatores ſpectant, nempe; ſatisdatio, excuſatio, & ſuſpecti accuſatio. *t. 24. 25. & ult. lib. 1.* Hæc de jure perſonarum.

JUS RERUM.

Jus rerum conſideratur in varijs earum diviſioni-

diviſionibus, nec non acquirendo rerum dominio & obligatione.

Habentur autem res vel in patrimonio noſtro, vel extra patrimonium. *pr. lib. 2. t. 1.*

Extra patrimonium ſunt res communes, publicæ, univerſitatis, & res nullius. *§§. ſeqq. usq; ad §. 11. eod. t.*

Jn patrimonio vero ſunt res ſingulorum propriæ.

Singulorum autem hominum multis modis res fiunt. Quarundam enim rerum dominium nanciſcimur jure naturali ſive gentiũ, quarundã jure civili *§. ſingulorũ. 11. lib. 2. tit. 1.*

Jure gentium acquirimus rerum ſingularium dominium. I. captivitate. *§. feræ. 12. & quinq; ſeqq. eod. tit.* II. inventione. *§. item lapilli. 18. & §. theſauros. 39.* III. nativitate. *§. itẽ ea. 19.* IV. alluvione & inundatione. *§. propterea. 20 & quatuor ſeqq.* V. Specificatione. *§. 25. & ſeq.* VI. Confuſione atque mixtura. *§. 27. & ſeq.* VII. inædificatione. *§. 29. & ſeq.* VIII. Plantatione atque ſatione. *§. 31. & ſeq.* IX. Scriptione, quæ chartæ cedit, & pictura, cui tabulæ cedunt. *§. 33. & ſeq.* X. Perceptione fructuum. *§. 35. & tribus ſeqq.* XI. traditione. *§. 40. & quinq; ſeqq.* XII. apprehenſione miſſilium, & rerum pro derelicto habitarum. *§. 46. 47. & ſ.*

His abſolutis, aliam rerum diviſionem proponit Jmperator *in t. 2* quod quædem res

corporales ſint, quædam incorporales, qualia ſunt jura ſive ſervitutes. Subjicitur itaq; *t.3.de ſervitut.urban.prædior.& ruſticor.* & enumerantur in eo ſingularum ſpecies, item de juribus, quæ ex rebus debentur perſonis. *t.4.& 5.*

Poſt modos jurisq, incipit tractare, quibus modis legitimoq; & civili jure res ſingulares acquirantur, nempe uſucapione, & longi temporis præſcriptionibus.*t.6.*itemque donationib.*t 7.*& jure accreſcendi.*§.f. eiusd. t.*

Antequam autem tranſeat ad modos, quibus per univerſitatem res acquirantur, interſpergit duos tt. quorum priore docet, per quos translatio dominii efficaciter fieri poſſit. Poſteriore vero per quos acquiſitio fiat. *t.8.& 9.*

Poſt hæc ſubjicit, quibus modis per univerſitatem res acquirantur, Primâ nempe vice de hereditatibus, quæ dupliciter deferuntur, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato; Incipit igitur proponere de teſtamentis, & cohærentibus atq; connexis: nempè de ſubſtitutionibus, legatis, fideicommiſſis, & codicillis *à t.10.usq; ad f.lib.*2. cui deinceps, *in lib.3.* ſubnectitur altera hereditatis acquirendæ conditio, puta de hereditatibus ab inteſtato tàm de jure Civili *usq; ad t.10.* quàm jure prætorio, de bonorũ poſſeſsionib.*t.10.* Poſteà proponitur tertia ſpecies acquiſitionis per univerſita-

verſitatem, nimirum, de acquiſitione per arrogationem, *t.11.* Itemq; novus modus, de eo, cui libertatis causâ bona addicuntur. *t.12.* *Deniq;* de ſucceſſionibus, quæ fiebant per bonorum venditionem *t.13.*

Hactenus de dominio & modis acquirendi juxta ſeriẽ Inſtitutionũ. Sequitur de obligationibus *t.14.* quæ definitur *in pr. eiusd. t.*

Omnium autem obligationum ſumma diviſio in duo genera deducitur, à partibus juris. Namq; vel civiles ſunt vel prætoriæ. *§. 1. eiusd. t.* Sequens diviſio diſpeſcitur in quatuor ſpecies: aut enim ex contractu ſunt, aut quaſi contractu: aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. *§. 2.*

Earum quæ ex contractu ſunt, æquè ſunt quatuor ſpecies, depromptæ ex cauſa formali contractuum: aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut conſenſu. *§. f.*

Re contrahuntur mutuum, *t.15. in pr.* commodatum, §. 2. depoſitum, *§.* 3. pignus. §. *f.*

Verbis contrahitur per ſtipulationem. *t. 16. & quinq; ſeqq.*

De literarum obligationibus agitur. *t.22.*

Conſenſu fiunt obligationes in emtione-venditione, *t.23. & ſeq.* locatione-conductione; *t.25.* ſocietate, *t.26.* & mandato. *t.27.*

Ex quaſi contractu naſci videntur obligationes negotiorũ geſtorũ. *t.28. §. 1.* tutelæ. *§. 2,* communi dividundo. *§.* 3. familiæ erciſcũ-

 dæ

de. §.4.ex teſtamento §.5. indebiti condictione. §.6. & ſeq.

Hiſce ſpeciebus obligationum rectè ſubjicitur. *t. per quas perſon. nob. oblig. acquir.* 29. Poſtremo loco quibus modis tollitur obligatio. *t. f.* nempe ſolutione. *pr. ejusd. t.* acceptilatione. §.1. & 2. novatione. §.3 & contrario conſenſu. § *f.*

Sequitur *in lib.* 4. *t.* de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. Sunt autem delicta privata quatuor; furtum, *de quo agitur iſto t.* 1. rapina *t.* 2. damnum. *t.* 3. & injuria. *t.* 4.

Ex quaſi delicto naſcuntur obligationes, ſi judex malè judicaverit, & litem ſuam fecerit. *pr. t.* 5. ſi aliquid dejectum effuſumve fuerit, vel ſuſpenſum ceciderit, ut alicui noceret, §.1. & 2. ſi quod in navi, cauponâ aut ſtabulo furtum factum ſit. §. *f.* Tantùm de ſecundo juris objecto, nempe de rebus.

JUS ACTIONUM.

Reſtat ultimũ, quod pertinet ad actiones. Eſt autem actio jus perſequendi in judicio quod ſibi debetur. *pr. t.* 6. Actiones verò vel in rem ſunt, aut in perſonam. §. 1. *eod. t.* vel mixtæ. §. *quadã* 20. *d. t.* 6. *p.* 2 *tr. noſtr. diſp.* 1 *th.* 3.

Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes: in perſonam vero actiones maximè cõdictiones. §. *appellamus.* 15. *eod. t.* Et vindicationes vel civiles ſunt vel prætoriæ. §.3. *h. t.* utræq; vel univerſitatis, vel ſingularium rerum *p.* 2. *tr. noſtr. diſp.* 2. *th.* 1.

Vindi-

Vindicatio univerſitatis dicitur hereditatis petitio, & continet querelam inofficioſi teſtamenti,& hereditatis petitionem in ſpecie ſic dictam. *d.diſp.2.th.2.*

Rerum ſingularium, earumq; corporalium quidem,actio, dicitur in ſpecie vindicatio. *§.1.h.t.d.diſp.2.th.6.*

Incorporalium autem rerum duæ ſunt actiones proditæ: Confeſſoria & Negatoria. *§.æquè.2.h.t.d.diſp.th.alt.*

Prætoriæ vindicationes,itidem ſunt vel univerſitatis, vel ſingularium rerum.

Univerſitatis eſt hereditatis petitio, tàm poſſeſſoria, quàm fideicommiſſaria.*p.2.diſp.3.th.1.& 2.*

Singularium rerum vindicationes duplicis ſunt generis, vel de uſucapione, vel de pignore:De uſucapione vel nondũ,vel completa:Jlla publiciana dicitur,hæc reſciſſoria.

De pignore, vel prætorio,vel conventionali. Jlla nomine generis hypothecaria dici poteſt: Hæc eodem nomine venit,& dicitur Serviana: Et eſt vel Serviana, vel quaſi Serviana, quæ omnes ſpecies tractantur.*à §. ſed iſtæ 3.usq; ad §.in perſonam.8.*

Etſi vero de poſſeſſione, quæ ſimiliter ad jus rerum pertinet,pauca tractentur in Inſtitutionibus:attamẽ,quia cauſa poſſeſſionis & proprietatis cohærent.*t.t.de cauſ.poſſ. & propriet.* & inter aliquos de poſſeſſione vel quaſi contenditur ad dominium

obtinẽdum.*l. is qui deſtinavit. 24. de Rei vind. c.* iccircò prætor interdicta propoſuit, quæ sũt vel adipiſcendæ, vel retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis. *de quibus lib. 4. t. 15. & p. 2. tract. noſtr. diſp. 4. per tot. & Menoch. in tr. ſingul. de adipiſc. retin. & recup. poſſ.*

Actiones in perſonã iterũ duplicis generis ſunt, nimirũ præjudiciales, in quibus quæritur, an quis liber vel libertus ſit, an ſervus? item de partu agnoſcendo, *de quib. §. præjudiciales. 13. h. t. & p. 2. diſp. 5.* & cõdictiones, in ſpeciẽ ſic dictæ. Eæq; vel certi, vel incerti, & vel ex cõtractu, vel delicto, utroq; vero, vel quaſi, *diſp. 5. th. 2.* Tales ſunt cõdictio certi ex mutuo, *diſp 5. th. 3.* ex promutuo, nempe cõdictio causâ datâ, causâ non ſecutâ; condictio ob turpem vel injuſtam cauſam, & condictio ſine cauſa. *diſp. 5. th. 4.* actio commodati, depoſiti, pignoris directa & cõtraria. *th. 5. & duab. ſeqq.* item actio empti-venditi, actio locati-cõducti, actio pro ſocio, utrinq; directæ, *th. 8 & ſeqq.* item actio mandati ex unâ parte directa, alterâ contraria. *th. 11.* condictio certi, ſi certa res in ſtipulationem deducta ſit, & actio ex ſtipulatu, ex incertâ ſtipulatione *th. 12.* & Chirographaria, ex literis orta, *th. 13.*

Ex innominatis contractibus datur actio præſcriptis verbis tàm æſtimatoria, & ex cõtractu permutationis, quàm do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, *de quibus diſp. 6. th. 1.*

Ex

Ex improprijs contractibus competunt quinq; potiſſimum actiones, nempe negotiorum geſtorum tam directa, quàm contraria. *diſp. 6. th. 2.* actio tutelæ, directa & contraria. *th. 3.* actio ex teſtamentis. *th. 4.* condictio indebiti. *th. 5.* & actio ad exhibendum *th. 6.*

Dantur etiam condictiones ex alieno contractu, tam præpoſitorum noſtrorum, veluti, exercitoria & inſtitoria quàm illorum, qui ſunt noſtræ poteſtati ſubjecti, veluti, actio quod juſſu, tributoria, de peculio, de in rem verſo, *de quibus lib. 4. t. 7. & d. diſp. 6. th. 7. & ſex ſeqq.*

Sunt quoque condictiones aliquæ prætoriæ, veluti, condictio triticiaria *th. 14.* conſtitutoria. *th. 15.* juratoria. *th. 16.*

Proveniunt etiam actiones ex contractuum adjunctis, partim ex Ædilitio edicto, partim de Evictione, ut ſunt redhibitoria. *th. 17.* æſtimatoria. *th. 18.* & de evictione, actio ex emto, & ſtipulatu. *th. 19.*

Sed & ex lege condictio competit, quæ datur ex obligatione, novâ lege quadam introducta, quæ lex, quo genere actionis agendum ſit, non expreſſit: puta, de donatione, de contractu emphyteuticario, & ſimilibus. *th. 19.*

Competunt quoq; nonnullæ actiones quædam extraordinariè, veluti quibus pe-

Digitized by Google

tur in integrum reſtitutio, ob metum, dolum, abſentiam & alienationem judicij mutandi causâ, de capite minutis & revocatoria Pauliana, *de quib. diſp. 7. per tot.*

Hucusque de actionibus in rem & perſonam: Reſtant mixtæ, quales ſunt hæ tres, finium regundorum, familiæ erciſcundæ & communi dividundo *de quib diſp. fin.*

Extant etiam aliæ diviſiones actionũ, nempe, à cauſa effic. quod aliquæ ſint civiles, aliquæ prætoriæ, & utræque vel directæ vel utiles. *§. ſed iſtæ. 3. & ſeqq. h. t. diſp. 1. th. 2.*

Ratione finis, aliæ rei perſecutoriæ ſunt, aliæ pœnales & quædam mixtæ *§. 12. & ſeqq. uſq. ad 21. d. p. 2. diſp. noſtr. 1. th. 5.* Aliæ in ſimplum, duplum, triplum, quadruplum *&c. §. 21. & ſeqq.*

Ratione formæ, bonæfidei quædam aliæ ſtricti juris, vel arbitrariæ. §. 28. *29. & 30. d. diſp 1. th. 4.*

Ratione adjuncti (*temporis*) perpetuæ quædam ſunt, aliæ temporales. *t. t. de perp. & temp. act. 12. lib. 4. d. diſp. 1. th. 6.*

Datur etiam in dominum ex delicto ſervi noxalis actio *lib. 4. t. de noxal. act. 8.* & tenentur domini ex animalium quoque delictis. *t. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur 9.*

Denique quibuſdam actionibus ſolidũ perſequimur, quibuſdam in quantum quis facere poteſt, vel quatenus patiuntur facultates, deducto ære alieno, ne egeat. *§. 36. 37. 38 39. & ul. t. 6.*

Eſt

Eſt autem in actionibus opera danda, ne plus quam oportet, petatur. Plus petitur quatuor modis; re, tempore, loco, & causâ. *§. 33. & ſeq.*

Agere vero poſſumus per alios quoq;, puta, per procuratorem, tutorem, curatorem *t. 10.* dum tamen idoneè ſatisdetur. *t. 11.*

Cæterum, quemadmodũ actiones competunt actoribus, ita Rei ſuas etiam exceptiones habent; perpetuas, & dilatorias. §. *8. t. 13.*

Dilatoriæ recenſentur à Zangero. I. incompetentiæ. *Zang. p. 2. c. 1.* II. laudationis. *c. 2.* III. præventionis. *c. 3.* IV. recuſationis judicis. *c. 4.* V. loci non tuti. *c. 5.* VI. temporis anguſti. *c. 6.* VII. feriarum. *c. 7.* VIII. legitimationis perſonarum. *c. 8.* *IX.* contumaciæ & non impetratæ veniæ. *c. 9.* *X.* præjudicialis. *c. 10.* *XI.* plus petitionis. *c. 11.* *XII.* pacti conventi temporalis. *c. 12.* *XIII.* litis pendentis. *c. 13.* *XIV.* libelli obſcuri, generalis & inepti. *c. 14.* *XV.* ne Reus conveniatur, niſi in id, quantum facere poteſt. *c. 15.* *XVI.* Excuſſionis, ordinis, cedendarum actionum. *c. 16.* *XVII.* Sub: & Obreptionis. *c. 17.* *XVIII.* Spolij. *c. 18* *XIX.* ineptæ cumulationis. *c. 19.* *XX.* appellationis deſertæ vel non devolutæ. *c. 20.* *XXI.* Satisdationis & guarandæ. *c. 21.*

Peremtoriæ ſunt, *I.* Exceptio ſolutionis. *Zang. p. 3. c. 1.* *II.* ſolennis obſignationis. *c. 2.* *III.* Satisfactionis. *c. 3.* *IV.* pacti. *c. 4.*

V. nova-

V. novationis. *c. 5.* VI. delegationis. *c.* 6. VII. acceptilationis. *c.* 7. VIII. compenſationis. *c.* 8. IX. confuſionis. *c.* 9. X. præſcriptionis. *c. 10.* XI. SC. Vellejani, *c. 11.* XII. Macedoniani. *c. 12.* XIII. doli mali, ſimulationis, metus, & in factum ob errorem. *c. 13.* XIV. non numeratæ pecuniæ. *c. 14.* XV. pacti de non petendo. *c. 15.* XVI. jurisjurandi. *c.* 16. XVII. rei judicatæ; quæ alias dicitur exceptio, tibi imputa, ſi non appellaſti. *c. 17.* XVIII. tranſactionis. *c. 18.* XIX. diviſionis. *c. 19.* XX. exceptionem actori jus agendi non competere. *c. 20.* XXI. perjurij. *c. 21.* XXII. implementi. *c. 22.* XXIII. caſus inſoliti. *c. 23.* XXIV. petitorij. *c. 24.* XXV. Uſurariæ pravitatis. *c. 25.* Et tradit regulam omnium dilatoriorũ communẽ p. 2. c. fin. & aliam de peremtorijs p. 3. c. fin. Et qui plura cupit de actionibus & exceptionibus, conſulat poſt alios præcipuè Wendel. Schilling. *in action. & except. forenſ. explanatione.*

Adverſus Reorum Exceptiones, habent viciſſim actores ſuas Replicationes, *de quibus t. 14.* Replicationes elidit Duplicatio & hanc Triplicatio *§. 1. & ſeqq. eod.*

Ne vero juris hiſce remedijs abuterentur homines, ideo titulus adjectus de pœnâ temerè litigantium. 16. *lib.* 4.

Monet

Monet etiam judicem, ut ſecundum leges, conſtitutiones & mores judicet, & ipſi formam certam præſcribit *t. de offic. judic.* 17. Quanquam autem Compilator ſibi propoſuerit, dicere duntaxat de jure privato. *§. f. lib. 1. t. 1.* tamen, ut diverſitas, quæ eſt inter actiones & publica judicia, quadantenus cognoſceretur, concludit Inſtitutionum libros titulus de public. judic. *18.* publica vero dicta ſunt, quod cuivis ex populo executio eorum, plerunque datur. §. 1. Horum quædã capitalia ſunt, quædam non capitalia. *§. 2.* Publica vero judicia circiter hæc ſunt: crimen Majeſtatis *§. 3.* adulterij. *§. 4.* homicidij. *§. 5.* parricidij. *§. 6.* falſi. *§. 7.* de vi publica, privatâ & raptu. *§. 8.* peculatus. *§. 9.* plagij. *§. 10.* ambitus & ſimilium. *§. f.*

Et hiſce circiter Inſtitutionum ſeries continetur.

Ali-

Aliud compendium Inſtitutionum Juſtinianearum.

LIB. I.

Juris vocabulum *πολύσημον (æquivocum)* eſt. *l. pen. & f. de J. & J. Don. lib. 1. comm. c. 3. Coraſ. de jur. civ. in artem redigendo p. 1. c. 12. A. Fab. in jurispr. Papin. t. 1. pr. 1. Albert. Bolognet. de lege & æquitate. c. 15.* Propriè ſumitur, quando conſideratur *καϑ᾽ αὑτὸ* (in ſuâ eſſentiâ, realiter ſcil.) & quatenus in ſolâ juſſione poſitum, nihil eſt aliud, quàm æquum & bonum, à jubendo ſive juſſu nominatum.

Impropriè, quando perpenditur *καϑ᾽ ἄλλο* (ſecundum aliud) quatenus videlicet in artem eſt redactum.

Jus propriè ſumtum, definiri poteſt, quod ſit conſtitutio rationabilis, deliberatò jubens in publicum, quæ recta ſunt, prohibens quæ contraria, ab eo, qui communitatis curam habet, ad commune bonum inſtituta, ijs, quibus poſita eſt, parendi neceſſitatem imponens.

Impropriè ſumtum, pro comprehenſione præceptorum derivatur à juſtitia, & definitur, quod ſit ars æqui & boni. *l. 1. in pr. de J. & J.* Juris in propriâ ſignificatione ſumti, cauſa efficiens eſt natura vel civitas.

Don-

Don.1.com.3.& 6.Coraſ.de jur.in art. redig.c.20.

Natura vel naturans, id eſt Deus, vel naturata, *Vult.de cauſis jura conſtituentib.p.68.*

Naturata vel inferior, proferens jus quod natura omnia animalia docuit. *l.1,§.3. de J.& J.pr. I. de I.N.G.& C.* vel ſuperior, quod homini, qua homo, competit, & jus gentium producit. *§.1.I.de I.N.G.& C. d.l.1. §.f.de I.& I.* Primævum ſimul & ſecundarium. *diſp.1.tr.noſtr.q.33.*

Civitas autē, vel ipſa, dū modo ſit libera. *§.ſed jus quidē.2.I.de I.N.G.& C.Don.1.com.6.circa f.* Vel cui poteſtatem dedit. *arg.l.3.§.1.* Quod cujusq; univerſ.nom. Hinc Lex, Plebiſcitū, SCtum, Principum placita, Prætorum edicta, Reſponſa prudentum, *de quibus §. 4.& ſeqq. usq; ad §.9.I.de I, N.G.& C.Don.d.c.6. lib.1.*

Juris, metonymicè pro corpore juris Romani, cui ſtudemus, accepti, cauſa effic. eſt Imperat. Juſtin. qui triumviros ſuos Tribonianum, Theophilum & Dorotheū id compilare juſſit, *§.cum quæ.3.& ſeq.in proem. Inſt. l.1.§.ſed neq; verſ omnia.C.de vet.iur.Enucl.Cōſt. tanta §. tanta.10. de confirm. digeſtor.*

Materiam juris propriè dicti, ponunt aliqui, rem omnem & quæſtionem controverſam. *Petr Greg.Tholoſ.in meth.parv.univerſi juris.c.2.* Nos opinamur, materię loco aſtrui poſſe tria præcepta, honeſtè vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.

§. juris

§. juris præcepta J. de J. N. G. & C. Etenim ex illis præceptis, tanquam ex materia præjacente, prodierunt leges per Legumlatores, *inquit Mynſ. in d. §. 3. J. de J. N. G. & C.* Sunt enim catholica principia juris, naturâ nota, præceptaque, ex quibus reliqua omnia gignuntur, & fiunt *ait Weſenb. ibid.*

Materiam juris, metonymicè ſic appellati, conſtituimus illud ipſum jus ex tribus præceptis collectum. *§. f. J. de J. & J. L. 1. §. 2. ff. eod.* Totum enim jus illud, quod à naturâ vel civitate proficiſcit, ex iſtis tribus præceptis conſtat. Quicquid autem in jure quatenus in artem redactum eſt, continetur, aut ex naturali, vel ex jure civili promtum eſt.

Formam juris, propriè ſic appellati, ponimus in eo. 1. quod ſit rationabile. *L. quod non ratione. 39. de LL. l. 2. de rivis. l. illud. 32. ad L. Aquil. L. 3. §. unde etiam. de injuſt. rupt. & irrit. teſt.* 2. quod jubeat. *L. legis virtus. 6. de LL. & ibi Coraſ. A. Fab. & alij.* 3. quod deliberatò jubeat. *d. L. quod non. 39. de LL. l. 15. de jurisd. L. 2. de judic. L. 116. §. f. de R. I.* 4. quod in publicum jubeat. *l. 1. l. 2. de LL. l. 8. & ſeqq. ff. eod.* 5. quod jubeat quæ recta ſunt &c. *L. 2. de LL.* 6. quod jubeat is, qui communitatis curam habet. *L. f. & ibi Mandell. de jurisd. L. cum unus. §. 11. de bon. autorit. judic. poſſid. L. intra centeſimum. de offic. præfect. urb.* 7. quod

ad

ad commune bonum ſit inſtituta. *Franc. Junius de legib. Moſaic. pag. 15.* & tandem quod ijs, quibus eſt poſita, parendi neceſſitatem imponat. *Guielh. Epiſc. Lugdun. de legib p. 5. c. 1. lit. D. per d. l. 2. de ll. l. 5. de judic. l. f. de jurisd.*

Forma interna juris metonymicè ſumti, eſt ipſum æquum bonum, ſeu (ſi mavis uno vocabulo) juſtum. *Vultei. in idea juris.* Ejuſdem forma externa, quod ſcriptum aliud, aliud non ſcriptum.

De ſcripti juris partibus, extant in corpore juris hinc inde centones, nec operæ precium, ut de earum conſtitutione multis agamus. Dependet enim autoritas à Juſtiniano potiſſimùm & reliquis Imperatoribus.

Ad conſuetudinem autem introducendam, *de qua tractatur in §. 9. J. de J. N. G. & C.* requiritur. I. conſenſus populi totius, aut majoris certè partis. *l. quod major ff. ad municipal.* II. diuturnitas temporis. *l. 32. & ſeqq. de ll. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.* III. Ratio probabilis. *l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. l. quod non 39. de ll. Nov. 134. c. 2. & ſeq.* IV. Actuũ frequentia. *l. 3. C. de ædific. privat. d. l. 1. C. quæ ſit long. conſuet.* Quomodo verò probetur cõſvetudo, tractat *Menoch. lib. 1. conſ. 8. & in tr. de præſumt. lib. 2 c. 8. Maſc. de probat. concl. 433 Gail. lib. 2. obſ. 31. Coler. de proceſ. exec. p. 1. c. 3. n. 20.*

b Finis

Digitized by Google

Finis & effectus juris, proprie nuncupati. eſt obedientia. *l ſub hac.8.de O.& A. Nov.161. in pr.Don.2.comm.1.* Juris in artem redacti finis eſt juſtitia. *Nov,163.Weſ.in Jſag.J.in pr. & ad pr.J.de J. & J.*

Objectum juris ſunt perſonæ, res & actiones. Et prius de perſonis videamus, inquit Jmperat. *in §.ſ.J.de J.N.G.& C.*

JUS PERSONARUM.

Jus perſonarum, eſt conditio ſive ſtatus hominum. *t.t.de ſtatu hom.t.t.J. de jure perſon.* Et quoad jus privatum, in capite conſiſtit. *l.2.de in integr.reſtit.juncta.l.1.de cap. minut.l.3.de interd. & relega.* Caput autem conſideratur in libertate, civitate & familia. *t.t.J.de cap.min.* Etenim perſonæ quædam ſunt ſui juris, quædam alieno juri ſubjectæ. Et hæ quidem vel in poteſtate dominorum, vel in poteſtate parentum.

De jure dominorum in ſervos agitur. *lib.1. 2.3.4.5.6.7.& 8.*

Servorum uſus apud nos rarior, & iſtorum titulorum explicatio magis ad juris cognitionem, quàm ad uſum eſt, niſi quod nonnunquam à ſervis ad famulos, & monachos, & à libertis ad vaſallos argumentemur, *de quibus Everhard.Cantiunc.Apel.Gammar.& alij in topicis.* Et tractant hoc argu-

mentum

mentum de ſervis vel famulis & hominibus, tàm liberis, quàm proprijs. Hyppolit. Bonacoſſa & Joh. Frid. Huſan. ex profeſſo.

In patria poteſtate ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptijs procreavimus. *pr. J. de pat. poteſt.* Non tamen contra formam generis humani. *l. non ſunt. de ſtat. hom. l. 3. §. f. C. de poſth.*

Dicuntur autem nuptiæ à nubendo, id eſt, velando, juxta communiorem opinionem Chriſt. Becm. quanquam alij ab Hebræo Nub & Nuba, quod germinare ſignificat & fructificare, derivent. *Cypr. c. 5. §. 33. n.* 4. Et definiuntur conjunctio ſive ſocietas maris & fœminæ, individuam vitæ conſuetudinem continens. *§. 1. J. de nupt. l. 1. de rit. nupt. l. 1. de act. rer. amotar.*

Cauſa efficiens nuptiarum generalis, eſt jus; ſpecialis, perſonæ quæ nuptias contrahunt. *arg. l. 4. qui teſt. fac. poſſunt. §. f. J. de J. N. G. & C. l. 44. ædil. edict. Weſenbec. in pr. Jnſt. de Obligat. Vultej. in d. jur.* Log. p. 36. & 1. *J. R. 26.*

Contrahere vero poſsunt nuptias omnes qui non prohibentur. *l. nec non 28. §. quod eius. ff. ex quibus cauſis majores. & per alia fundamenta, quæ citantur à nobis in tr. de pact. c. 5. pag. 90.*

Prohibentur autem aliqui ſolâ lege, veluti, ratione ſtatus, qui non ſunt è numero civium Romanorum *pr. J. de nupt.* Quidam ob inæqualitatem extra ſtatum, eamque vel ætatis, veluti prohibetur vir ſexagenarius ducere quinquagenariam. *t. 16. circa f. in fragm. Ulpian. arg. l. 21. de act. emt. & vend.* Partim dignitatis. Prohibentur enim viri ſenatorij ordinis ejusque liberi ducere libertinam aut vilem perſonam, Patrona ejusvè filia nubere liberto *l. 23. l. 27. l. 44. de rit. nupt.* Quod tamen alij hodie ſublatum eſſe putant, *per nov. 78. & nov. 171. c. 6.* Prohibentur etiam aliqui propter adminiſtrationem tàm publicam, veluti prætor provinciæ aliquam ex eâ provinciâ oriundam, aut ibi domicilium habentem, uxorem ducere. *l. 38. & l. 63. de rit. nupt. l. ſi concubinam. ff. ret. amotar. l. 1. C. ſi rector provinc.* quàm ob quaſi publicam, ſic enim tutor vel curator prohibetur pupillam aut adultam ſuam ſibi vel filio in matrimonium conjungere. *l. 59. l. 64. §. 1. de rit. nupt. l. 11. de ſponſ. l. ſi patris. 6. C. de interd. matrim.*

Prohibentur quoque nuptiæ lege ſimul & natura, ob defectum & conjunctionem.

Ob defectum, vel animi, ut infans & furioſus *l. 14. de ſponſalib. l. furor. de ſponſal. l. furioſi. de R. J. 6. neq; furioſus. cauſſa. 32. q. 7.* vel corporis, nempè, cum quis ob vitium corporis

perpe-

perpetuò ad generandum inceptus eſt. *l. in cauſis C.de repud.l.39.§.1.de jur.dot.*

Ob conjunctionem, vel cognationis, vel affinitatis. Cognationis,& ejus vel directæ, quemadmodum nuptiæ prohibentur in infinitum inter aſcendentes& deſcendentes.*§. ergo non omnes J.h.t.l.nemini.C.de inceſt.nupt. Nov.17.* Vel transverſæ, ut ſunt qui habentur loco parentum.*d.§.ergò non omnes. §.fratres vero,v.cujus enim filiam.§. item ancillam.J.h.t.* Deinceps fratres & ſorores, etiamſi non habeantur loco parentum, ſive ſint germani germanævè, ſive uterini vel conſanguinei.

Ob conjunctionem affinitatis prohibentur affines, qui loco parentum & liberorum aut etiam fratrum ſunt. *§.affinitatis. J.h.t l. non facile.§.hoc itaq.de gradib.& affinib. l. Ariſto.40.de rit.nupt.*

Materia nuptiarum eſt conſenſus tàm coëuntium,*per l.nuptias de R.J.l.2.de rit. nupt.* quàm eorum, in quorum poteſtate ſunt, i.e. parentum. *pr. J.de nupt.*

Forma nuptiarum interna eſt, ut ſit legitima, & vitæ conſuetudinem individuam contineat *§ 1.J.h.t.l.1.de rit.nupt.* Externa forma juxta conſuetudinem vulgarem & ritum apud nos Chriſtianos receptum, deductio in templum, & adoratio nominis divini. *arg. c. 2. & 3. & c. f. de cland. ſponſ.*

c. f. cauſa. 28. q. 1. c. aliter. cauſa. 30. q. 5.

Finis nuptiarum præcipuus eſt propagatio ſobolis, & evitatio Libidinis. *l. 1. ſol. matr. l. vicinus. C. de nupt.*

Effectus nuptiarum eſt obligatio, qua ſibi conjuges invicem tenentur ad communionem corporum & rerum. *d. l. 1. l. 22. ſol. matr.*

Uxor marito ad reverentiam, & quod de jur. Sax. conſtituta ſit in poteſtate mariti.

Adjuncta nuptiarum ſunt: dos, donatio propter nuptias, & pacta ſive inſtrumenta dotalitia. *l. ul. C. de donat. ante nupt. l. 22. C. de nupt. Nov. 117. c. 4.*

Contraria ſunt potiſsimùm quidem, mors *l. ſed ſi maritus. §. ſed ſi morte. ff. qui & à quibus.* & divortium. *t. t. de divortijs.*

Secundus modus acquirendæ patriæ poteſtatis eſt LEGITIMATIO, quam ſic dicunt, quod lege nitatur. *Nov. 74. & 89.*

Requiſita legitimationis. I. Ut liberi ſint ſuſcepti ex eâ, cum quâ jure connubium eſſe potuit. *§. f. 1. b. t.* II. Vt conſentiant liberi, vel ratum habeant. *Nov. 89. c. 11.* III. Vt legitimo modo fiat, puta, per ſubſequens matrimonium. *d. § f. b. t. & §. 2. I. de heredit. quæ ab inteſt. defer.* aut per nominationem filij. *Nov. 117. c. 2. Auth. ſi quis. C. de naturalib. liber.* aut reſcripto Principis. *Nov. 74.*

vel

vel oblatione curiæ. *Videatur Forſt.lib. 6. de ſucceſſ.c.22. & multis ſeqq.*

Tertius modus acquirendi patriam poteſtatem eſt ADOPTIO, id eſt, actio legis, ſive legitimus actus, quâ liber homo in locum filij vel alterius deſcendentis eligitur. *l.4. & t.t.de adopt.t.t.I.eod.* Eſt autem duplex: Arrogatio; & Adoptio ſimpliciter ſeu in ſpecie ſic dicta. Hæc principali reſcripto fit: Jlla magiſtratus autoritate. *§.1.I.de adopt.l.2.§.1.ff. eod.* Requiritur in adoptione potiſſimùm præſentia patris. *§ ſed hodie 2.I.de adopt.* & adoptandi· *l.neq; abſens.l.poſt mortem.§.f.de adopt.l.ſin.C.eod.* Requiruntur & alia, *de quib. Andr. Gail.lib.1.obſ.125.n.8. & ſeqq. & Sixt. in conſ. Mapurg.vol.2.conſ.21.n.57. & ſeqq.*

Effectus patriæ poteſtatis in quibus conſiſtat, optime declarat Coraſ. *in l.frater à fratre.de condict.indeb.*

Diſſolvitur autem patria poteſtas potiſſimum ſeptem modis. *t.t.I.quib.mod.jus patriæ poteſtatis ſolv.* I. Per mortem naturalem. *pr.eius t.* II. Per deportationem alterutrius, ſeu quod in eius locum hodiè ſucceſſit, per bannimentum aut proſcriptionem. *§.1.I.d.t.Gail.lib.2.de pac.publ.c.1.Zaſius in tr.de Iudæor.infantib baptizand.* III. Si pater fiat ſervus pœnæ. *§.pœnæ ſerv.3.eod.t.* IV. Per ſummam patriciatus dignitatem. *§.filiusfamilias. 4.ibi: ſumma patriciatus dignitas &c. I. h. t.*

 V. Per

V. Per captivitatem tàm Patris quàm filij. *§. ſi ab hoſtibus. 5. eod. l. 12. §. 1. & t. t. de captiv. & poſtlim. reverſ.* VI. Per emancipationem, quæ triplex eſt, Legitima, Anaſtaſiana, & Juſtiniana. *§. præterea. 6. eod.* VII. Per adoptionem ſpecialiter ita nuncupatam. *§. ſed etſi pater. 8. eod.* Diſſolvitur etiam alijs modis, de quibus Schneidvv. Vultej. & alij *in §. filiusfam. 3. J. h. t.* Et hæc de patriâ poteſtate.

Reperiuntur autem aliæ quoque perſonæ, qui in poteſtate dominorum, aut patria non ſunt, nihilominus propter ætatem lubricam & imbecillem aliorum poteſtati ſubjiciuntur, ut ſunt Pupilli & Minores. Pupilli ſunt ſub tutela; minores ſub curatione. Eſt autem tutela vis ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa. *§. 1. J. de tutel. l. 1. ff. eod.* Data eſt jure civili tutela legitima: Permiſſa teſtamentaria, & dativa. Etenim omnis tutela aut legitima eſt, aut dativa *l. f. C. de legit. tutor.* Dativa rurſus in ſpecie ſic dicta ſive honoraria, vel teſtamentaria. Teſtamentaria eſt, quando parentes liberis impuberibus, quos in poteſtate habent, tutores dant. *§. permiſſum. 3. J. de tutel.* Quamdiu vero tutor ex teſtamento ſperatur, tamdiu legitimæ tutelæ locus non eſt. *l. ſi quis. in pr. de teſtam. tut. l. quãdiu. 89. de R. I.*

Poteſt

Poteſt autem tutor dari non ſolum patreſf. ſed etiam filiusf. *pr. J. q. teſtam. tut. dari poſſunt.* etiam ſervus tam alienus, quàm proprius. *§. 1. l. 22. de teſtam. tut.* etiam furioſus aut minor: ſi is compos mentis, hic major factus fuerit. *§. furioſus. 2. I. eod.*. & poteſt ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ſub conditione dari. *§. 3. J. eod.*

Quando teſtamento tutores dati non ſunt, vocantur proximi agnati, & dicitur iſta legitima tutela, quoniam ſola L. XII. tabb. agnatos facit tutores. *t. t. de legit. agn. tut, l. 5. ff. eod.* Perimitur autem agnatio capitis deminutione, modis omnibus *ut dicitur in §. f. J. eod.* id eſt, maximâ, mediâ & minimâ. *de quib. t. t. de capit. demin.* Hæc vero tutela deferri ſolet ei, qui eſt in primo gradu. *§. f. I. eod.* & ſi ſunt plures eodem gradu, omnes æqualiter ad tutelam admittuntur. *l. 9. de legit. tutor.* Jure tamen Saxon. major natu præfertur. *lib. 1. Landrecht. art. 23.* Legitima tutela vel verê legitima eſt, vel quaſi: Jlla vel directa, ex ipſis legum 12. tabb. verbis; vel obliqua; ex mente vel interpretatione legis. *t. t. de legit. patron. tut.* Quaſi legitima eſt, quæ recepta fuit ad patronorum exemplum. *t. t. de legit. parent. tut. & t. t. de fiduciaria tut.* Tutorem teſtamentarium & legitimum non habenti, tutor à magiſtratu datur, *l. 27. de teſtam. tut. l. generaliter. C.*

 de Epiſc.

de Epiſc. & Cler. c. t. t. J. de Attil. tut. & eo qui ex l. Jul. & Tit. dabatur.

Finitâ tutelâ tutores adminiſtrationis rationes reddere tenentur. *§. f. J. eod.* Effectus tutelæ potiſſimum in autoritate tutorum eſt. *pr. & t. t. J. de autorit. tut.* Nam ſi pupilli quid alijs promittant, autoritas deſideratur. *l. 28. in pr. de pact. l. 7. C. de contrah. ſtip. l. 1. C. de inutil. ſtipul.*

Conſiſtit autem autoritatis interponendæ modus in quatuor. I. in tempore. Debet enim ſtatim author fieri. *§. tutor a. 2. J. de author. tut.* II. in præſentia, nam tutor debet eſſe præſens, in ipſo negocio. *d. §. 2. l. 9. §. 5. ff. eod.* III. in approbatione ſive declaratione expreſsâ. *d. §. 2. ibi. author fiat. l. 1. §. pen. & ult. de tut. l. ubi non voce. de R. J.* IV. Ut interponatur pure, & non ſub conditione. *l. 8. l. 19. de autor. tut.*

Cœterum tutela finitur. I. Pubertate. *pr. J. quib. mod. tut. fin. l. 1. C. quando tut. & cur. eſſe deſin.* II. Si pupillus capite minuatur. *§. item finitur. 1. J. eod.* III. Si conditio vel præſcriptum tempus exſpiret. *§. ſed & 2. & §. præterea. 5. J. eod.* IV. Si moriatur pupillus aut tutor. *§. ſimili. 3. I. h. t.* Solet tamen hoc caſu, donec pubertatem attigerit, alius tutor dari. *§. 2. ſupr. de Attil. tut. l. 2. C. in quib. cauſis tut. hab. &c.* Et quanquam per tutoris obitum tutela finiatur: tamen actio

ctio tutelæ tranſit ad heredes. *l.1.§.f.de tutel. & rat. diſtrah.t.t. de fidej. & hered. tutor.* V. Finitur quoq; tutela, ſi tutor capite minuatur. *§. ſed & 4. I. eod.* & ſunt alij duo finiendæ tutelæ modi, qui cognitionem & judicis ſententiam requirunt, utpote, ſi removeatur ob ſuſpicioné, aut juſtas cauſas habeat, propter quas excuſetur. *§. f. I. eod. & t.t. de excuſ. tut. & cur. itemq; t.t. de ſuſp. tut. vel curat.*

Tutelæ finitima eſt cura, ſive curatio, à curando ſic nominata. *l. 3. de tut. l. 1. l. f. de muner. & bonor. & c. l. 16. & l. 30. de excuſ. tutor.* Etenim prudens tutor finitâ tutelâ rationem reddere debet, & puberi curatores petere *l. admone eam. 7. C. qui pet. tut. l. 5. §. 5. de adminiſtr. tut.* Ex generali tamen ubivis ferè receptâ conſuetudine tutoris officium & periculum extenditur ad legitimam ætatem *Gail. 2. obſ. 96.* Poſſunt nihilominus, ſi velint, tutelam per pubertatem finitam, & rationibus redditis adminiſtrationem deponere & petere ut adulto curator detur. *Weſ. conſ. 35. n. 13. Heig. ad pr. J. quib. mod. tut. fin.* Cœterum quæ rerum bonorumque ſibi commiſſorum adminiſtrationem plenè continet, & propriè cura dicitur, nihil eſt aliud, quâm vis & poteſtas ad curandas & adminiſtrandas res eorum, qui licet ſint puberes, adhuc tamen ejus ætatis ſunt, ut ſua negocia tueri non poſſint. *pr. I. de curat. Donell. 3. comm. 17.*

Sunt

Sunt autem in curatione minores 25. annis, quos puperes vocamus, item furioſi, prodigi & ſimiles. *d. pr.* & §. *furioſi. 3.* & *ſeqq. I. de curat.* Diſtant vero curatores in paucis admodum à tutoribus. *l. 13. in pr. de excuſ. tutor.* de quibus differentijs Donel. *d. loc.* Weſ. Schn. Harpr. Giſan. Hotom. & alij videri poterunt *ad h. locum.* Conveniunt autem in plurimis, nam, ut cætera taceamus, & tutor & curator ſatisdare debet rem ſalvam fore. *l. 7. de prætor. ſtip. t. t. ff. rem pup. ſalv. for. l. 1. D. Qui ſatisd. cog. t. t. J. de ſatisdat. tut. vel curat.* Deinde conveniunt in eo quoque, quod tutor & curator adminiſtrationē delatam inviti ſuſcipere teneantur. *l. 1. §. 1. l. vulgo. de admin. tutor. l. fin. C. eod.* Niſi juſtas excuſationis cauſas habeat. *t. t. I. de excuſ. tut. vel curat. l. 1. De vacat. & excuſat. mun.* Curator tamen bonorum vel ad litem, quem nos einen Kriegiſchen Vormunden indigitamus, nemo invitus datur. *l. 2. §. quæritur C. de curat. bon. dand. Moll. lib. 4. ſem. c. 13.* Sed & ij, qui non jure dati, ipſo jure ſunt immunes. *l. 13. §. pen. de excuſ. tut. Don. 3. comm. 9.* Porrò variæ proponuntur excuſationis cauſæ, quarum. I. eſt πολυπαιδία (multitudo liberorū) *pr. ver. plerunq; tamē. J. h. t. t. C. qui num. liberor. ſe excuſ. Marc. Vertran. Maur. in lib. ſingulari de jur. liberor.* II. excuſationis cauſa rerum fiſcalium adminiſtratio. §.

item

item Divus. 1.*I. eod.* III. abſentia Reipublicæ cauſa. §. *item.* 2. *I. h. t.* IV. Dignitas ſeu poteſtas perſonæ. §. *& qui.* 3. *l.* 17. §. *qui ædilitate* 4. *D. h. t.* V. Lis magna, quam habet tutor cum pupillo de bonis omnibus, vel hereditate totâ. §. *item propter.* 4. *I. h. t. l. propter litem.* 21. *ff. eod. Nov.* 72. VI. Triplex onus tutelæ. §. *item tria onera.* 5. *I. eod.* VII. Paupertas. §. *ſed & propter paupertatem.* 6. *I. eod.* VIII. Morbus ſeu adverſa valetudo. §. *item propter adverſam.* 7. *I. eod. l. un. C. qui morbo ſe excuſent.* IX. Literarum imperitia. §. *ſimiliter eos.* 8. *I. eod.* X. Injuria, puta, quando datus fuerit tutor in teſtamento, ut implicaretur moleſtæ tutelæ. §. *item ſi propter.* 9. *I. eod.* *XI.* Inimicitiæ capitales. §. *inimicitiæ.* 11. *I. eod.* *XII.* Status controverſia mota. §. *item is.* 12. *J. eod.* *XIII.* Ætas 70. annorum. §. *item major.* 13. *XIV.* Profeſſio liberalium artium. §. *item Romæ.* 15. *XV.* Si quis ibi domicilium non habet. §. 17. *l. fin. in fin. De excuſat.* Poteſt etiam tutor ſe excuſare quo minus curam ſuſcipiat. §. *qui tutelam* 18. & maritus uxori curator datus excuſare ſe poteſt §. *ijdem.* 19.

An autem omnis generis tutores, & quo modo atque tempore ſe poſſint aut debeant excuſare, *tractatur in* §. *qui autem.* 16. *& ſeqq. J. eod.* Tandem conveniunt quod uterque, tutor ſimul & curator, ſuſpecti removeri

moveri poſſint. *t.t.I. de ſuſp. tut. vel curat.* Quinam autem ſuſpectos removere poſſint. *tractatur eod.t.§. 1.* Quinam accuſari poſſint. *§. 2.* Quinam ſuſpectos poſtulare poſſint. *§. 3. & ſeq.* De remotionis effectu. *§. ſuſpectus autẽ 6.* Depoſtulationis effectu §. 7. De cauſis ſuſpicionis *§. 9. & ſeqq. ad finem usq.*

LIB. II.

Jus rerum in varijs earum differentijs cognoſcendis, nec non acquirendo dominio & obligatione conſiſtit. Quæ materia totum librum ſecundum & tertium, nec non quarti libri titulos ad ſextum usque priores occupat.

Extant autem quàmplures rerum diviſiones. Etenim aliæ ſunt divini juris, aliæ humani. *l.1. de R. D.* aliæ corporales, aliæ incorporales. *t.t. I. de reb. corp. & incorp.* Item aliæ publicæ, aliæ privatæ. *d.l.1. de R. D.* Item aliæ mobiles, aliæ immobiles. *l. à D. Pio. 15. §. in venditione, de re judic.*

Summa verò & ICtis magis uſitata diviſio eſt, quod res vel in patrimonio noſtro, vel extra patrimonium noſtrum habentur. *pr. I. de R.D.* Extra patrimonium ſunt res communes. *§. 1. I. de R. D.* item publicæ. *§. 2.* item univerſitatis. *§. univerſitatis 6. I. h. t.* & res nullius. *§. nullius. I. eod.*

Singu-

Singulorum autem hominum multis modis res fiunt; Quarundam enim rerum dominium acquirimus jureg. quarundam jure civili.

MODI JURISG.

I. Primus dejuregent. acquirendi dominij modus eſt animalium occupatio, continens venationē, piſcationē & aucupiū, *de quibus in §. fera.12. & quinq. ſeqq.* Neq; vero capit qui vulneravit, ſed requiritur, ut fera beſtia in poteſtatem ejus venerit. *§.1. deR.D.* II. Eſt captivitas, non valdè diſſimilis occupationi. *§. item ea. 17. I. h. t.* Requiritur autem hoc caſu. I. ut res ſit capta. II. Ut ab hoſtibus capta. III. Ut res ſit mobilis. *l. ſi captivus.20. §.1.de captiv.l.15.de acquir.rer. dom.* III. Modus eſt inventio, ad quam apprehenſio deſideratur. *§. item lapilli. 18. I. h. t. l.3. De rer.divis. l.1. §.1. l.3 §. Neratius. De acquir.poſſ.* IV. Eſt nativitas ſeu fœtus animantium. *§. item ea 19. h. t.* V. eſt alluvio, modó facta ſit per incrementum latens. *§. præterea. 20. & ſeq. I. h. t. l.7. §.1. De acq. rer. dom.* VI. Eſt inſula. Nam inſula in mari nata fit occupantis, ſi vero naſcatur in medio, acquiritur illis qui prædia poſſidēt in utraque parte. Sin naſcitur in parte alteri proximiore, tunc ei quæritur; qui prædium poſſidet ab ea parte. *§. inſula 22. & ſeqq. I. h. t.* VII. eſt inundatio. *verſ. quod ſi ibidem.*

VIII.

VIII. Specificatio. §. *cum ex aliena*. 25. *I. eod.* Requiritur autem in ſpecificatione bona fides, & domino priſtino nihilominus acti in factum conceditur pro æſtimatione rei *lib. noſt. ſing. de dom. c. 9.* IX. Acceſſio quæ fit per intexturam, ſi namque quis alienam purpuram intexuerit veſtimento ſuo cedit ea veſtimento. *§. quod ſit. 26.* X. Confuſio: Confunduntur autem materia vel ejuſdem naturæ, vel diverſæ; & utræq. vel dominorũ voluntate, vel fortuitò. Quocumque verò modo confundantur, Species ex iis facta, manet communis. *§. 27. I. h. t.* XI. Commixtio, quæ à confuſione differt, quoniam in commixtione ſubſtantiæ non confunduntur, ſed corpora inconfuſa manent. Miſcentur autem vel utriuſque voluntate, vel fortuitò. Priore caſu communia fiunt: Poſteriore verò quilibet pro modo ſui frumenti, rei vindicatione experiri & quantitatem ſuam poſcere poterit. Iudex autem æſtimabit quale frumentum quisque debeat ex acervo ferre. *§. ſi quis frumentum. 28. J. h. t.* XII. Inædificatio, qui enim ex aliena materia in ſuo ſolo ædificat, dominus fit ædificij. Dominus autem de tigno juncto actionem habet, quâ nonnunquã duplum, nonnunquam ſimplum conſequitur. *l. 23. §. 3. & 4. de Rei Vind. §. cum in ſuo ſolo. 39. I. h. t.* XIII. Si quis in alieno

ſolo

ſolo ex ſua materia ædificaverit. Nam domus eius fit, cujus eſt ſolum. *§ ex diverſo. 30. I.eod.* XIV. Eſt plantatio, modò plantæ radices egerint. *§. ſi Titius. 31. I.h.t.* XV. Satio. § *qua ratione. 32. I.h.t. l qua ratione 9. in pr. De acq. rer. dom.* XVI. Scriptio, chartæ cedens, *§. literæ 33. I.h. t.* XVII. Pictura. tabulæ namque picturæ cedunt. *§. ſi quis. 34. h.t. l. 9. §. ſed non ut litera. De acq. rer. dom.* XIIX. Et valde inſignis modus eſt, fructuum perceptio. *§. ſi quis à non domino. 35. I.h. t.* XIX. Itidem eſt fructuum perceptio, quâ fructuarium & colonum. *§. 36. & ſeqq.* XX. Eſt inventio theſauri, modò loco congruo reperiatur. *§. theſauros. 39. h. t.* XXI. Et quidem præcipuus, eſt traditio. *§ per traditionem. 40. I. eod.*

Ut autem hic modus legitimè ſubſiſtat, requiritur in tradente 1. ut poſſit dominium transferre. *l. traditio. de acquir. rer. dom.* 2. ut velit. *§. item is cui. I. quib. mod. re. cōtrah. obblig.* Ut autem velle cenſeatur, requiritur 1. Ut ſciat rem ſuam eſſe. *l.* 3. *§. Subtilis. De condict. cauſ. dat. l. 35. De acquir. rer. dom.* 2. Ut ſubſit juſta cauſa. *l. 31. De acquir. rer. dom. l. nuda. De donat.* 3. Ut precium ſit ſolutū aut eo nomine ſatis factum. *l. ſi rem. §. omnis. De pignorat. act.* 4. Denique requiritur ad traditionem, ut tradat. *l. ſi ager. De rei vindicat. l. 40. De act. emti.* In accipiente vero requiritur. 1.

Conſenſus. *l. invito d. R. I. 2.* Ut rem corpore & animo prehendat. *l. 1. in pr. & §. 1. l. 3. De acq. poſſ.* XXII. Quaſi traditio. §. 44. *I. h. t.* XXIII. Clavium traditio §. 45. XXIV. Miſsilium projectio. §. 46. XXV. Et ultimus de jure gent acquir mod. eſt occupatio rerum pro derelicto habitarum §. 47. & §. f.

Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales. *t. t. I. de reb. corp. & incorp.* Corporales quæ tangi poſſunt. §. 1. *eod.* Jncorporales, quæ tangi non poſſunt, quales ſunt eæ, quæ in jure conſiſtunt, quo numero ſunt ſervitutes prædiorum, *de quib. t. 3. lib. 2.* item uſusfructus & uſus *de quib. t. 4. & 5.*

Eſt autem ſervitus jus, in re alienâ alteri conſtitutum, quo dominus, quod alteri commodum ſit, aliquid aut pati in ſuo, aut non facere cogitur. *Don. 9 comm. 21.* Servitutes autem aut perſonarum ſunt, ut uſus & uſusfructus: aut rerum, ut ſervitutes ruſticorum & urbanorum prædiorum, *ait Martian. in l. 1. de ſervit.* Ruſticorum prædiorum jura ſunt hæc, iter, actus, via, aquæductus. *pr. I. de ſervit. prædior.* item aquæhauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. §. 2. Prædiorum urbanorum ſervitutes ſunt, quæ ædificijs inhærent, veluti ſervitus oneris ſuſtinendi, tigni immittendi, ſtillicidij vel fluminis recipiendi; altius non tollendi, luminibus non offi-

cien-

ciendi. Adquiruntur autem huiuſmodi ſervitutes pactis & teſtamento. §. *f. I. de ſervit. prædior.* Jiſdem modis etiam uſusfructus adquiritur. *§. uſusfructus. 1. I. de uſufr.* Uſusfructus autem eſt jus, alienis rebus utendi fruendi, ſalvâ rerum ſubſtantià, quod nō rei, ſed perſonæ debetur. Et extinguitur certis modis. I. Morte uſufructuarij. *§. finitur. 3. I. de uſufr.* II. Capitis deminutione. III. Non utendo. IV. Conſolidatione. V. Extructione & mutatione rei *d. §. finitur. 3. & §. f. I, de uſufr.*

Ab uſufructu differt uſus, quod in eo minus ſit. *§. minus autem. 1. I. de uſu & habit.* item quod uſuarius ſolùm poſsit de fructibus recondere, quantum in præſentem annum ſatis eſt, item, quod non colat rem cujus habet uſum. *§ item is qui. 2. & ſeqq. I. eod. t.*

Habitatio vero proprium aliquod jus eſt. §. *ſed cui. 5. I. eod.* & à nobis inter ſervitutes non numeratur. Hæc circiter in Jnſtitutionibus de rebus incorporalibus particularibus.

MODI JURIS CIVILIS.

Subjicit deinceps Jmperator Juſtinian. acquirendi dominij modos rerum par-

 ticula-

Digitized by Google

ticularium JURE CIVILI proditos, & primò quidem titulum de uſucapionib. & longi temporis præſcriptionibus. *6. lib. 2.* Eſt autem uſucapio, adjectio dominij &c. *l. 3. de uſucap.* Rquiruntur ad uſucapionem, quinque potiſsimum, quæ verſiculis hiſce continentur.

1 Bona fides, 2 juſtus titulus, 3 res non vitioſa
4 Vt res tradatur, 5 & tempus continuetur.

De quibus omnibus ſub iſto titulo latius tractatur.

Alter juris civilis modus, in Jnſtitutionibus relatus, & certo quidem reſpectu conſideratus, eſt donatio, eaque vel mortis cauſa, vel inter vivos, *de quâ ſub t. de donat. 7.* Rèvocatur autem mortis cauſa donatio: I. Si donator reconvaleſcat. II. Si pœniteat. III. Si donatarius prius moriatur. *§. mortis cauſa. eod. t.* Quinam autem, quibus, & quando inter vivos & quas res donare poſsint vel non, item quæ requirantur in donatione inter vivos, prolixè tractat Schneid in. *§. alia autem 2. I. eod. t.* Neque vero revocantur, inter vivos donationes, niſi juſtis de cauſis, velut propter ingratitudinem & ſupervenientiam liberorum, *de quibus in §. eſt & aliud. 3. I. eod. t.*

Tertius

Tertius acquirendi dominii, rerum particularium, modus eſt jus accreſcendi, quo pars vacans cedit occupatæ parti. *§. f. I. de donat. l. 1. C. de ſerv. manum.*

Abſolutis iſtis, acquirendi dominii modis, antea quidem, quàm tranſeat Jmperator ad modos, quibus per univerſitatem res acquiruntur, interſpergit duos titulos, quorum uno docet, per quos translatio dominij fieri poſsit, ut ſit efficax. *t. t. I. quib. alien. licet vel non &c.* Altero, per quos acquiſitio fiat. *t. t. per quas perſ. cuiq; acquiritur.* Nam maritus, licet rei dotalis dominus ſit, tamen id alienare nequit. *pr. d. t, 8.* Contra, creditor, qui dominus non eſt, nihilominus rem pignoratam diſtrahere poteſt, *§. contra. 1.* Sed nec pupillus diſtrahere poteſt, licet ſit dominus. *§. nunc admonendi. 2. I. eod.* Acquirimus verò per alios, aut jure prælationis, ut per filiosf. & ſervos. *pr. & §§. quatuor ſeqq. t. 9.* aut jure contractus, puta per procuratores & tutores. *de quib. in § ex his itaq;. 5. I. eod.* Cur autem iſtos duos titulos interjecerit Jmperator, rationem reddit *in. §. f.*

Hactenus, quemadmodum ſingulæ res, tàm de jure g., quàm de jur. civ. nobis acquirantur: Etenim de legatis commodius infra dicetur. Videamus nunc, quibus modis per univerſitatem res noſtræ fiant. Ac prius de hereditatibus diſpiciamus. Nam vel

Sunt autem in curatione minores 25. annis, quos puperes vocamus, item furioſi, prodigi & ſimiles. *d. pr. & §. furioſi. 3. & ſeqq. I. de curat.* Diſtant vero curatores in paucis admodum à tutoribus. *l. 13. in pr. de excuſ. tutor.* de quibus differentijs Donel. *d. loc.* Weſ. Schn. Harpr. Giſan. Hotom. & alij videri poterunt *ad h. locum.* Conveniunt autem in plurimis, nam, ut cœtera taceamus, & tutor & curator ſatisdare debet rem ſalvam fore. *l. 7. de prætor. ſtip. t. t. ff. rem pup. ſalv. for. l. 1. D. Qui ſatisd. cog. t. t. J. de ſatisdat. tut. vel curat.* Deinde conveniunt in eo quoque, quod tutor & curator adminiſtrationē delatam inviti ſuſcipere teneantur. *l. 1. §. 1. l. vulgo. de admin. tutor. l. fin. C. eod.* Niſi juſtas excuſationis cauſas habeat. *t. t. I. de excuſ. tut. vel curat. l. 1. De vacat. & excuſat. mun.* Curator tamen bonorum vel ad litem, quem nos einen Kriegiſchen Vormunden indigitamus, nemo invitus datur. *l. 2. §. quæritur C. de curat. bon. dand. Moll. lib. 4. ſem. c. 23.* Sed & ij, qui non jure dati, ipſo jure ſunt immunes. *l. 13. §. pen. de excuſ. tut. Don. 3. comm. 9.* Porrò variæ proponuntur excuſationis cauſæ, quarum. I. eſt πολυπαιδία (multitudo liberorū) *pr. ver. plerumq; tamē. J. h. t. t. t. C. qui num. liberor. ſe excuſ. Marc. Vertran. Maur. in lib. ſingulari de jur. liberor.* II. excuſationis cauſa rerum fiſcalium adminiſtratio. *§.*

item

item Divus. 1. *I. eod.* III. abſentia Reipublicæ cauſa. §. *item*, 2. *I. h. t.* IV. Dignitas ſeu poteſtas perſonæ. §. *& qui.* 3. *l.* 17. §. *qui adilitate* 4. *D. h. t.* V. Lis magna, quam habet tutor cum pupillo de bonis omnibus, vel hereditate totâ. §. *item propter.* 4. *I. h. t. l. propter litem.* 21. *ff. eod. Nov.* 72. VI. Triplex onus tutelæ. §. *item tria onera.* 5. *I. eod.* VII. Paupertas. §. *ſed & propter paupertatem.* 6. *I. eod.* VIII. Morbus ſeu adverſa valetudo. §. *item propter adverſam.* 7. *I. eod. l. un. C. qui morbo ſe excuſent.* IX. Literarum imperitia. §. *ſimiliter eos.* 8. *I. eod.* X. Injuria, puta, quando datus fuerit tutor in teſtamento, ut implicaretur moleſtæ tutelæ. §. *item ſi propter.* 9. *I. eod.* XI. Inimicitiæ capitales. §. *inimicitiæ.* 11. *I. eod.* XII. Status controverſia mota. §. *item is.* 12. *J. eod.* XIII. Ætas 70. annorum. §. *item major.* 13. XIV. Profeſſio liberalium artium. §. *item Romæ.* 15. XV. Si quis ibi domicilium non habet. §. 17. *l. fin. in fin. De excuſat.* Poteſt etiam tutor ſe excuſare quo minus curam ſuſcipiat. §. *qui tutelam* 18. & maritus uxori curator datus excuſare ſe poteſt §. *iidem.* 19.

An autem omnis generis tutores, & quo modo atque tempore ſe poſſint aut debeant excuſare, *tractatur in* §. *qui autem.* 16. *& ſeqq. J. eod.* Tandem conveniunt quod uterque, tutor ſimul & curator, ſuſpecti re-

moveri

moveri poſſint. *t. t. I. de ſuſp. tut. vel curat.* Quinam autem ſuſpectos removere poſſint. *tractatur eod. t. §. 1.* Quinam accuſari poſſint. *§. 2.* Quinam ſuſpectos poſtulare poſſint. *§. 3. & ſeq.* De remotionis effectu. *§. ſuſpectus autē 6.* Depoſtulationis effectu §. 7. De cauſis ſuſpicionis *§. 9. & ſeqq. ad finem uſq.*

LIB. II.

Jus rerum in varijs earum differentijs cognoſcendis, nec non acquirendo dominio & obligatione conſiſtit. Quæ materia totum librum ſecundum & tertium, nec non quarti libri titulos ad ſextum usque priores occupat.

Extant autem quàmplures rerum diviſiones. Etenim aliæ ſunt divini juris, aliæ humani. *l. 1. de R. D.* aliæ corporales, aliæ incorporales. *t. t. I. de reb. corp. & incorp.* Jtem aliæ publicæ, aliæ privatæ. *d. l. 1. de R. D.* Jtem aliæ mobiles, aliæ immobiles. *l. à D. Pio. 15. §. in venditione, de re judic.*

Summa verò & ICtis magis uſitata diviſio eſt, quod res vel in patrimonio noſtro, vel extra patrimonium noſtrum habentur. *pr. I. de R. D.* Extra patrimonium ſunt res communes. *§. 1. I. de R. D.* item publicæ. *§. 2.* item univerſitatis. *§. univerſitatis 6. I. h. t.* & res nullius. *§. nullius. I. eod.*

Singu-

Singulorum autem hominum multis modis res fiunt; Quarundam enim rerum dominium acquirimus jureg. quarundam jure civili.

MODI JURISG.

I. Primus dejuregent. acquirendi dominij modus eſt animalium occupatio, continens venationē, piſcationē & aucupiū, *de quibus in §. feræ.12. & quinq. ſeqq.* Neq; vero capit qui vulneravit, ſed requiritur, ut fera beſtia in poteſtatem ejus venerit. *§.1. de R.D.* II. Eſt captivitas, non valdè diſſimilis occupationi. *§. item ea. 17. I. h. t.* Requiritur autem hoc caſu. I. ut res ſit capta. II. Ut ab hoſtibus capta. III. Ut res ſit mobilis. *l. ſi captivus.20. §.1. de captiv. l.16. de acquir. rer. dom.* III. Modus eſt inventio, ad quam apprehenſio deſideratur. *§. item lapilli. 18. I. h. t. l.3. De rer. divis. l.1. § 1. l.3 §. Neratius. De acquir. poſſ.* IV. Eſt nativitas ſeu fœtus animantium. *§. item ea 19. h. t.* V. eſt alluvio, modó facta ſit per incrementum latens. *§. præterea. 20. & ſeq. I. h. t. l 7. §.1. De acq. rer. dom.* VI. Eſt inſula. Nam inſula in mari nata fit occupantis, ſi vero naſcatur in medio, acquiritur illis qui prædia poſſidēt in utraque parte. Sin naſcitur in parte alteri proximiore, tunc ei quæritur, qui prædium poſſidet ab ea parte. *§. inſula 22. & ſeqq. I. h. t.* VII. eſt inundatio. *verſ. quod ſi ibidem.*

VIII.

VIII. Specificatio. §. *cum ex aliena*. 25. *I. eod.* Requiritur autem in ſpecificatione bona fides, & domino priſtino nihilominus actio in factum conceditur pro æſtimatione rei. *lib. noſt. ſing. de dom. c. 9.* IX. Acceſſio, quæ fit per intexturam, ſi namque quis alienam purpuram intexuerit veſtimento ſuo, cedit ea veſtimento. §. *quod ſi*. 26. X. Confuſio: Confunduntur autem materiæ vel ejuſdem naturæ, vel diverſæ; & utræq; vel dominorũ voluntate, vel fortuitò. Quocunque verò modo confundantur, Species ex ijs facta, manet communis. §. 27. *I. h. t.* XI. Commixtio, quæ à confuſione differt, quoniam in commixtione ſubſtantiæ non confunduntur, ſed corpora inconfuſa manent. Miſcentur autem vel utriusque voluntate, vel fortuitò. Priore caſu communia fiunt: Poſteriore verò quilibet pro modo ſui frumenti, rei vindicatione experiri & quantitatem ſuam poſcere poterit. Iudex autem æſtimabit quale frumentum quisque debeat ex acervo ferre. §. *ſi quis frumentum*. 28. *J. h. t.* XII. Inædificatio, qui enim ex aliena materia in ſuo ſolo ædificat, dominus fit ædificij. Dominus autem de tigno juncto actionem habet, quâ nonnunquã duplum, nonnunquam ſimplum conſequitur. *l. 23. §. 3. & 4. de Rei Vind.* §. *cum in ſuo ſolo*. 39. *I. h. t.* XIII. Si quis in alieno ſolo

ſolo ex ſua materia ædificaverit. Nam domus eius fit, cujus eſt ſolum. *§ ex diverſo. 30. I.eod.* XIV. Eſt plantatio, modò plantæ radices egerint. *§. ſi Titius. 31. I.h.t.* XV. Satio. §. *qua ratione. 32. I.h.t. l. qua ratione 9. in pr. De acq. rer. dom.* XVI. Scriptio, chartæ cedens, *§. literæ 33. I.h. t.* XVII. Pictura, tabulæ namque picturæ cedunt. *§. ſi quis. 34. h.t. l. 9. §. ſed non ut literæ. De acq. rer. dom.* XIIX. Et valde inſignis modus eſt, fructuum perceptio. *§. ſi quis à non domino. 35. I.h. t.* XIX. Jtidem eſt fructuum perceptio, quâ fructuarium & colonum. §. *36. & ſeqq.* XX. Eſt inventio theſauri, modò loco congruo reperiatur. *§. theſauros. 39. h. t.* XXI. Et quidem præcipuus, eſt traditio. *§ per traditionem. 40. I. eod.*

Ut autem hic modus legitimè ſubſiſtat, requiritur in tradente 1. ut poſſit dominium transferre. *l. traditio. de acquir. rer. dom.* 2. ut velit. *§. item is cui. I. quib. mod. re. cōtrah. obblig.* Ut autem velle cenſeatur, requiritur 1. Ut ſciat rem ſuam eſſe. *l. 3. §. Subtilis. De condict. cauſ. dat. l. 35. De acquir. rer. dom.* 2. Ut ſubſit juſta cauſa. *l. 31. De acquir. rer. dom. l. nuda. De donat.* 3. Ut precium ſit ſolutū aut eo nomine ſatis factum. *l. ſi rem. §. omnis. De pignorat. act.* 4. Denique requiritur ad traditionem, ut tradat. *l. ſi ager. De rei vindicat. l. 40. De act. emti.* Jn accipiente vero requiritur. 1.

 Conſen-

Conſenſus, *l. invito d. R. I. 2.* Ut rem corpore & animo prehendat. *l. 1. in pr. & §. 1. l. 3. De acq. poſſ.* XXII. Quaſi traditio. §. 44. *I. h. t.* XXIII. Clavium traditio §. 45. XXIV. Miſsilium projectio. §. 46. XXV. Et ultimus de jure gent acquir mod. eſt occupatio rerum pro derelicto habitarum §. 47. & §. f.

Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales. *t. t. I. de reb. corp. & incorp.* Corporales quæ tangi poſſunt. §. 1. *eod.* Incorporales, quæ tangi non poſſunt, quales ſunt eæ, quæ in jure conſiſtunt, quo numero ſunt ſervitutes prædiorum, *de quib. t. 3. lib. 2.* item uſusfructus & uſus. *de quib. t. 4. & 5.*

Eſt autem ſervitus jus, in re alienâ alteri conſtitutum, quo dominus, quod alteri commodum ſit, aliquid aut pati in ſuo, aut non facere cogitur. *Don. 9. comm. 21.* Servitutes autem aut perſonarum ſunt, ut uſus & uſusfructus: aut rerum, ut ſervitutes ruſticorum & urbanorum prædiorum, *ait Martian. in l. 1. de ſervit.* Ruſticorum prædiorum jura ſunt hæc, iter, actus, via, aquæductus. *pr. I. de ſervit. prædior.* item aquæhauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiẽdæ. §. 2. Prædiorum urbanorum ſervitutes ſunt, quæ ædificijs inhęrent, veluti ſervitus oneris ſuſtinendi, tigni immittendi, ſtillicidij vel fluminis recipiendi, altius non tollendi, luminibus non offi-

cien-

ciendi. Adquiruntur autem huiuſmodi ſervitutes pactis & teſtamento. §. *f. I. de ſervit. prædior.* Iiſdem modis etiam uſusfructus adquiritur. *§. uſusfructus. 1. I. de uſufr.* Uſusfructus autem eſt jus, alienis rebus utendi fruendi, ſalvâ rerum ſubſtantiâ, quod nõ rei, ſed perſonæ debetur . Et extinguitur certis modis. I. Morte uſufructuarij. *§. finitur. 3. I. de uſufr.* II. Capitis deminutione. III. Non utendo. IV. Conſolidatione. V. Extructione & mutatione rei *d. §. finitur. 3. & §. f. I, de uſufr.*

Ab uſufructu differt uſus, quod in eo minus ſit. *§. minus autem. 1. I. de uſu & habit.* item quod uſuarius ſolùm poſsit de fructibus recondere, quantum in præſentem annum ſatis eſt, item, quod non colat rem cujus habet uſum. *§ item is qui. 2. & ſeqq. I. eod. t.*

Habitatio vero proprium aliquod jus eſt. §. *ſed cui. 5. I. eod.* & à nobis inter ſervitutes non numeratur. Hæc circiter in Inſtitutionibus de rebus incorporalibus particularibus.

MODI JURIS CIVILIS.

Subjicit deinceps Imperator Juſtinian. acquirendi dominij modos rerum particula-

Tertius acquirendi dominii, rerum particularium, modus eſt jus accreſcendi, quo pars vacans cedit occupatæ parti. *§.f.I. de donat.l.1.C. de ſerv.manum.*

Abſolutis iſtis, acquirendi dominii modis, antea quidem, quàm tranſeat Jmperator ad modos, quibus per univerſitatem res acquiruntur, interſpergit duos titulos, quorum uno docet, per quos translatio dominij fieri poſsit, ut ſit efficax. *t.t.I.quib.alien. licet vel non &c.* Altero, per quos acquiſitio fiat. *t.t. per quas perſ.cuiq; acquiritur.* Nam maritus, licet rei dotalis dominus ſit, tamen id alienare nequit. *pr.d.t,8.* Contra, creditor, qui dominus non eſt, nihilominus rem pignoratam diſtrahere poteſt, *§.contra.*1. Sed nec pupillus diſtrahere poteſt, licet ſit dominus. §.*nunc admonendi.*2.1.*eod.* Acquirimus verò per alios, aut jure prælationis, ut per filiosf. & ſervos. *pr.& §§.quatuor ſeqq.t.9.* aut jure contractus, puta per procuratores & tutores. *de quib.in § ex his itaq;.5.I.eod.* Cur autem iſtos duos titulos interjecerit Jmperator, rationem reddit *in. §.f.*

Hactenus, quemadmodum ſingulæ res, tàm de jure g., quàm de jur. civ. nobis acquirantur: Etenim de legatis commodius infra dicetur. Videamus nunc, quibus modis per univerſitatem res noſtræ fiant. Ac prius de hereditatibus diſpiciamus. Nam vel

ex teſtamento vel ab inteſtato ad vos pert
ner, ait Imperator. *in § f. I. per quas perſon.* a
qui quamdiu hereditas ex teſtamento pote
adiri, tamdiu non defertur ab inteſtato.
quam diu. 39. de acquir. hered. & l. quamdiu.
R. I. Ergo non immerito ſubjicitur tit.
teſtamentis ordinandis. *10. lib. 2.*

Teſtamentum autem ex eo appellatur
quod teſtatio mentis ſit. *pr. l. eod.* & defin
tur, quod ſit voluntatis noſtræ juſta ſenten
tia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fier
velit. *l. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſunt.* Cujus olin
diverſa genera fuerunt, Unum, quo tempo
re pacis utebantur, calatis comitijs ita nun
cupatum. Alterum, cum in prælium exitu
ri eſſent, procinctum, vel in procinctu di
ctum; Deinceps tertia ſpecies eſt inventa
nimirum per æs & libram, ſed hæc omnia i
uſu eſſe deſierunt. §. *1. h. t.* Teſtandi form
tripartita, nimirum ex Civili, Conſtitutio
num & Prætorio jure. *§. 2. & 3 eod.* Poſte
Juſtin. conſtituit, ut per manus teſtatori
vel teſtium, nomen heredis exprimeretur. §
4. Quam tamen ſanctionem ipſemet dein
de ſuſtulit, editâ novâ conſtitutione, de te
ſtatore non cogendo, propriâ manu nomi
na heredum ſcribere. *Nov. 119. c. 9.* Quo
modo vero ſubſignatio fieri debeat, & poſ
ſit, *traditur in § poſſunt autem. 5.* Eſt etiam, u
videamus, quinam teſtes adhiberi poſſint, &
conſti

conſtituitur regula, quod poſſint omnes ij, quibus cum teſtamenti factio eſt, ſeu paſſiva, ſive activa. *§.6.eod.* Ubi tamen excipiuntur aliqui à regula, *in verſ. ſed neq; mulier.* &c. Quando vero ſervus, pro libero habitus teſtamentum ſignavit, tunc id ex Imperatoriâ liberalitate ſuſtinetur. *§ ſed cum.7.eod. t.* Ex unà quoque domo plures teſtes in alieno negocio produci poſsunt. *§.8.eod.* Qui tamen in poteſtate teſtatoris eſt, teſtis eſſe nō debet. *§. in teſtibus.9.eod* Sed neq; heres, neq; is, qui in eius, nec is cuius ipſe in poteſtate eſt, teſtes adhiberi poſsunt. *§ ſed neq;.10.I.eod.* Legatarij tamen, & fideicommiſſarij particulares, teſtes eſſe poſsunt. *§. legatarijs. 11. I. eod.*

Subjectum, in quo ſcribi ſolet teſtamentum, eſt quævis materia ad ſcripturam recipiendam habilis. *§. nihil autem. 12. I. eod.*

Et unum teſtamentum pluribus codicibus quis facere poteſt, *§. ſed & unum. 13.* Hactenus de teſtamento ſcripto.

Nuncupativum teſtamentum ſcripturam non requirit, ſed ſufficit, ſi teſtator ſeptem adhibitis teſtibus voluntatem ſuam coram eis nuncupando declarat. *§ f. iſto t.*

Si tamen ad fidem rei geſtæ redigatur in ſcripturam, propterea non deſinit eſſe nuncupativum, *ut ibidem Dd. notant.*

 Cœte-

Cœterùm, ſupra dicta diligens obſervatio in teſtamentis ordinandis, militibus, in expeditione conſtitutis, remiſſa eſt. *pr. I. de milit. teſt.* qui titulus continet privilegia quędam militum, quorum vigore non tenentur, circa ſolemnia teſtamenti, ſervare, quæ pagani. Milites enim quoquo modo volent, facere teſtamenta poſſunt, & ſufficit nuda teſtatoris volūtas. *l. 1. & t. t. ff. de teſt. milit.* Gaudent namq; milites, in hac re, privilegijs certis, quæ partim perſonam militis teſtantis reſpiciunt, partim eos, qui ſcripti ſunt heredes, in militis teſtamento; partim in ſolemnibus teſtamenti conſiſtunt, & tandem in ipsâ militarium teſtamentorum diſpoſitione. *de quib. d. t. 11. lib. 2. Don. lib. 6. comm. c. f. Conter. de jur. mil. lib. 2. c. 15. & ſeqq.* Neque tamen protinus opinandum eſt, quod militis teſtamentum ſubſiſtat, ſi fortaſsis ſermonibus ludicris, aut convivalibus uſus, dixerit: bona mea tibi relinquo; te heredem facio. Sed de voluntate ipſius enixa & ſeriâ conſtare debet. *§. 1. I. eod.* Eſt etiā hoc in militibus ſingulare, quod ſurdus & mutus miles teſtamentum facere poſſit. *§. 2. J. eod.* modò militent, & in caſtris degant. *§. 3.* Sed & ſi quis ante militiam teſtamentum non ritè fecerit, poſtea vero miles factus id ipſum aperiat, & iterum obſignet, valet nihilominus teſtamentum. *§. ſed et ſi quis. 4.*

Privile-

Privilegium autem militare, non tantum hoc operatur, ut teſtamenta militum faciliori negocio fieri poſſint, ſed etiam ut facta non tàm facilè rumpantur. Militum namque teſtamenta per capitis deminutionem irrita non fiunt. *§. 5.* Refertur etiam hoc inter privilegia militaria, quod filijfam. non milites, qui caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia peculia habent, de ijs ſemper & ubiq; teſtari poſſint, modò extra caſtra conſtituti, teſtentur jure communi. *§. f. eod.*

Porrò, non omnes teſtamenta facere poſſunt. Etenim alieno juri ſubjecti, teſtari nequeunt. *pr. J. quib non eſt permiſ. fac. teſt.* Teſtari quoque nequeunt impuberes, & furioſi. *§.* 1. neque prodigi. *§. 2.* neque ſurdus & mutus. *§. 3.* neque cæcus. §. 4. nec qui eſt apud hoſtes. *§.* f. Sunt etiam alij, qui teſtamentum facere non poſſunt, veluti deportatus, ab Imperio proſcriptus, obſes, monachus, uſurarius & ſimiles, *de quibus interpretes ad h. t. Iul. Clar. in §. teſtamentum. q. 18. & ſeqq. Don. 6. comm. 5.*

Inter cœtera verò, quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale jus eſt, de liberis heredibus inſtituendis; vel exheredandis, ne preteritis iſtis rumpatur teſtamentum. *l. inter. 30. de liber. & poſth.* & ideò non immeritò ſubijcitur titulus de exheredatione liberorum 13. Nam

qui filium in poteſtate habet, curare debet, ut eum heredem inſtituat, vel exheredem eum nominatim faciat. *pr. J. eod.* Requiritur autem in exheredatione. I. Ut nominatim fiat. *pr. h. t.* II. Ut purè fiat. *l. 3. §. purè. 1. de liber. & poſth.* III. Ut fiat ab omni gradu etiam ſubſtitutionis *l. ſi à primo. 8, de liber. & poſth.* IV. Ut fiat à totâ hereditate. *l. 17. ff. h. t.* V. Ut juſta ſubſit exheredationis cauſa. *quarum 14. referuntur in Nov. 115. c. 3.* VI. Ut exheredationis cauſa nominatim exprimatur à teſtatore. *Auth. non licet. C. de liber. præterit. d. Nov. 115. c. 3.* VII. Requiritur ut teſtator cauſam exheredationis probet. *d. Auth. non licet. C. de liber. prater.* Poſthumi quoque liberi vel heredes inſtitui, vel exheredari debent. *§. 1. I. eod.* Sed & quaſi poſthumi, puta nepotes quorum pater adhuc eſt in vivis, & poteſtate. *§. 2.* Dat etiam Prætor emancipato bonorum poſſeſſionem contra tabulas patris. *§. 3. eod.* De jure verò Novellarum emancipati filij ſine cauſa præteriti habent jus dicendi nullum teſtamentum patris. *Nov. 115. c. 3. Nov. 118. c. 4.* Adoptivi quoque filij, quamdiu ſunt in poteſtate patris, heredes inſtituendi ſunt, vel exheredandi. *§. 4.* Neque refert cujuscunque ſint ſexus liberi. *§. 5.* Miles tamen non cogitur nominatim liberos ſuos exheredare. *§. 6.* neque mater aut avus maternus.

ternus. *§. f.* quod tamen correctum *per Nov.* 115. *c. 3.*

Cæterùm ſi deſint liberi, nihilominus alius heres inſtitui *debet. t. t. de heredib. inſtituen.* 14. Nam heredis inſtitutio fundamentum eſt & baſis teſtamenti. *l. 1. & t. t. ff. de hered. inſtituen. §. ante. infr. de legat. l. 19. §. 1. de teſtam. milit.*

Permiſſum autem eſt heredes inſtituere, tàm ſervos quam liberos, & illos tam proprios, quàm alienos. *§. 1. 2. & 3. J. de hered. inſt.* Ignotos etiam, & quos nunquam quis vidit, modò ipſi de perſonâ conſtet, teſtator inſtituere poteſt *§. f. h. t.*

Multi tamen ſunt, qui non poſſunt inſtitui, veluti hæretici, apoſtatæ, qui damnati ſunt ob crimen læſæ Majeſt. & alij &c. de quibus nihil in Inſtitutionibus, ſed potiſſimum in Codice tractatur. Poſſunt autem inſtitui non unus homo ſolùm, ſed & plures in infinitum. *§. & unum.* 4. *J. eod.* Quod tamen civiliter intelligendum. Nam omnes homines in mundo, quod Accurſius quidem opinatur, inſtituere non licet. De partibus, in quas heredes inſtitui poſſunt, tractat. *§. hereditas.* 5. *ubi dicitur*, quod hereditas generaliter in 12. partes diſtribuatur. Ad quod tamen teſtator præcisè non eſt adſtrictus,

ſed

ſed in plures, vel in nullas, vel partim in nullas, partim in aliquas inſtituere poteſ *de qua re tractatur in* §.*6.7.& 8.* De formâ ſive modo, agitur *in* §.*9.10.& 11.* nempè, quo heredes inſtitui poſſint, non purè duntaxat ſed & ſub conditione, modò non ſit impoſſibilis. §. *impoſſibilis. 10. iſto t.* Item & contra, quod ex certo tempore, vel ad certum tempus inſtitutio fieri nequeat. §.*9.* item plures conditiones aſcriptæ fuerint, quod ſufficiat, cuilibet ex ijs obtemperare. §. *pen*

Poteſt etiam teſtator plures inſtitutionis gradus facere, puta, ſi ille heres non ſit, ille heres eſto, & deinceps plures. *l. poteſt.36 de pupil. & vulg ſubſt.* Etenim heredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti primo gradu: Subſtituti vero ſecundo vel tertio gradu. *l.1.de vulg.& pup.ſubſt.* Nihil autem eſt aliud ſubſtitutio, quam ſecundi heredis inſtitutio, ſeu inſtitutio heredis, in ſecundo vel ulteriore gradu. *l. ſi pater. 25. de vulg. & pupil. ſubſt. & t. de vulg. ſubſt. 15. atq; t. de pupil. ſubſt. 16. J. lib. 2.*

Sed & plures in unius, vel unum in plurium, vel ſingulos in ſingulorum locum vel invicem ſibi, ſubſtituere poteſt. §.*1. de vulg. ſubſt. l. cum quidam. C. de impuber. & ali. ſubſ* Recipit autem ſubſtitutio ſuam interpretationem, à præcedente inſtitutione; ut ſi qui ex diſparibus partibus inſtituti fuerint, in

ſubſt.

ſubſtitutionibus quoque, ex iiſdem portionibus intelligantur invitati. Inſtituto quoque heredi coheres, & ipſi viciſſim alius ſubſtitui poteſt, quo caſu ſubſtitutus ad utramq; partem admittetur. §. 3. Sed etſi teſtator alienum ſervum, quem exiſtimavit liberum, heredem inſtituit, eique ſubſtituit, & ſervus ille domini juſſu hereditatem adiit, ſubſtitutio propterea non expirat, ſed in partem ſubſtitutus admittetur, *de quâ re prolixè in §. fin.*

Pupillaris ſubſtitutio, *de qua t. 16.* ſic dicitur, quod pupillis tantum fiat, in caſum, quo quidem illi hereditatem adierint, ſed mortui fuerint, ante pubertatis annos. *l. 1. §. 1. & l. 4. ff. h. t.*

Subſtitutionis iſtius requiſitum I. eſt, ut fiat liberis, nam extraneis facta, nullius eſt momenti. *§. f. h. t.* Poteſt autem hoc modo ſubſtitui, liberis cujuscunque ſexus. *§. pen. h. t.* etiam poſthumis. *§. 4.* II. requiſitum, ut fiat liberis impuberibus *pr. ibi. impuberibus. & §. 8. h. t.* III. requiſitum, ut iſthæc ſubſtitutio fiat liberis, in poteſtate teſtatoris conſtitutis. *d. pr. J. & l. 2. ff. h. t.* Eſt autem & quaſi pupillaris ſubſtitutio, quam vulgò nominant exemplarem, qua parentes, liberis ſuis, dementia vel furore impeditis, quo minus teſtamentum facere poſſint, heredem ſubſtituunt. *§. qua ratione 1. h. t.*

Et hoc modo tàm mater ſubſtituere poteſt, quàm pater. *d.* §. *1. ibi. ſi qui &c.* mente captis. *ibidem.* ita tamen, ut ſi furioſus habeat deſcendentes ſapientes, aut illis deficientibus, fratres ſanæ mentis, iſti præferantur, & tum demùm, quando tales non extant, pater inſtituere poſſit, quem velit. *l.9. C.h.t.* ubi Dd. tradunt, quibus verbis iſta ſubſtitutio concipiatur, quæ ſint ejus requiſita, qui effectus, atque differentiæ inter eam & pupillarem, & quibus modis finiatur, *de quibus conſuli poteſt etiam Schneidw. d.* §. *1.* Cæterum in pupillari ſubſtitutione pater & ſibi & filio teſtamentum facit, & quodammodo duo ſunt teſtamenta, ratione duarum cauſarum ſive hereditatum, quod tamen ratione teſtatoris, ſolennium & aliorum quorundam, in effectu duntaxat eſt unum. §. *2.* In §. *3.* ſubijcitur, quomodo fraudibus obviandum ſit, ne filij, quibus ſubſtituitur, in periculo conſtituantur. In §.4. dicitur, quod ſubſtituere liceat, quos inſtituere non licebat. Neque tamen ſubſtituere poteſt pater liberis, niſi heredes ipſos inſtituerit. §. *5.* nihilominus ſingulis liberis vel ei, qui ultimus impubes morietur, ſubſtituere licet. §. *6.* Specialiter, hoc eſt, nomine expreſſo; vel generaliter. §. 7. ad pubertatis uſque tempus. *d.* §. *8.*

Poſt-

Poſtquam dictum eſt, quid ſit teſtamentum,& quotuplex; quænam ejus ſolennitates & requiſita, quinam, à quibus heredes inſtitui atque ſubſtitui, & quibus, qua ratione, vel modo,poſſint,atque ita quâ formâ teſtamenta conficiantur. Nunc ſubijcitur t. quibus modis teſtamenta infirmentur.

17. Infirmantur autem teſtamenta multis modis. Nonnunquam enim vitioſa ſunt ſtatim ab initio, veluti ſi non ſint jure ſive ſolenniter, ac ritè facta. *l. 1. de inj. rupt. & irrit. teſt.* aut injuſta, puta, ſi filiusf. in teſtamento ſit præteritus. *l. 3. §. ex his. l. 6. ff. eod.* Interdum jure riteque facta teſtamenta, rumpuntur tamen, & irrita fiunt, *& de his duobus infirmandi modis potiſſimum h. t. tractatur.*

Rumpuntur autem teſtamenta mutatione, ſeu quod idem eſt, per aliud teſtamentum poſterius æquè perfectum,& agnatione ſui heredis. De mutatione *tractatur in* §. 2. *&* 3. de agnatione. § *1.* Irrita fiunt capitis deminutione, maximâ, mediâ & minimâ, *de quâ* §. 4. Infirmantur quidem teſtamenta etiam per querelam inofficioſi teſtamenti, *de qua t. ſeq.* & per bonorum poſſeſſionem contra tabb. *§. ſunt autem I. de bonor. poſſ.* Sed iſta non ſunt revera teſtamenti vitia, quia teſtamentum ipſo jure non afficiunt, ſed opus eſt actione.

Quan-

Quanquam autem teſtamenta rupta poſſint irrita quoque dici, & contra, diſtinguendi tamen cauſa, rectè ſecernuntur. *§. 5. h. t.* Non autem per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quæ ab initio jure facta, per capitis deminutionem irrita redduntur, *quod exemplo declaratur in* §. 6. Sed & regula, quod poſterius teſtamentum rumpat prius, exceptionem hanc patitur, niſi teſtamentum poſterius, ratione voluntatis, vel ſolennitatis ſit imperfectum. §. 7. Tandem adjicitur, quod princeps litis causâ heres inſtitui non poſſit, neque tabulis non legitimè factis, neque nudâ voce. *§.f.*

Neque vero ſolum iſtis modis jam relatis, infirmantur teſtamenta, verum etiam, ſi teſtamentum dicatur inofficioſum, licet aliæ ſolennitates juris in eo ſint obſervatæ. Etenim naturalis ratio, quaſi tacita quædam lex, liberis parentum hereditatem addicit. *l. cum ratio. de bon. damnat. l. ſcripto.7. ff. unde liberi.* Ergò ſi à patre liberi ſine juſta cauſa exheredentur, vel à matre prætereantur, reſcindere poſſunt teſtamentum, tanquam contra pietatis officium factum, per querelam inofficioſi teſtamenti. *pr. & t. t. de inoff. teſt.* 18.

Non vero liberis ſolùm, ſed & parentibus de inofficioſo licet diſputare *§. 1. l. 1. l. 14. & ſeq. ff. de inoffic. teſt.* Nam parentes ad bona

ad bona liberorum ratio miſerationis admittit. *l. ſcripto. 7. § f. unde liberi.*

Datur etiam querela fratribus & ſororibus ex utroque parente ſibi invicem conjunctis, qui vulgo Germani dicuntur; itemque fratribus conſanguineis, hoc eſt, ijs, qui eodem patre nati ſunt, ſub hac conditione, ſi forte perſona turpis inſtituta ſit.

Vterinis autem, id eſt, ex eadem matre natis, ne ſic quidē conceditur. *l. fratres. 27. C. h. t.* Ceſſat etiam querela inofficioſi teſtamenti, ſi quis alio jure, ſive remedio, vel civili ſeu prætorio ad defuncti bona venire poſſit, veluti ſi teſtamentum poſsit dicere nullum, vel irritum, vel ruptum, vel bonorum poſſeſſionem petere contra tabulas. §. 2. Item ceſſat, ſi legitima ſit relicta, vel ejus pars aliqua. Tunc enim agitur ad ſupplementum. *§. 3. l. omnimodo C. h. t. l. un. C. de cond. ex lege. Gail. 2. obſ. 120.* Poſt hæc interjiciuntur duo caſus; unus, quod filius exheredatus, alterius tutor, nomine pupilli ſui legatum relictum petens, ideò non repellatur à querela proprio nomine intentanda *§. 4.* Alter contrarius, quod tutor agens querela nomine pupilli exheredati, & ſuccumbens, non excludatur à petitione legati ipſi tutori in eodem teſtamento relicti. *§. 5.* In *§. f.* tractat de legitima, & repetit quod querelam intentare nequeat, cui legitima, vel pars eius eſt relicta. *l. 35. C. eod.*

Eſt autem legitima duplex, ab inteſtato quidem alia, altera ex teſtamento. Ab inteſtato eſt portio debita, quam quis erat accepturus. Ex teſtamento verò iſtius portionis, juxta jus vetus, quarta pars, hodie triens, vel ſemiſſis, ut Weſ. *in d.§.f.* notat. Si verô plures ſint filij, ſufficit unam eis quartam relinqui, ſalva tamen actione ſuppletoriâ, de quâ jam modò dicebamus.

Hactenus quomodo deferatur hereditas teſtamento. Neque verò ſufficit, hereditatem eſſe delatam. Acquiratur etiam oportet. Quâvis enim hereditatis delatio dominij conſtituendi modus ſit, nō tamē eſt modus dominij acquirēdi. Aliter autē alij & alij heredes acquirunt, quâ de cauſâ non immeritò ſubjicitur *titulus de hered. qual. & differ. 19.* Nam heredum qualitas & differentia non eſt alia, quam de hereditate, aliter ab his, aliter ab illis adquirenda. Cæterùm conſtituuntur heredes in triplici ferè differentia. Nam aut neceſſarij dicuntur, aut ſui & neceſſarij, aut extranei. *pr. J. h. t.* Neceſſarius heres eſt ſervus heres inſtitutus, ſic dictus quod ſit heres etiam invitus, id eſt, ſive velit ſive nolit. *§. neceſſarius. 1.* Ad hoc verò quod neceſſarius fiat, requiruntur, *primò* quidem, ut ſit inſtitutus cum libertate: *Deinceps* etiam, ut ipſi uno eodemque tempore libertas & ſimul hereditas deferatur. *l. 3. l. 21.*

de he-

de hered. inſtit. Nam antequam libertatem eſt aſſecutus, neceſſarius non eſt. Fruitur autem ipſe viciſſim hoc commodo, quod quicquid acquirit poſt mortem teſtatoris, ſibi acquirat; & uti poſſit beneficio ſeparationis. *l.1.§.f. de Separat.*

Sui & neceſſarij heredes ſunt liberi in poteſtate conſtituti primum in ea locum obtinentes. *§. ſui. 2. h. t.* Dicuntur ſui, quod non ſint extranei, neceſſarij verò nominantur, quoniam de jure civili heredes eſſe cogebantur, etiam inviti, quàm neceſſitatem poſtea Prætor ab ijs removit; concedendo beneficium abſtinendi. §. *2.*

Cæteri, qui teſtatoris juri ſubjecti non ſunt, extranei heredes appellantur, quales ſunt ratione patris, liberi emancipati, ratione matris, omnes liberi, ratione dominorū ſervi poſt inſtitutionem manumiſsi. *§. 3. J. h. t.* Quanquam enim liberi emancipati prorſus extranei non ſint; quippe, qui in numero deſcendentium inveniuntur. *Nov. 1. c. 1.* §. 1. Sunt tamen extranei heredes. *l. 84. de acquir. hered.* Poſthæc definitur tempus, quo cum extraneis, teſtamenti factio eſſe debet, quod triplex cōſtituitur. 1. teſtamenti facti. 2. mortis teſtatoris 3. aditionis. Etenim heres extraneus, ut hereditatē ex teſtamēto cōſequatur, debet tribus temporibus eſſe capax, tempore teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditionis;

Media vero tempora non nocent. §. 4. In ſuis verò hac inveſtigatione neceſſe non eſt. Nam, niſi utroque tempore, & inſtitutionis & mortis, capaces eſſent, non eſſent ſui; ſed nec opus eſt aditione, quoniam exiſtunt heredes ipſo jure. *l. 11. de lib. & poſth. l. 14. de ſuis & legit.* Per teſtamenti factionem autem intelligimus facultatem non modò teſtandi, ſed etiam aliquid ex teſtamento capiendi, ſeu ut Dd. loquuntur, activam & paſsivam. *d. §. 4. verſ. teſtamenti autem factionem.* Porrò neceſſarij quidem heredes, de hereditate adeundâ vel non adeundâ, deliberare nequeunt; ſui vero qui ſunt, & juxta neceſſarij, beneficium habent abſtinendi. *d. §. ſui ſupra.* Aſt extranei ſunt voluntarij, id eſt, poſſunt adire hereditatem, vel non. Ne tamen defunctorum voluntates in infinitum ſuſpenderentur, ideò Prætor ab initio tàm ſcriptis, quàm ab inteſtato venientibus heredibus certum tempus concedebat, quo deliberarent, an adire vellent nec ne. *l. 1. l. 5. de jur. deliber.* Poſtea deſijt deliberandi ſpacium à magiſtratu peti, & Juſtinianus indulſit, ut deliberandi jus ipſo jure competeret ad ſpacium anni. Qui tamen hereditatem ſemel apprehendiſſet, ille non poterat eam amplius repudiare, *de quâ re latè tractatur in §. extraneis autem. 5 h. t. & l. f. C. de jur. deliber.*

Aliter

Aliter quoque Juſtinianus providit, ut heres beneficio deliberandi ne quidem opus haberet, modò conficeret inventarium intra 30. diem, ab aditâ hereditate. *§. ſed noſtra. 6. I. h. t. d. l. f. C. de jur. delib.* Planè, hereditatem extraneus adire poteſt, demonſtrando ſe heredem, vel verbo, vel facto. Hereditas enim aditur nuda heredis voluntate, verbis, aut facto declaratâ, per quam declarationem, aditionem indigitamus. Cenſetur etiam adire hereditatem heres, mutus & ſurdus, ſi tamen intelligat, pro herede gerendo, id eſt, ſi ſe rebus hereditarijs ut dominus immiſceat, dum fortaſsis ſervum manumittit, aut defuncti domum aliquam vendit. Sicut autem hereditas aditur ſolo animo, ita ſolo ſimiliter animo, ſed tamen re ſeu facto, vel verbis declarato, repudiatur, *de quibus omnibus prolixè in §. f. h. t.* Et hac quidem ratione per modum inſtitutionis teſtamentariæ res univerſales acquiruntur.

Expoſitum eſt de teſtamentis & alijs ad ea pertinentibus. Olim autē legata nō niſi teſtamento poterāt, & hodie plerūq; relinqui ſolent: ac in teſtamēto relicta q. pars teſtamēti, licet nō integralis aut eſſentialis, ſubjectiva tamen, vel prædicamentalis, aut *ut alij loquuntur* diſcreta, propter indiviſam conjunctionem cenſentur. *Belognet. ad tit. de legat. 1. Donell. 5. comm. 1. & 8. comm. 11.* Ideò

materia legatorum (*licet donatio ſit ſingularis acquirendi dominij modus:*) titulis præcedentibus annectitur. *pr. J. de legat.* atque tribus potiſsimum titulis abſolvitur, quorum prior de legatis relinquendis. *t. de legat. 20.* alter de adimendis ijſdem. *t. de adem. legat. 21.* tertius de legatis deminuẽdis agit. *t. de L. Falc. 22.* Jn priore titulo *de legatis* hæc circiter capita tractantur. I. Definitur legatum, quod ſit donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præſtanda *§. 1.* II. Diviſio legatorum antiquata refertur. Nam olim erant legatorum genera quatuor. I. per vindicationem. II. per damnationem. III Sinendi modo. IV. per præceptionem. Hodie legatis omnibus una natura, & legatarijs ea perſequi licet triplici via. 1. per actiones perſonales, 2. per in rẽ, & 3. per hypothecariam. *§. 2. h. t.* Tertium caput, exæquationem legatorum & fideicommiſſorum ſingularium complectitur. *§. ſed non usque. 3. I. eod.* Jn quarto capite tractatur, quę res legari poſsint vel non poſsint. *à §. 4. usq. ad §. 24.* Poteſt autem legari res etiam aliena, *§. non ſolum. 4. I. h. t.* modo ejus ſit commercium *l. cum ſervus. 39. §. conſtat. 7. & ſeqq. de legat. 1.* Tenetur igitur heres redimere rem alienã, & tradere legatario vel æſtimationem certè præſtare, ſi dominus vendere recuſet. Tum verò demum alienæ rei legatum valet, ſi teſtator eam alienam eſſe ſciat, nam ſi ignoret, & er-

& erret in Dominio rei ſuæ, non intelligitur cōſentire. *l.116.in fin.de R.J.* Scientiam autē legatarius probare tenetur. *d.§.4.verſ. quod autem diximus.* Tenetur etiam heres luere rē legatam, quam teſtator oppignoratam ſciebat. *§.ſed et ſi.5.h t.* An autem & quatenus legatarius rem aliquam ſibi legatam, quàm vivo teſtatore aliunde nactus fuit, actione ex teſtamento conſequi poſsit, *de eo traditur in §.ſi res aliena.6.* & diſtinguitur inter lucrativam & oneroſam cauſam; & an res legata ſit, uno, vel pluribus teſtamentis. De uno teſtamento hæc eſt regula: Quod is, cui res aliena legata fuit, ſi eam eſt adeptus ex cauſa oneroſa, poſsit legatum petere; Sin ex cauſa lucrativa, non poſsit. Si ex duobus teſtamentis, eadem res eidem debeatur, & legatarius prius æſtimationem petat, rem ipſam ex altero teſtamento petere non prohibetur. *d. §.6.verſ.hac ratione.* Ea quoq; res, quæ in rerum naturâ non eſt, ſi modo futura ſit, rectè legatur. *§.ea quoq; res.7.h.t.* Sufficit enim ut extet, antequā vel teſtator moriatur, vel heres adeat hereditatem. *l.51.§.2.verſ.cum n. ſemel.ad SC.Trebel.* Cenſendū eſt n. teſtatorē de primi duntaxat anni fructib. ſenſiſſe. *l. 41. de V.O.* Sicut autē una res eidē bis, ita quoque duobus una res legari poteſt. Quo caſu ſpectatur, an conjunctim vel disjunctim legata ſint relicta. *§.ſi eadem res 8.* in quo de jure accreſcendi vulgò communiter agi ſolet.

Quod ſi legatarius partim ex lucrativa, partim ex non lucrativa cauſa rem alienam ſibi legatam fuerit adeptus, puta, ſi fundus alienus legatus, & legatarius emerit proprietatem, deducto uſufructu; uſusfructus autem ad eum ex teſtamento pervenerit; totum fundum petere poteſt. Conſideratur enim uſusfructus ut jus quoddam ſeparatum: & ideò, quoniam legatarius uſumfructum nondum habere videtur, eum adhuc rectè petere poterit. Proprietatem autem petere poteſt, quoniam eam habet ex onerosa cauſa. Æquitas tamen ſuadet, ut heres non amplius condemnetur, quam quanti ſola proprietas valet. *§ ſi cui fundus. 9. h. t.* Etſi vero res aliena legari poſsit, ſi tamen teſtator legatario rem ipſius propriam legaverit, inutile eſt legatum. *§ ſed ſi rem. 10. h. t.* Nam quod proprium alicuius eſt, amplius ejus fieri nequit. *l. 159. de R. I.* Si quis vero rem ſuam quaſi alienam legaverit, valet legatum. Nam ubi de facti errore tractatur, plus valet quod in veritate eſt, quam quod in opinione. §. *ſi quis. 11. I. h. t.* Eſt etiam, quo rei ſuæ legatum, initio validum, infirmatur: nempe, ſi teſtator poſtea rem ſuam alienaverit, adimendi animo. Quod ſi teſtator legatum alienaverit non adimendi animo, totū nihilominus legatario debetur §. *ſi rem ſuā. 12 h. t.* Eadéq; diſtinctio in alienatione quoq; partis adhiberi debet. *verſ. ſi v. quis partem. eod §.* Quan-

Quanquam autem teſtator rem legatarij propriam ipſi legare nequeat: nihil tamen obſtat, quo minus creditor debitori ſuo poſſit utiliter legare, quod ab eo ſibi debetur. Legatur enim hoc caſu debitori non tàm res ipſa; quam obligatio, quæ eſt creditoris. Et ſolet hoc legatum liberationis appellari. *§. ſi quis debitori. 13. h. t. & t. t. ff. de liberat. legat.* Ex contrario, ſi debitor creditori ſuo, quod debet, legaverit, inutile eſt legatum: Si non plus ſit in legato quàm debito. Jnterdum tamen tale legatum valet, quando nempè commodum continet, puta, ſi debitum in diem, vel conditionale, purè legetur. *§. ex contrario. 14.* Cæterum, maritus uxori ſuæ dotem acceptam utiliter legat. Eſt enim hoc legatum plenius, quàm actio de dote, partim in tempore, partim in ipſa re. Si verò maritus dotem, quam non accepit, uxori legaverit, diſtinguitur, utrum ſimpliciter, an certâ quantitate expreſsâ, vel adjectâ demonſtratione, reliquerit? Jllo caſu legatum eſt inutile, quia legata res, quæ non extat; hoc verò caſu valet legatum, quia res certa legata. *§. ſed etſi. 15. h. t.* Porrò, res legata, ſine facto heredis peremta, Legatario decedit. *§. 16.*

Jn *§. ſi quis ancillas. 17.* recenſentur acceſſiones legati. Nam ſi teſtator ancillam cum ſuis natis leget, ancillâ mortuâ, partus

legato cedunt. *d.* §. *17*. Si quoque legentur ordinarij ſervi, cum vicarijs, mortuis ordinarijs, vicarij debentur. *d.* §. *17. verſ. idem eſt.*

Et ſervo cum peculio legato, ſi is extinctus vel mortuus fuerit, peculij quoque legatum extinguitur. *verſ. ſed ſi ſervus.* Idem eſt in fundo cum inſtrumento legato. *verſ. idem eſt.* Sane, grege legato, ſi una tantùm ſuperſit ovis, peti poterit. Ea verò quæ de legati gregis deminutione dicuntur, etiam de ejuſdem augmento intelligi debent, Et quod de grege legato dicitur, ad ædes etiam legatas, & columnas, & marmora transfertur. §. *ſi grex legatus.* 18. *&* §. *ædibus.* 19. *h. t.* Peculio vero legato, quicquid ei accedit, vivo teſtatore, vel decedit, legatarius lucratur aut amittit. Quod ſi poſt mortem teſtatoris, antequam hereditas adita fuerit, peculium augeatur, puta, quia ſervus aliquid acquiſierit, diſtingui ſolet, an legatum relictum ſit ipſi ſervo cum libertate, num extraneo: illo caſu pertinebit augmentum ad legatarium, aſt hoc ad heredem §. *ſi peculium* 20. *h. t. l.* 8. §. *f. de pecul. legat.* Tractatur in hoc §. tale quoque caput, utrum peculium ſequatur ſervum manumiſſum. *verſ. peculium autem*, ubi diſtinguit Jmp. inter manumiſſionem, quæ teſtamento fit, & quæ fit inter vivos, adhunc effectum, ut poſteriore caſu peculium tacitè ſequatur manumiſſum: priore vero non item. Adijcit

& hoc

& hoc Imp. ſervo alicui peculio legato, non id relictum intelligi, ut is petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit, hoc eſt, legato peculij id non contineri, quod dominus ſervo debet. *verſ. idem reſcripſerunt.* Et hoc etiam adijcitur, ſervo, qui rationibus redditis liber eſſe juſſus eſt, peculium reliquum videri. Poſſunt autem tam res corporales quā incorporales legari. §. *tam autem corporales.* 21. Sed & facta validè legari poſſunt, puta, ut heres domum alicujus reficiat. *l.* 49. §. *f. de legat.* 1. Si vero generaliter ſervus vel res legetur: electio legatarij eſt, niſi teſtator aliud dixerit. §. 22. Quanquam autem optionis legatum olim erat conditionale, legatum vero generis purum, tamen hodiè legatum etiam optionis à morte teſtatoris cedere videtur. §. *optionis legatum.* 23. Poſthæc quinto loco proponitur, quibus legari poſſit, vel non. Legari vero ſolum illis poteſt, cum quibus eſt teſtamēti factio. §. *legari.* 24. *h.t.* id eſt, qui ex alieno teſtamento vel ipſi capere, vel alijs acquirere poſſunt. *d.* §. 24. Incertis vero perſonis, ubi quæ, qualesvè futuræ ſunt, ignoratur, legari non poterat. § *incertis.* 25. *h. t.* niſi legaretur ad pias cauſas. *l.* 24. *l.* 28. *l.* 49. *C. de Epiſ. & Cler.* Ex certo tamen perſonarū numero, perſonæ cuidam incertæ legari poterat. *d.* §. 25. *verſ. ſub certa vero.* Sanè, ſi heres legatum incertis perſonis relictum, imprudens, juris

juris errore, ſolverit, id repetere non poterat. *d. §. 25. circa fin.*

Quemadmodum autem incertæ perſonæ, ſic quoque poſthumo alieno, id eſt, ei, qui ſi naſceretur, non futurus erat ſuus heres, legari non poterat. §. *poſthumo. 26. h. t.* Sed hæc omnia correxit Juſtinianus, ita tamen, ut incertus tutor nec hodie dari poſſit. *d. §. 25. & 26. h. t. t. t. C. de incert. perſon. &c. lib. 6. t. 48.* Jure quoque prætorio poſthumus alienus heres inſtitui, & antea poterat, & nunc poteſt, *inquit Imp.* niſi in ejus utero ſit, cum qua conjugium eſſe nequit, puta, ſi virgo ſit veſtalis aut monialis. *§. poſthumus. 28.*

Error autem nominis, neque legatum, neque heredis inſtitutionem vitiat, modò de certa perſonâ conſtet. *§. ſiquidem 29. h. t. l. ſi in nomine 4. C. de teſtam. l. 7. §. 1. C. de legat.* Huic proxima illa juris regula: Falſâ demonſtratione legatum non perimi, puta, ſi Stichum Vernam legaverim, cum tamen eſſet emtus. *§. huic proxima. 30. h. t. l. falsâ demonſtratio. 33. ff. de condit. & dem.* Longè magis legato falſa cauſa adjecta, non nocet. Igitur ſi ita dixerit teſtator: Titio, quia negocia mea curavit, fundum lego, utile eſt legatum, licet negotia teſtatoris Titius nunquam geſſerit. *§. longè magis. 31.* Nam defunctorum voluntatem intellexiſſe, bonis

nis heredibus pro jure eſt, ait Plin. *lib.4.exempla.10.* In futurum autem eventum collata cauſa, conditionale facit legatum, quod non debetur, niſi impletâ conditione, verbi cauſa, ſi teſtator ita legaverit; Titio, ſi negocia mea curaverit, lego fundum. Etenim hoc legatum ita demùm utile erit, ſi Titius teſtatoris negocia curaverit. *d. §. 31. verſ. ſed ſi conditionaliter.* Idem eſt, ſi ſub modo, cauſa legato ſit adjecta, veluti: Titio 100. lego, ut hoc, aut illud faciat. *t.t.C. de his quæ ſub modo.* Quibus triplicem quæſtionem ſubjicit Imper. unam quidem, ſi dominus heres inſtituatur, an eod. teſtamento ſervo ejus legari poſſit? Alteram huic adverſam, ſi ſervus heres inſtituatur, an ejus domino legatum relinqui queat? Reſpondet autem utrunque fieri poſſe, verum ſub certâ diſtinctione. I. Quod heredis filio vel ſervo nō purè (quippe quod domino ſtatim quæratur) ſed conditionaliter legari poſſit, quoniam conditionale legatum non protinus vires capit ab initio, ſed à conditionis demum eventu. *l. quæ legata.18.& l. 19. damnum.169. §. quod pendet. de R. J.* Heredis vero ſive domino, ſeu patri, legatum relictum, tàm purè, quam ſub conditione valet, quoniam legatum, patri, vel domino, relictum, filio vel ſervo non adquiritur. *§. an ſervo.32. §. ex diverſo.33.h.t.* Quod ſi in-

eun-

eundem patrem aut dominum hereditas & legatum concurrat, legatum evaneſcit. *d.* §. 33. *verſ. f.* Sextum hujus tituli caput in eo conſumitur, quomodo, ſive quâ formâ, legata relinquantur. Olim autem ante heredis inſtitutionem inutiliter legabatur, ſed novo jure tàm legata, quàm libertates ante heredis inſtitutionem, & intermedias heredum inſtitutiones relinquere licet, quia voluntas teſtatoris ordini ſcripturæ præfertur. *§. ante heredis inſtitutionem.* 34. *h. t.* Poſt mortem quoq; heredis aut legatarij, ſimili modo priſcis iſtis temporibus inutiliter legabatur. Sed & hoc ipſum Juſtinianus correxit ex eadem ratione. *§. poſt mortem.* 35. *h. t.* Quanquam autem olim non valuerint legata cum adjectione pœnæ relicta, & tale legatum ne quidem Imperator, nec miles, agnoſcere poterat, etiamſi libertatis cauſa relictum, aut heres adjectus fuerit: Hodiè tamen ex nova Juſtiniani conſtitutione legata pœnæ causâ relicta, rata ſunt & firma, niſi forte fuerint impoſſibilia, vel interdicta legibus, aut aliàs probroſa. *§. f. h. t.*

Hactenus de legatis relinquendis. Subijcitur titulus de ademt. & transl. legat. 21. Adimuntur autem legata voluntate liberrimâ teſtatoris. *l. quod ſi iterum.* 4. *de adim. vel transf. legat. pr. J. h. t.* Fit verò ademtio vel expreſsè vel tacitè. Expreſsè, quando teſtator eod. teſtamento, ſive codicillis, ijſdem verbis

con-

contrarijs, vel alijs quibuscunq; legatū prius datum adimit ipſo jure. *d. pr. h. t.* Tacitè legatum ademtum creditur, quando non ex verbis, ſed ex facto quopiam mutata voluntas teſtatoris, atq; pœnitentia colligitur: partim ex inimicitijs capitalibus, inter ipſum, & legatarium, poſtea ſubortis, nec tum ſopitis: partim ſi rei legatæ forma mutetur, aut eam alienet, aut debitum legatum exigat. *d. pr. & ibi Dd.* Transferri quoq; legatum ab alio ad alium poteſt. *§. transferri. 1. h. t.* Fit autem translatio quatuor potiſſimū modis. *1.* à perſona in perſonam. *2.* Ut aliꝰ det loco ejus qui juſſus erat. *3.* Quando pro re legatâ res alia datur. 4. Cum quod pure datum eſt, transfertur ſub conditione. *l. translatio. 6. de adim. vel transf. legat.* Interdum etiam non teſtator, ſed ipſa lex adimit legatum, ſi nim. legatarius autoritate propriâ legatum occupet. *l. 1. ff. & l. 1. C. quor. legator. l. Paulus reſpondit. ad SC. Trebell. l. non dubium. C. de legat.* Vel ſine ratione teſtamentū quaſi falſum aut improbum accuſet. *l. Papinian. 8. §. meminiſſe. 14. de inoffic. teſtam.* Neq; vero legata transferuntur, & adimuntur duntaxat, à teſtatore, vel lege, ſed etiam minuuntur, & quidem invito quoq; teſtatore. Nā Lege Falcidia proviſum eſt, ut libere quidem legare liceat, dum tamē pars patrimonij quarta heredi conſervetur. *t. t. J. de L. Falc. 22.* Hinc teſtator multis legare poteſt, ſed non ultra dodrantem. h. e. novem uncias hereditatis. *pr. J. iſt. tit.* Quod

Quod ſi plus legaverit, heres quartam partem à legatis detrahere poteſt. *l. 1. & t.t. de L. Falc.* In ſingulis autem heredibus ratio Legis Falcid. ponenda, ut ſinguli heredes, pro ſua quisque parte quartam legatis detrahere poſſit. Etenim Falcidia Lex omnibus & ſingulis heredibus voluit proſpectum. § 1. *h. t.* Quantitas autem patrimonij, ad quam ratio Legis Fal. redigitur, mortis tempore ſpectatur; ut ſi poſt mortem teſtatoris, ante hereditatem aditam damni quid emerſerit, id ad heredem, & non ad legatarios pertineat. *§. quantitas. 2. h. t.* Neque ea res heredi eſt damnoſa, cum ipſi liberum ſit, adire hereditatem, vel non. Et legatarijs, hoc caſu, de portione legatorum, cum herede paciſci licet; ne ſi forte teſtamentum deſtituatur, nihil conſequantur. Pari quoque ratione, ſi quid interim acceſſerit hereditati, lucro heredis cedet. Incipit enim eſſe hereditas à morte teſtatoris. *l. hereditas. 62. de R. J.* Antequam autem Falcidiæ ratio habeatur, tria prius deduci debent. 1. æs alienum. 2. Impenſæ funeris. 3. precia ſervorum manumiſſorum. *§. f. h. t.* Æſtimatio namque bonorum commodè fieri non poteſt, niſi prius deducto ære alieno. *l. 72. de jur. dot. l. 39. de V. S.* Et favor religionis ſuadet, ut impenſæ funeris deducantur. *l. pen. & t. t. de relig. & ſumt. fun.* Et precia ſervorum

rum manumiſſorum, ſunt quaſi pars æris alieni. *l. æris alieni. 39. ff. ad L. Falc.* Et ſunt favorabilia. *l. libertas. 122. de R. J.* Debet ergò detrahi. 1. quod extra bonorum quantitatem eſt. 2. quod ex bonis apud heredem remanere oportet. *§. f. in f. h. t.* Cæterùm fit interdum, ut heres non habeat jus detrahendi Falcidiam: puta ſi miles legatum reliquerit. *Videatur Harprecht n. 16. & ſeqq.* Atque hæc de leg. Falc. & de legat.

Dictum eſt, quomodo hereditas in teſtamento, & ſingulæ res per legata, directò relinquantur. Interdum autem tàm univerſales, quàm ſingulæ res, verbis precarijs, & obliquè per fideicommiſſum, veluti per alterius manum relinquuntur, quod fit, ſi teſtator roget, ut heres inſtitutus alij reſtituat, unde t. de fideicommiſſ. heredıtat. 23. & t. de ſingul. reb. per fideicom. relict. 24. Quo caſu ille inſtitutus Fiduciarius; cui vero reſtituenda eſt hereditas, Fideicōmiſſarius heres dicitur. *l. certi condictio. §. 1. ſi cert. pet. l. Seius ad SC. Trebell.* Sed prius eſt, ut de hereditatibus fideicommiſſarijs, tanquam dignioribus videamus. *pr. I. de fideicomm. heredit.* Diſtribui vero poteſt iſte titulus in quatuor ferè capita. 1. tractatur de origine fideicommiſſorum. Etenim olim fideicommiſſa nullâ juris neceſſitate præſtabantur; ſed ex merâ heredis voluntate pendebant: Primus

e Augu-

Auguſtus pleniorem effectum ipſis tribuit, & juſte fideicommiſſis neceſſariò præſtandis induxit. *§.1.h.t.* Neque tamen iſto tempore ordinariò peti poterant; ſed erant eorum nomine perſecutiones extraordinariæ. *l.pecuniæ 178.§.actionis de V.S.* Donec tandem, ex Juſtiniani conſtitutione, actio certa introduceretur, tam perſonalis, quam hypothecaria. *l.1.C.communia de legat.*

II. Caput, agit de formâ ſive modo hereditatis fideicommiſſariæ relinquendæ. Nam ut fideicommiſſum ex teſtamento peti poſſit, requiritur heredis inſtitutio directa. *§. inprimis. 2. h.t.* Poteſt autem quisque & de parte reſtituendâ heredem rogare, & ſub triplici quoque formâ relinquuntur fideicommiſſa. 1. Purè. 2. ſub conditione. 3. & ex certo die *verſ.& liberum eſt. d. §. 2.*

III. Caput, complectitur effectum fideicommiſſorum, & quomodo fideicommiſſa minuantur. *à.§.reſtituta.3.usq. ad §.f.* Quamvis enim heres per fideicommiſſum reſtituat hereditatem alteri, nihilominus tamen heres manet, & à creditoribus jure ſtricto conveniri poterat. (ſalvis tamen exceptionibus *l.1.§.1.ad SC.Trebell.*) Sed ne reſtituenti fides ſua damnoſa foret, per SC. omnes actiones, quæ heredi & in heredem competunt, & poſtea quoque, per Prætoris edictum utiles actiones, in fideicommiſſarium, activè ſimul & paſſivè tranſeunt. *§ 3. & 4.* Quoniam vero

vero Trebell. SC. onera in fideicommiſſarium transferendo, cauſæ teſtamentariæ non omninò conſulebat; quippe, quod exhauſtâ totâ, vel pene totâ hereditate, legatis & fideicommiſsis, heres adire nollet; quo caſu fideicommiſſa in teſtamento relicta, extinguebantur; ideò SC. Pegaſian. introductum eſt, cuius beneficio, ſcriptus heres, quartam partem ex fideicommiſſo detrahere poteſt. Pro qua heres onera hereditaria ſuſtinere tenebatur, niſi certæ ſtipulationes inter eum & fideicommiſſarium interponerentur, de quibus omnibus, ut & de SC. Pegaſiani & Trebelliani concurſu, latè tractatur, in *§. ſed quia. 5.* & *§. ergò. 6. h. t.* ubi habetur, quod quando quis usque ad dodrantem reſtituere juſſus erat, tunc habebat locum SC. Trebell. per quod, jura hereditaria tranſibant in fideicommiſſarium, pro dodrante: Si verò ultra dodrantem quis juſsus erat reſtituere, tunc locus erat Pegaſiano, cuius vigore heres ſpõtè adiens omnia onera hereditaria ſuſtinebat, ſed per ſtipulationes interpoſitas cavebatur, ut quantum quiſq; de hereditate haberet, in tantùm teneretur. Invitus autem heres cogebatur, eã adire, & reſtituere; iſto vero caſu, omnes actiones in fideicõmiſsarium tranſibant. *d. loc.* Sed hæc omnia correxit Juſtinianus, & ſtipulationes emtæ & venditæ hereditatis ſuſtulit, & exploſo SC. Pegaſiano, vim & auctoritatem

omnem SC. Trebelliano, licet priori tribuit; ut poſſit hodiè heres vel quartam, vel quod ei deeſt, ſi univerſam hereditatem reſtituere rogatus ſit, retinere, vel ſi ſolverit, repetere; actionibus inter utrumque heredem, & fideicommiſſarium, communicatis. Quod ſi ſponte & ſciens, vel coactus totam reſtituerit, oneribus illum hereditarijs eximi, & commodis ſimiliter privari, & omnes hereditarias actiones, adverſus fide commiſſarium competere, voluit Imperator. *§. ſed quia 7. h. t.* Sicut autem fideicommiſſarius univerſalis, cogere poteſt heredem ut adeat & reſtituat, ita quoque poteſt fideicommiſſarius particularis. *§. nihil autem. 8. I. h. t.* Quod ſi heres in rem ſingularem inſtitutus fuerit, ſine onere hereditario rem iſtam accipit, & legatarij loco habetur, etiamſi dicta res vel quantitas contineat maximam partem hereditatis. Gravatus autem reſtituere hereditatem, retentâ parte ejus, ſub nomine quotæ, pro eâ parte ſuſtinet onera hereditaria. *§. ſi quis una. 9.* Cæterùm fideicommiſſa non ſolum in teſtamento & codicillis relinquuntur, ſed etiam ab inteſtato. *§. præterea. 10. h. t.* Neque verò duntaxat heres, ſed & fideicommiſſarius onerari poteſt, ut quod accepit, in totum, vel pro parte, vel etiam aliud aliquid reſtituat. *§. eum quoq; 11. h. t.*

IV. Caput continetur in *§. f.* & agit de ratione

tione probandi fideicommiſſum. Heredi namque fideicommiſſum neganti, jusjurandum deferri poteſt, præſtito tamen prius à fideicommiſſario calumniæ juramento. *d.§.f. & l.f.C.de fideicom.* Quam diſpoſitionem etiamſi in practica ſe nunquam audiviſſe, teſtetur Sichar.*ad d.l.f.n.15.* tamen ipſemet auream iſtam & utilem atque præclaram legem appellat *circa f.* & certe facit ad lites facilius dirimendas.*l.1.de jurej.Dd. communiter hic.*

Cognitis univerſalibus, ad particularia deſcendendum eſt ſecundum Ariſtotelē *lib.2.Ethic.c.7.*argumento *Supra t.de I.& I. t. de jur.perſon.t.de tutel & ſimilib.* Quoniam igitur præcedente titulo de fideicommiſsis univerſalibus actum eſt, ideò nunc rectè ſubjicitur t. de fideicommiſs.particul. ſive ſingul.reb.per fideicommiſs.relict.24.in quo tria potiſsimū tractantur.1.De perſonis, à quibus fideicommiſſa relinquūtur. Relinquūtur autē ab herede & legatario.*pr.h.t.*itē à fideicommiſſario, mortis cauſa donatario & reliquis omnibus ad quos aliquid morte defuncti perventurum eſt.*l.1.§.4.l.5 §.1. & ſeqq.de legat.3.* Deinde quænam res relinqui poſsint. Relinqui verò poſſunt non non modo res teſtatoris, ſed etiam alienæ. *§.1.* nemo tamen rogari poteſt, ut plus reſtituat quàm accepit.*d.§.1.verſ.hoc ſolum.*

Cæterum libertas quoque per fideicommiſſum relinqui poteſt, tam proprio, quam alieno ſervo. Cuius fideicommiſſariæ libertatis effectus eſt, quod ita manumiſſus, libertus efficiatur, non teſtatoris, qui libertatem per fideicõmiſsũ reliquit, ſed heredis manumittentis. Directò manumiſſus, orcinus dicitur, eſt libertus teſtatoris. *§ libertus 2. h.t. III.* Tractatur, quomodo ſingularia fideicõmiſſa relinqui poſſunt, utpote verbis importantibus, quod quis capiat de alterius manu, qualia ſunt, peto, rogo, volo, id eſt, cupio, mando, id eſt, committo &c. *§.f.* Item deprecor, cupio, deſidero, impero. *Paulus lib. 4. ſentent. t. 1. l. fideicommiſſa 11. §. de legat. 3.* Quæ verba imperativa non ſunt, ſed precativa. Hodie omne verbum teſtatoris, mentem ipſius explicans, inducit fideicommiſſum. *l. 2. C. communia de legat.*

Tandem his adjungitur *tit. de codicill. f.* Nam codicilli non tantum teſtamẽto, ſed etiam ab inteſtato fiunt, & cum utraque hereditate commune quippiam habent. Quâ de cauſa tit. iſte f. de codicill. in confinio quaſi, & medio ponitur, poſt abſolutum tractatum de teſtamentis, ante tit. de hereditat. quæ ab inteſt. defer. *lib. tertij. 1.* Differit autem Imper. ab initio de codicillorum origine, cauſa efficiente & fine: nempe, cur & quando ſint introducti codicilli; & dicit, quod codicillos introduxerit Lucius Lentu-

Lentulus,jus verò codicillorum Auguſtus, judicio tamen Jctorum adhibito.*pr.h.t.* Deinde de materia & formâ codicillorum. *§.1. & ſeqq.usq.ad fin.* Tradit autem,quod ab inteſtato quoque valeant codicilli, nec opus habeant confirmatione, ſed ſufficiat expreſsè nõ eſse revocatos.*§.1.h.t.l.conficiũtur.§.codicillari.ff.eod.* Deindè quod codicillis fideicommiſſa tantùm,non etiam hereditates directò relinquantur vel adimantur. Directò tamen in teſtamento data hereditas, in codicillis per fideicommiſſum adimi poteſt. Subſtitutio verò nequit in ijs fieri, ſicut nec inſtitutioni conditio adjici poteſt. *§.codicillis.2.* Poſtremò ſubjicitur de formâ & ſolennitate codicillorũ, nim.quod quis plures etiam poſsit codicillos conficere,& quod confectio codicillorum ſolennitatem non deſideret. *§.f.* LIBER III.

Hereditas vel ex teſtamento defertur, vel ab inteſtato. *§.f.ſupra per quas perſon. cuique acquir.* Huc usque de teſtamentaria ſucceſsione,tàm directa, quàm fideicommiſsariâ; nec non propter affinitatem aliquam de legatis,fideicommiſsis particularib.& codicillis. Ordinarium eſt,ut de legitimâ ſucceſsione videamus;quæ ſic dicitur,quod ſolâ lege obveniat.*l.2.§.f.ff.und. legit.* Diſponũtur a.hic,& aliquot ſeqq.tt.pro conditione graduum,quib. inter ingenuos ab inteſtato uccedi ſolet,ut puta,de gradibus liberorum

aut ſuorum.t. de heredit. quæ ab inteſt. defer.1. Deinceps Agnatorum.t.2.3.4. Tandem Cognatorum.t.5.6.7.

Cæterum liberi non immeritò primũ locum obtinent, tàm ex lege divinâ ad *Gal.* 4. *v.7.* quàm naturali. *l 7.* §.*f.ſi tabb.teſtam.nul. extab.* & civili. §.*1.de heredit quæ ab inteſt. defer.t.1 lib.3.* Sunt autem liberi non unius generis; quidam enim ſunt naturales & legitimi ſimul; quidam legitimi tantùm; alij naturales tantũ, & hi viciſſim, vel ex concubinis, vel ex meretrice, vel ex nefario coitu nati. Naturalibus & legitimis ſimul, *h.e. ijs,qui ex juſtis nuptijs procreati ſunt,* in ſucceſſione legitimâ primæ debentur. Nam inteſtatorum hereditates primùm ad ſuos heredes pertinent. §.*1.h.t.* Hodiè tamen ſuitatis nullus amplius reſpectus habetur; ſed ſuccedunt liberi;ſive ſint ſui juris, ſeu patriæ poteſtati ſubjecti; tàm maſculi quàm fœminæ. *Nov 118.c.1.&* 4. *Auth. in ſucceſſione.*C *de ſuis & legitim.liber.* etiam poſthumi §.*ſui autem.2 verſ.poſthumi.&* §.*licet.8.h.t.* Nec intereſt, ſintne liberi ſeculares,aut Clerici. *l. Deo nobis.56.*§.*hoc etiam cognitum.* C. *de Epiſc. & Cler.* & an in primo, vel ulteriore gradu conſtituti, ſub hac tamen conditione, ſi omnes in primo exiſtant gradu, ut æqualiter, & in capita ſuccedant: ſin verò concurrant

currant liberi primi gradus, & ulterioris, ſuccedant in ſtirpes. Ut licet plures ſint ex filio, filiavè, nepotes, aut neptes, plus tamen non accipiant, quam ipſorum parens, ſi viveret, conſecuturus fuiſſet. Succedunt enim jure repræſentationis. *§. cum filias. 6. §. pen. & §. f. h. t.* Liberi legitimi tantum, vocantur adoptivi, & ſunt vel arrogati, vel adoptivi, in ſpecie ſic dicti. Cujuscunque verò ſint generis, jure adoptionis durante, ad patris adoptivi, inteſtato defuncti, ſucceſſionem omninò admittuntur. *§. ſed hodiè 2. ſupra de adopt. §. ſui. 2. verſ. nec intereſt. h. t.* Sed emancipati minime ſuccedunt adoptivo patri. *§. at hi. 10. & §. ſed ea omnia. 14. h. t.* Liberi naturales tantum, juſtis liberis, & uxore legitimâ, non extantibus, patri ſuccedunt in duas uncias, cum matre ſuâ in viriles portiones dividendas. Si verò defuncti conjux legitima ſuperſit, filij naturales ex concubina nati, removentur in totum.

Quemadmodum etiam, ſi ſecundi vel ultioris gradus ſint, à ſucceſſione avi vel proavi paterni prorſus excluduntur. *Nov. 18. c. 5. Nov 89. c. 12. Auth. licet patri & l. f. C. de natural. liber.* Ad matris tamen ſucceſſionem, & aſcendentium per lineam maternam, unà cum legitimis liberis admittuntur. *§. noviſſimè infr. de SC. Orfic.* Sicut &

iſto caſu, quando per ſubſequens matrimonium legitimantur, cum liberis reliquis in parentum hereditate, per omnia ſuccedunt. *d. §. 2. verſ. quibus connumerari. h.t.* Aſt per Principis reſcriptum legitimati, tùm demũ ſuccedunt parentibus; ſi juſti & legitimi liberi deficiant. *l. imperialis. 23. C. de nupt. Nov. 89. c. 9.* Efficiuntur quoque liberi naturales legitimi, nominatione ſuorum, & cum naturalibus & legitimis liberis, ſuccedunt. *Nov. 117. c. 2.* Planè ſpurij, ſive vulgo quæſiti, non patri, ſed matri duntaxat cum legitimis ſuccedunt. *l. vulgo. 23. de ſtat. hom. §. ſi adverſus. 12. ſupr. de nupt. §. noviſſimè. infr. de SC. Orfit.* Ex damnato coitu procreati, neque patri neque matri ſuccedere queunt. *Nov. 74. c. f. Nov. 89. c. f. Auth. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nupt.* Sequitur alter aſcendentium gradus; illi namque deſcendentibus, inverſo mortalitatis ordine, deficientibus, ad defuncti ſucceſſionem ſecundo loco vocantur. *l. 15. de inoff. teſt. Nov. 118. c. 2.* In qua ſucceſſione, qui gradu propinquiores ſunt, remotiores excludunt. Etenim in aſcendenti linea non habet locum jus repræſentandi. *d. Nov. 118. c. 2.* Quod ſi aſcendentes paris quidem ſunt gradus, ſed lineæ diverſæ, paternæ puta, vel maternæ, vel numeri diſparis, in ſtirpes ſuccedunt. *d. Nov. 118. c. 2. Val. Forſt. lib. 7. de ſucceſſ. c. 4.*

Præte-

Præterea ſi cum aſcendentibus fratres ex utroque latere juncti concurrant, tunc inter hos & aſcendentes gradu proximos hereditas ex æquo dividi debet. *Auth. defuncto. ad SC. Tertyll. d. Nov. 118. c. 2.* Liberi vero fratrum defunctorum, utrinque conjuncti, cum aſcendentibus propter jus repræſentationis in ſtirpes vocantur. *Nov. 127. c. 1. Forſt. lib. 8. de ſucceſſ. c. 7.* Neque vero duntaxat parentes naturales & legitimi ſimul, ad ſucceſſionem liberorum ſuorum inteſtatorum, admittuntur; verum etiam adoptivi parentes ſuccedunt liberis ſuis adoptivis. §. *ſed hodie. 2. ſupr. de adopt.* §. *ſed ea omnia. 14. h. t.* Pater quoque naturalis tantum duas uncias ex hereditate filiorum naturalium conſequitur. *Auth. licet. C. de naturalibus liber. Nov. 89. c. 13.* Mater autem & aſcendentes ex lineâ maternâ, ad ſucceſſionem liberorum, naturalium tantùm, in ſolidum admittuntur. §. *f. infr. de SC. Tertyll.* Legitimatis vero naturalibus ſuccedunt eodem modo, quo naturales & legitimi ſimul. §. *ſui autem verſ. quibus connumerari. h. t. Forſt. lib. 7. c. 19.* Aſt â ſpuriorum ſucceſſione pater & alij aſcendentes per lineam paternam excluduntur. *l. ſi ſpurius 4. ff. und. cogn.* Mater autem ſuccedit. *l. 2. ff. und. cogn. Forſt. lib. 7. c. 17. num. 7.* Planè parentes, qui liberos ex damnato coitu ſuſceperunt, eorum ſucceſſione prorſus indigni reputantur.

Auth.

Auth. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nupt. Nov. 89. c. f. Forſt. lib. 6. c. f. n. 10. & lib. 7. c. 19. num. 3.

Porrò deficiente tàm aſcendentium, quàm deſcendentium ſucceſſione, tertius ordo tranſverſalium occurrit. Nam eo caſu fratres ac ſorores defuncto ex utroq; parente conjuncti ſuccedunt, & reliquis ab uno latere venientibus præferuntur; Præmortuorum tamen fratrum liberi repræſentationis jure, parentis portionem accipiunt. *d. Nov. 118. c. 3. Auth. ceſſante. C. de legit. hered. Forſt. lib. 8. c. 1. & 2.* Quod ſi duorum fratrum liberi, numero diverſi, ſoli extant, in capita patruo ſuccedunt. *l. 2. §. 2. de ſuis & legit. hered. tr. noſtr. diſp. 15. q. 9.* Fratres legitimi tantùm, mutuo ſucceſſionis jure tum demum utuntur, cum ab aſcendentium aliquo ſunt adoptati. *l. pen. §. & ideo. C. de adopt. Forſt. d. lib. 8. c. 14.* Naturales tantùm, nec non ſpurij, ab uno eodemque patre, ſed diverſis matribus, procreati, jus hereditatis mutuæ non habent, qui verò ex unâ matre ſunt editi, ſibi invicem ſuccedunt. *§. vulgo. infr. de ſucceſ. cogn.* Sane ſi qui ſunt ex damnato coitu nati, mutuo ſibi non ſuccedũt. *Auth. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nupt. Nov. 74. c. f. Nov. 89. c. f. Forſt. d. lib. 8. c. 13.* Cæterum ſi defunctus fratres utrinque copulatos aut eorum liberos non habeat, tunc

ad here-

ad hereditatem veniunt ipſius fratres ex uno tantum latere juncti. *Auth. poſt fratres. C. de legit. hered. Nov. 118. c. 3. Forſt. lib 8. de ſucceſſ. c. 8.* Porro quoties neque deſcendentes, nec aſcendentes, neq; collaterales exiſtunt, eo caſu mari us uxori, viceque verſa ſuccedunt. *t.t. ff. & C. unde vir & uxor.* Si nullum proſ9 ex qualibet ſanguini; linea, vel titulo juris, legitimum heredem defunctus reliquerit; bona ejus, affinitatis ſucceſſione rejecta, tanquam vacantia fiſco deferuntur, modò illa intra quadriennium agnoſcat. *l. 1. l. vacantia. 4. C. de bon. vacan.*

Tenetur tamen fiſcus, poſt agnitionem bonorum, creditoribus; ſed non, niſi pro viribus rerum hereditarium. *l. 1. §. an bona, l. 11. de jur. fiſc.* Quomodo vero quis hereditatem ab inteſtato ſibi delatam conſequi poſſit, per petitionem hereditatis, per interdictum quorum bonorum, vel implorationem officij judicis eleganter tractat Harpr. *ad pr. n. 451. h.t.* qui & alia huc facientia latius perſequitur. Proponit autem Juſtinianus *in pr. h. t.* quod quis pluribus modis inteſtatus decedere dicatur, puta, *1.* Si teſtamentum omninò non fecit. *2.* Si fecit quidem teſtamentum, ſed minus rectè, vel contra pietatis officium. *3.* Si teſtamentum ex poſtfacto rumpatur, irritumque fiat. 4. Si teſtamentum

quidem

quidem jure fecit, ſed ex eo nemo hereditatem adit. *pr. h. t.* Præſumitur autem in dubio potius inteſtatus, quàm teſtatus deceſſiſſe, quapropter, qui legitimam hereditatem petit, opus non habet, ut demonſtret aliquem inteſtatum deceſſiſſe, ſed ſufficit, ſi probet ſe proximiorem eſſe. *Schurf. cent. 2. conſ. 52. & alij, quos refert & ſequitur Harpr. ad pr. h. t. n. 477. & ſeq.*

Porrò quantum ad inſtitutionum jus attinet, duo fuerunt ab inteſtato ſucceſſionis ordines civiles; Suorum nimir. & Agnatorum: Et duo prætorij, cognatorum, & viri atque uxoris. Primò quidem de ſuis *t. 1.* Deinde de legitimis. *t. 2. 3. 4.* Ratio namque naturalis dictat, ut hereditas primùm ad ſuos deferatur, quibus ea naturâ debetur *l. cum ratio. de bonor. damn.* In ſuorum autem numero computantur liberi naturales & legitimi ſimul, vel legitimi tantum, vel qui primitus naturales tantum, ſed poſtea legitimati fuerunt. §. 2. Quamvis autem non ſint primi gradus liberi, modo tamen in patriâ poteſtate ſint, & eos prærogativa gradus nemo præcedat, nihilominus ſui, & ad hereditatem ab inteſtato vocantur. *d. §. 2. verſ. ita demum.* Poſthumi quoque, qui ſi vivo parente nati, in ejus poteſtate fuiſſent, & primum gradum obtinuiſſent, inter ſuos referuntur. *verſ. poſthum. d. §. 2.*

§.2. Et acquiritur hereditas ipſo jure heredibus, etiam ignorantibus & invitis, tàm pupillis, quàm furioſis, abſque tutoris vel curatoris aditione. *§. ſin autem 3. h. t.* Aliquando tamen accidit, ut qui non fuit in defuncti poteſtate, nihilominus fiat ſuus heres; veluti ſi filius ab hoſtibus captus, poſt mortem patris revertatur. Jure namq; poſtliminij nunquã apud hoſtes fuiſſe fingitur. *§. interdum. 4. h. t.* Evenit etiam, ut qui ſuus eſt tempore mortis, poſtea deſinat eſſe ſuus. Etenim crimen læſæ Majeſtatis & perduellionis jus ſuitatis extinguit. *§. per contrarium. 5. h. t.* Sed & nepotes, ex filio præmortuo, cum filio ſuperſtite, qui patruus ipſorum dicitur, in ſtirpes ſuccedunt, licet gradu poſteriores exiſtant. *§. cum filius. 6. verſ. pari ratione.* Utrum autem quis ſit ſuus, vel talis eſſe poſſit, ſpectatur tempus hereditatis delatæ. Nonnunquam enim non ſtatim hereditas à morte teſtatoris, ſed eo tempore, quo defunctus inteſtatus eſſe cœperit, defertur. Unde nepos avo vivo conceptus, licet cum avus moreretur, non eſſet ipſi ſuus, patre mortuo natus, ſuccedit in ejus locum, & avo ſuus efficitur.

Poſt mortem autem avi conceptus, nullo jure admittitur ad ipſius hereditatem. *§. cum autem. 7. & §. & licet. 8. h. t.*

Quan-

Quanquam autem emancipatis liberis jur. civ. parentum ſucceſſio non deferebatur; jure tamē prætorio cū ſuis liberis admittūtur per bonor. poſſ. unde liberi. *§. emancipati. 9. h.t.* Sed noviſſimo jure ſuccedunt abſque Prætoris beneficio, ſicut alij heredes ſui. *Nov. 118. c. 4.* Quod ſi filius emancipatus detur in adoptionem à patre naturali, eidem, durante adoptione, non ſuccedit: Sed eâ viciſſim per emancipationem finitâ, ſi quidem emancipatus fuerit vivo patre naturali, admittitur ad ejus ſucceſſionem de jur. prætor. per bonor. poſſ. unde liberi: Si vero poſt naturalis patris obitum fuerit emancipatus ab adoptivo, tunc non admittitur, ſed excluditur ab utriusque patris, tàm naturalis quàm adoptivi ſuccesſione. *§. at hi 10. & §. minus. 11. h. t.*

Cæterum, filius emancipatus, alteri datus in adoptionem, eâ durante, præteriri poteſt in teſtamento patris naturalis, neque per bonorum poſſeſſionem contra tabb. admittitur, quemadmodum & vice versâ, filius adoptivus emancipatus, ab adoptante patre, præteriri poteſt in ipſius teſtamento, neque contra tabb. bonorum poſſesſionem habet. *§. eidem. 12. h. t.* Etſi vero liberis emancipatis à patre naturali, ſi ſeſe in adoptionem dederint & ipſo mortuo, in adoptivà familiâ fuerint inventi, bonorum poſſeſ-

ſio

ſio unde liberi non competat. *d. §. 10. ſupra. h. t.* Datur tamen ipſis alia bonorum poſſeſſio, quæ dicitur unde cognati. §. *admonendi. 13. h. t.* Hodiè ſanè filius in adoptionem à patre naturali datus, jus ſui heredis non perdit, ſed eidem ſuccedit, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, non ſecus, ac ſi manſiſſet in poteſtate. Adoptivo quoque patri ab inteſtato ſuccedit, ſed ex ejus teſtamento nihil capere poteſt, ſi non fuerit inſtitutus, niſi fortaſſis avus vel proavus adoptaverit. Huic enim duplici vinculo ſanguinis & adoptionis conjunctus eſt. *§. ſed ea omnia. 14. h. t.*

Emendavit quoque Juſtin. jus vetus circa nepotes & neptos ex filiabus deſcendentes, ut novo jure, excluſis penitus agnatis, abſque ullâ deminutione trientis, vel quadrantis, ad ſucceſſionem avi æqualiter admittantur, *§. 15. & § f. h. t.*

Hactenus de primo ſucceſsionis ordine civili; nempe Suorum, & ſi qui ſunt eorum loco; conſequens eſt, ut de altero quoque, videlicet Agnatorum ordine tractetur. Subjicitur igitur non immeritò titulus de Legitimâ agnatorum ſucceſsione. Cur a. ſecundo loco vocentur agnati, rationem vulgo reddunt, quod jura ſanguinis id poſcant, & quod per agnatos familiæ propagentur. *§. f. ſupra de legit. agnat. tut.* Poſt ſuos igitur, & eos, qui cum ſuis vocantur, ſuccedunt

agnati *pr.h.t.* qui dicuntur cognati per virilem ſexum conjuncti. *§* 1. neque verò ſolùm vivo patre nati, ſed & poſthumi fiunt agnati. *verſ. ſ etiam d. § 1.* non tamen quemlibet agnatum vocat lex, ſed proximum, ob idq; inter agnatos, ſemper in capita, nunquam in ſtirpes dividitur hereditas ex XII. tabb. *d. § 1, verſ. non tamen.* Id ſane parum refert, ſintne naturaliter per generationem, aut civiliter per adoptionem agnati. *§. 2. h.t.* Deferebat etiam *Lex* XII. tabb. fœminis æquè, ac maribus, agnatorum hereditatem, quocunque gradu eſſent. Sed per mediam juris prudentiam, fœminæ ab agnatorum hereditatibus, (ſororibus exceptis) prorſus excludebantur: Prætoris tamen beneficio, per bon. poſs. unde cogn. deficientibus ſuorum, & agnatorum gradibus, admittebantur: tandem Juſtinianus jus Leg. XII. tabb. renovavit, & agnatos ſimul, & agnatas ad ſucceſsionem admiſit, *de quâ re prolixè ſatis agitur in §. cæterum. 3. & in Nov 118. c. 4.* Poſtmodo Juſtinianus jus plane novum adjecit, ut in hac secūda ſerie ſucceſſionis, admittatur etiā, qui non eſt agnatus, ſed tantùm cognatus. Conſtituit n. ut filij filiæve ſororis, licet cognati ſint, nihilominus vocentur ad ſucceſſionem avunculi, cum agnatis. i. e. fratris liberis, alijs fratribus & ſororibus defuncti, qui ipſos in ſucceſſione præcedant, non extantibus, quo caſu diviſio non in ſtirpes, ſed in capita fieri ſolet, cum in hoc ordine ſecundo quisque

jure

Jure proprio, non alieno vocetur. *§. hoc etiā 4. & §. placebat. 7. h. t.* Cæterùm, quod antea quoque monuimus, in agnatorum ſucceſſione præcedens gradus præfertur, & admittitur ad hereditatem ſolus proximus, remotioribus excluſis. *§. ſi plures. 5. h. t.* Jure tamen noviſſimo fratris filius cum fratre concurrit in patrui mortui ſucceſsione. *Auth. ceſſante. C. de legit. hered. & d. Nov. 118.* Ut autem ſciri poſsit, quisnam in gradu præcedat, & proximus ſit, diſtingui debet an ſine teſtamento facto deceſſerit, de cuius hereditate agitur, an verò teſtamento facto? Priore caſu conſideratur tempus mortis; poſteriore verò tempus deſtituti teſtamenti. *§. proximus autem. 6. h. t.* Quanquam verò de jure L. XII. tabb. in agnatorum ſucceſsionibus ab inteſtato, non habebat locum ſucceſſorium edictum de gradu in gradum, & jur. prætor. admitteretur quidem agnatus ſecundi gradus jure cognationis: quia tamen, quo ad onus tutelæ prædictū ſucceſſoriū edictum locū habebat de gradu in gradū, & abſurdū videretur, ſi plus liceret cognatis, quā agnatis, ideò receptū fuit, ut habeat locū etiā in cōmodo ſuccedendi; proinde poſteriores agnati, poſt priorē ut agnati vocantur. *§. placebat. 7. h. t.* Ei ſi quoq; pater olim emancipato filio, tanquā agnatus, tùm demū ſuccedebat, ſi eum emancipaverat, fiduciâ contractâ, id eſt, cum reſervatione, ut ſi filius ille moreretur, ei naturalis pater, non vero fiduciari9

in hereditate ſuccederet: tamen & hoc Juſtin. mutavit, & conſtituit, quod pater emancipans filium, ſemper, etiamſi nihil expreſſerit, fiducia contracta cenſeatur emancipaſſe, & tanquam agnatus ſuccedat. *§.f. h.t.*

Porrò mater & filius, licet invicem ſibi ſint cognati, quia tamen ex novis legibus tanquam agnati ſuccedunt. *pr. J. de ſucceſſ. cognat.* ideò poſt tractationem agnatorum, interjiciuntur jura, quæ de ipſis diſpoſuerunt, nim. *t. de SC. Tertyl. quo cautum eſt, quomodo liberis matres ſuccedant, 3. & t. de SC. Orfic. de liberis quomodo ſuccedant matri. 4.* Fuit autem SC. Tertyllianum de matre, per eius nominis conſulem, & Theologum, prius introductum: Deinceps, de liberis, Orficianum, per Orficium. Unde non immeritò præmittitur Tertyllianum, & ſolet hæc appellari vulgò Succeſsio legitimorum, nam antiquo jure civili, quod ex leg. XII. tabb. deſcendit, nec mater liberis, nec liberi matri ſuccedebant. Deinde Prætores bonorum poſſeſsionem, unde cognati, matri, filioque dederunt. *pr. h. t.* Poſtea Claudius Imp. matri tribuit hereditatem liberorum in acie amiſſorum. *§. 1.* Deinceps Tertyllianum SC. matri ſubvenit, & ſtatuit, ut ingenua mater, jus trium liberorum habens, libertina quatuor, bona liberorum, inteſtato mortuorum, accipiat,

licet

licet fuerint in poteſtate parentis: videlicet ut luctus & triſtitia, quam percipit mater ex morte filij, ſucceſsione leniatur. *§. 2. h. t.* Quod verò de tribus & quatuor filijs ibi dicitur, id à Juſtiniano correctum eſt. Nam iſte legitimam liberorum hereditatem, eamque ſolidam, indiſtinctè matri concedit, ſive ter, ſeu quater, enixa ſit, etiam ſi mortuam prolem ſuſceperit. *verſ. ſi enim ingenua. § ſed nos. 4. l. 2. C. de jur. liber.* Cæterùm, quando mater ex SC. Tertul. ſuccederet, & quinam illi præferrētur, proponitur *in §. præferūtur.* 3. Etenim liberi ſuccedentes ab inteſtato, maſculi ſimul, & fœminæ; quēadmodum & pater, & cōſanguineus frater, & ſoror, cū fratre defuncti, matrem excludebant. *§. præferuntur. 3. h t.* Sed hæc omnia ſunt emendata per Juſtinianum, *§. ſed nos. 4. & § ſed cum. 5. h. t.* Debebat enim ſucceſsio pendere partim ex certà juſtáque cauſa, & matri non minus tribuendum videbatur, quàm patri, quippe quod plus oneris, mater in pariendo ſimul, & alendo ſuſtineat. Tandem igitur hoc jus prorſus mutatum fuit *per Nov. 118.* Hoc etiam porrò tractatur, quod mater annis 25. major, ſi liberis ſui impuberibus, mortuo patre, tutores intra annū, aut in locum excuſatorum vel remotorum alium non poſtulat, ſi quidem expediat, excluditur ab eorum, in ætate pupillari defunctorum, hereditate.

ditate §.*6.h t*. Neque verò ſolum mater, ſed & avia tàm materna, quàm paterna, ſi tutorem pupillis nepotibus, annum intra nõ petierit, eorum ſucceſsione privatur. *l. 2. §. filius autem 28. ad SC. Tertul. Forſt. lib. 7. c. 16. n. 11.* Nec juſtis tantùmmodo legitimisq; liberis, verum etiam ſpurijs, & vulgo quæſitis, mater ſuccedit. *§ f. h. t.* etiam illuſtris. *Forſt. d. lib. 7. c. 17. n. 5. & ſeqq. Harpr. ad d. § f. n. 2. & ſeq.*

Sicut autem mater liberis, ita quoque filij & nepotes & cæteri deſcendentes, tam emancipati, quàm in poteſtate conſtituti, tã legitimi quam naturales, & vulgo quoque quæſiti ſuccedunt matri & aviæ, reliquisque maternis aſcendentibus; agnatis pariter & cognatis excluſis. *pr. & §. 1. de SC. Orfic.* Verùm enimvero jure noviſsimo parentum & liberorum ſucceſsio locum habet in infinitum. *Nov. 118 c. 1. & 2.* Quanquam autem veteres hereditates, ex Leg. XII. tabb. deſcendentes, emancipatione perimebantur; ſecus tamen res habet in ij, quæ novis Legibus, atque SCtis introductæ fuerunt. *§. ſciendum. 2. h. t.* Spurij quoque, matri ſuccedunt ex SC. Orfic. *§ 3.* Niſi mater illuſtris alios, ex juſtis nuptijs procreatos, liberos habeat. *l. ſi qua. 5. C. ad SC. Orfic.* Ex punibili tamen, damnatoq; coitu ſuſcepti, prorſus à ſucceſsione removentur. *d. § 3.* Sane, ſi portio heredis unius deficiat, repudiatione puta, vel alia de cauſa, cohe-

coheredibus adeuntibus accreſcit, nolentib9 etiam & invitis: & id accreſcendi jus tranſit ad heredem. *§.f.h. t.*

Non extantibus autem perſonis, quæ unde liberi, vel unde agnati venire poſſent, ad inteſtati ſucceſsionem, vocantur jure prætorio cognati, qua ratione *t.de ſucceſſ.cogn.5.* ſubjicitur. Prætoria namque civilibus poſteriora ſunt. *l.7.de J.& J.* Ex his autem qui hoc tertio ordine ſuccedunt, primò ſunt agnati emancipati, & qui ex ijs progeniti ſunt. *§.1.h t.*

Vocantur igitur ij cum cognatis; fratribus tamen & ſororibus exceptis. Nam iſti, licet eſſent emancipati, nihilominus admittebantur ad hereditatem, cum fratribus non emancipatis; agnatis & cognatis, ulterioris gradus, excluſis, non tamen partibus æquis. Ji namque qui non ſunt emancipati, ſinguli duplo plus accipiebant, quàm emancipati. *d. §.* 1.

Deinde hoc tertio gradu vocantur illi à Prætore, qui per muliebrem ſexum cognati ſunt. *§.2.h t.*

Tertiò liberi quoque adoptivi, ad naturalium parentum hereditatem, iſthoc ordine prætorio cognatorum admittuntur. *§. liberi.3 h.t.* Denique liberi vulgo quæſiti eodem ordine ſibi mutuo ſuccedebant. *§. vulgo quæſiti 4.h.t.*

Digitized by Google

Porrò inter ſucceſsionem agnatorum & cognatorum ingens differitas erat. Agnati ſiquidem in infinitum admittebantur, quamvis eſſent decimo gradu. *§. cæterum ſupra de legit. agn. ſucceſſ. §. f. infr. de ſervili cog* Sed cognati ſuccedebant ad ſextum tantum usque gradum, niſi nati fuerant ex ſobrino & ſobrinâ. Hodie tamen omnis iſta diſcrepantia ſublata eſt, & pariter ſuccedunt in allodialibus agnati ſimul & cognati, gradus duntaxat prærogativâ ſalvà § *f. h. t. & Nov. 118. c. 4.*

Quoniam igitur cognitio graduum, utilis eſt admodum in ſucceſsione ab inteſtato; ideò ſubjicitur *t. de gradib. cognat. 6.* ut intelligi poſsit, qui, quibus in ſucceſsione præferantur. Accipitur autem cognationis vocabulū hic generaliter, & complectitur tàm agnationem, quàm cognationem in ſpecie ſic dictam, ejusque triplex linea perhibetur. Una ſuperior aſcendentium, inferior altera deſcendentium, tertia transverſa collateralium. Directa linea incipit à primo gradu, transverſa a ſecundo. *pr. h. t.* Quinam autem ſint in primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto gradu, recenſetur & per exempla demonſtratur *in §. 1. & quinque ſeqq. h. t. item in l. 1. l. 2. l. 3. l. f. §. nunc ſingulis. 11. cum ſeqq. de gradib. & affinibus.*

Cæterùm

Cæterum generata perſona ſemper gradum adjicit, & tot ſunt gradus, quot generationes. *§. hactenus. 7. h. t.* & agnationis gradus eodem modo, quo cognationis, numerantur. *§. agnationis. 8. h. t.* Cui ſubijcitur, quod per inſpectionem ocularem facilius res demonſtretur. *§. f.* Unde Juſtinianus motus fuit, quod arborem ſive tabulam cognationis ſubjunxerit. *d. §. f. h. t.* Quæ tamen hodie non amplius extat.

Hunc titulum ſequitur in vulgatis editionibus alius *de ſervili cognatione. 7.* quem tamen doctiſſimi quique viri putant partem & apendicem fuiſſe tituli præcedentis. In ſervilibus autem cognationibus edictum Prætoris, quod proximioribus cognatis defuncti, bonorum poſſeſſionem concedebat, locum non habebat, licet quoad nuptias cognatio ſervilis attenderetur *§. certum illud. 10. ſupr. de nupt.* Sed Iuſtinianus poſtea conſtituit, ut qui ex ſervis naſcerentur, ſi manumiſsis parentibus, ipſi quoque manumiſſi ſuperſtites eſſent, jus hereditatis obtinendæ, tum paternæ, tum etiam fraternæ, vel ſororis haberent, non ſecus atq; ij, qui ex juſtis nuptijs ſunt ſuſcepti. *pr. h. t.*

Quanquam autem propior gradu remotiori regulariter præfeatur: interdum tamen fit, ut remotior proximore potior ſit. Nam liberi, licet in remotiori gradu reperiantur, tamen aſcendentibus, & ex transverſo

conjunctis, proximioribus anteferuntur, ſive ſint in poteſtate, ſive emancipati, ſive nati ex maſculo, ſive ex fœminâ, nec hoc hodiè corrigitur, quoniam in ſuccedendo liberorũ cauſa prima eſt in infinitum, alijs omnibus excluſis. *inquit Johan. Turnon. in caſibus brevibus in hunc locum.* Agnati quoque, licet remotiores, cognatis propinquioribus præponuntur. *§. f. verſ. cum enim & verſ. amotis b. t.* Verum hodiè de jure noviſſimo, differentia cognationis & agnationis ſublatâ, ſine diſtinctione locum habet regula, quod prior in gradu remotiorem excludat. *Sæpius alleg. Nov.* 118. Hactenꝰ de ſucceſſione ingenuorũ.

Poſt digniorem iſtam ingenuorum ſucceſſionem ſubijcitur. *t. de ſucceſſ. libert.* 8. *juxta vulgatam editionem, aut certè* 7. *ut alij volunt.*

Nam inter has ſuccedendi ſpecies diſcrepantiæ fuerunt nonnullæ. Referuntur autem. *ſub. h. t.* quatuor potiſſimum de ſucceſſione libertorum jura. 1. Eſt Legis XII. tabb. quo patronus ad hereditatem liberti tum demum ab inteſtato vocabatur, quãdo libertus nullos heredes reliquerat: In teſtamento vero patronum impunè poterat excludere. *pr. h. t.* 2. Fuit jus prætorium, quo dimidia pars bonorum liberti Patrono deferebatur, niſi libertus liberos ex juſtis nuptijs procreatos reliquiſſet. Hi namq; patronum repellebant. *§. quâ de cauſa.* 1. *h. t.* 3. Erat jus Legis Papiæ, quo patronus ex bonis liberti virilem portio-

portionem conſequebatur, ſi pauciores tribus liberis, & aureos 1000. relinqueret. Tres autem vel plures liberi patronum in totum excludebant. *§. poſtea vero. 2. h. t.* 4. Jus eſt ex Conſtitutione Juſtiniani, cujus vigore, liberto, 100. aureorum valorem non habenti, patronus tùm demum ab inteſtato ſuccedit, ſi liberi non extent.

Si verò plus in bonis, & liberos aut planè non, aut exheredatos, habeat libertus, conſequitur patronus tertiam, loco legitimæ ex teſtamento; ab inteſtato vero ſuccedit in totum, liberis non exiſtentibus, & poſt ipſius obitum ſuccedunt ejus deſcendentes in infinitum; & collaterales ad quintum uſq; gradũ, ſalva prærogativâ, diviſione in capita faciẽdâ. *§. ſed noſtra. 3. h. t.* Et licet olim eſſet differẽtia in ſucceſſione libertorũ, & aliter Latinis, & Dedititiis, quã civibꝰ Romanis ſuccederetur: Attamẽ Juſtinianꝰ voluit, ut omnibꝰ libertis unicꝰ eſſet ſuccedẽdi modꝰ. *§. f. h. t.*

Adjungitur autem iſti libertorum ſucceſſioni. *t. alius, de aſſign. libert. 9. vel* 8. non immeritò. Nam aſſignatio facit, ut, cum patronus plures habeat liberos, in poteſtate conſtitutos, ſucceſſio liberti non ad omnes, ſed ad eũ duntaxat pertineat, cui libertus in teſtamento à patre fuerit aſſignatus. *pr. h. t.* Conceſſa verò fuit aſſignãdi poteſtas patri vel avo paterno, liberos in poteſtate habẽtibus, temporibus Claudianis. *§. f. h. t.* Verba SCti, ſicut & ejus interpretatio reperiuntur *in l. 1. & t. t. ff. de aſſign. libert.*

Sun-

Sunt autem ejus duæ partes, prior quidem, quâ liberorum uni libertus aſſignatur, ut is habeat jus patronatus, & ſucceſſionis: Altera, qua ſine liberis defuncto, cui libertus fuerat aſſignatus, reliqui liberi priſtinum jus recipiebant. *d. pr. h. t.* Loquitur autem SCtum de patrono, qui liberos in poteſtate habet, cujuſcunque ſexus. *§. 1. h. t.* Emancipato namque non poteſt aſſignari. Imò ſi poſt emancipationem aſsignetur, aſſignatio evaneſcet. *§. 2. h. t.* Planè poteſt aſſignatio fieri, verbis quibuſcunque, nutu quoque ſicut plerique ſtatuunt. *§. f. h. t.* Atque tantum de primo per univerſitatem acquirendi modo, quando nempe, defertur hereditas ex teſtamento, vel ab inteſtato.

Omnis ſucceſsio civilis eſt, aut prætoria. Illa reſpicit hereditatem, hæc bonorum poſſeſsionem. *Forſt. lib. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 4. & ſeqq.* Succeditur autem in hereditatem, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. *Forſt. d. lib. 1. c. 7. & ſ. qq.* De utroque genere dictum eſt hactenus. Subijcitur nunc *t. de bonor. poſſ. ſ. 10.* non ſine ratione. Nam civilia prætorijs præferuntur. *l. 7. d. J. & J.* Continetur autem ſub eo ſecunda ſpecies univerſalis acquiſitionis, non tàm proprietatis dominium, quàm actiones perſequendi jus, tribuens. *diſp. 16. q. 3.*

Eſt

Eſt enim bonorum poſſeſſio jus perſequendi, retinentique patrimonij, ſive rei, quæ cujusque, cùm moritur, fuit. *l.3.§.2. de bonor.poſſ.* & *Prætor*, ipſo jure, quem heredem efficere non poteſt. *§. quos autem.2 h.t.* Jntroductæ verò ſunt bonorum poſſeſſiones à Prætore, juris civilis emendandi, vel ſupplendi, vel corrigendi gratiâ; & competunt itidem vel ex teſtamento, vel ab inteſtato *pr. & §.1. h.t.* Ex teſtamento duplex eſt bonorum poſſeſſio. Datur enim vel ſecundum, aut contra tabb. teſtamenti. *§.3. h.t.* Illa competit heredibus ſcriptis, & nuncupatis: Hæc liberis præteritis tàm ſuis, quàm ijs, qui non ſunt in poteſtate. *d. §.3.* Ab inteſtato fuerunt octo bonorum poſſesſiones, *quæ recenſentur in alleg. §. 3.* quanquam ordo, quem ibi Juſtin. refert, non fuerit ab alijs ICtis obſervatus, *de quâ re Forſt. lib.9. de ſuc.ab int.c.2.n.34. & ſeqq.* & ab ipſo Juſtiniano mutatus. Nam is bonorum poſſeſſionem, unde decem perſonæ, item tanquam de familia, item unde liberi, patroni, patronæ, & parentes eorum, item unde cognati manumiſſoris &c. prorſus ſuſtulit, & ad quatuor ordines redegit, unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor. *§. ſed eas.4.h.t.*

Manſerunt igitur Inſtitutionum jure, ſex ordinariæ poſſesſiones, nempe, duæ ex

cauſa

cauſa teſtamenti, Secundum & contra tabulas, ab inteſtato quatuor; unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor. *d.* §. 4. Quibus extraordinaria ſeptima fuit adjecta, quibus ex legibus vel ut ex legibus ita nominata. *§ ſeptima, 5. h. t. l. un ff. ut ex legib. SCtisvè poſſ. detur.* In quâ requiritur ut deferatur ex novis LL. civilibus, & quidem expreſsè, atque ut is, qui eâ uſurus eſt, per aliam legem civilem ad hereditatem nō vocetur. *d. §. 5.* Sunt etiam aliæ quædam extraordinariæ, veluti Carboniana, quæ datur ventris, & litis agnoſcendæ cauſa, *de quibus Harpr. ad pr. h. t. nu. 15. & ſeqq. & ad* §. 4. Ex jure noviſſimo cognati non diſcernuntur è legitimis heredibus. *Nov.* 118. *c.* 4. Sed & vir & uxor jure civili ſuccedunt. *Auth. præterea. C. und. vir & ux.* ut exiſtimem, bonorum poſſeſſionis perexiguum uſum eſſe, non ignarus, quod Harprecht. aliter ſtatuat. Eſt autem, petendæ bonorum poſſeſſioni, certum tempus præfinitum, ne creditores eſſent in damno, vel injuria defunctus afficeretur. Etenim parentes & liberi, bonorum poſſeſſionem petere debent intra annum; Cæteri intra dies centum. *§. cum igitur. 6. h. t.* Quod ſi is cui bonorum poſſeſſio competebat, eam repudiarit, protinus ad ordinem proximum, jus illud devolvitur,

& lo-

& locus eſt accreſcendi juri. *verſ. etſi intra d. §. 6.* Computantur autem in bonorum poſſesſione petendâ, non ſolum annus, ſed etiam dies utiles, quibus ſibi delatam poſſesſionem ſibi ſcivit, & eam poſtulare potuit. *§. f. h. t.* Hodiè planè poſſesſio bonorum absque ſolennibus ullis admittitur, potius, quam petitur. *d. §. f. h. t.*

Referebatur *ſupr. §. f. per quas perſ. cuique acquir.* quatuor eſſe modos acquirendi per univerſitatem. De duobus dictum eſt, nempe, de hereditate & bonorum poſſesſione. Subijcitur nunc *t. de acquiſ. per arrog. 11.* quæ ſpecies, neque jure civili, neque prætorio, ſed moribus introducta. *pr. h. t.*

Conſequebatur autem veteri jure, quisquis arrogaverat alium, ejus omnia bona pleno jure. *§. 1. h. t.* exceptis officialibus operis, & alijs, quæ minima capitis deminutione pereunt. *verſ. exceptis. d. §. 1.* Verum ex conſtit. Juſt. non omnia bona tranſeunt ad arrogantem; ſed nanciſcitur ipſe, ſolum uſumfr. bonorum adventitiorum, proprietate penes arrogatum manente. *§. nunc autem. 2. h. t.* Si tamen arrogatus, in adoptiva familia, ſine fratribus & liberis decedat, arrogans plenus dominus efficitur. *verſ. mortuo autem. d. §. 2.*

Sane

Sane de geſtis per arrogatum antequam arrogaretur, non tenetur arrogator ipſo jure, poteſt tamen nomine filij conveniri, quo non defendente, miſſio fit in poſſeſſionem bonorum arrogati. *§. f. h. t. & t. t. ff. ex quib. cauſis in poſſ. eatur.*

Abſolutis hactenus tribus modis, quibus per univerſitatem res nobis acquiruntur, reſtat ut videamus de ultimo quoque modo, qui dicitur addictio bonorum, cauſa libertatum conſervandarum, & deſcendit ex Imp. D. Marci conſtitutione. *t. de eo cui lib. cauſa bon. addic. 12. & pr. iſto t.* Nam cauſa libertatum conſervandarum unus ex ſervis, cui libertas relicta fuit, vel etiam alius extraneus, aut fiſcus, petere poterat, ut bona defuncti, cujus hereditas non adiretur, ſibi addicerentur: dummodo caveat idoneè creditoribus ſe de ſolido, ſorte videl. & uſuris ſatisfacturum. Quo præſtito libertates, tam directæ, quam fideicommiſſariæ ſortiebantur effectum. *§. 1. iſto. t.* Fuit autem introducta bonorum addictio, favore libertatum & teſtatoris. *§. 2. h. t.* Et fit, ſive libertates in teſtamento relictæ fuerint, vel in codicillis ab inteſtato. *§. 3. h. t.* Sed tum demum locum habet, quando certum eſt, ſucceſſorem nullum extare §. *tunc enim 4. h. t.* Et licet heres inſtitutus, qui repudiavit, in integrum reſtitui poſſit, ut

adeat

adeat beneficio minorennitatis, non tamen propterea cenſetur addictio bonorum neq; libertas præſtita revocatur. *§.5.h.t.* Quamvis quoque verba conſtitutionis de teſtamento tantùm agant, ejus tenorem tamen Jmp. etiam ad libertatē, inter vivos & mortis cauſa datam, extendit, adeò, ut ſi nulla data fuerit libertas, huic ſucceſſioni locus nullus relinquatur. *§.pen. & ult. h.t.* Cæterùm erant olim & alij modi, quibus univerſali titulo res acquirebantur; videlicet quādo creditor, ſolennitatibus adhibitis, bona debitoris accipiebat, & autoritate propriâ vendebat. Nam olim debitore nō exiſtente ſolvendo, neque ſemet defendendo, creditores à Prætore bonorum poſſeſsionem poſtulabant, eaque impetratâ, Prætorem iterum rogabant, ut curator bonor. conſtitueretur, atq; proſcriptione facta tertiū diē petebant, ut ſibi liceret, quam vellent, legem addere venditioni. Quo caſu debitoris ſucceſſor dicebatur emtor, & omnes actiones ei, & contra eum, dabantur. Item quando fœmina libera ſervo ſe jungebat, & efficiebatur ſerva. Tunc enim omnia ejus bona, ſervi domino acquirebantur. Sed iſti duo ſuccedendi modi penitus aboliti ſunt & ſublati, *t.t. de ſucceſſ. ſublat. quæ fieb. & c. 13.* partim deſuetudine *pr. iſto t.* partim ab Jmp. Juſtin. *§.1. iſto t. & t. t. C. de SC. Claud. toll.* Atq; hi

ſunt modi, tam jurisg., quam civil., acquirendi rerum dominium, tàm corporalium, quàm incorporalium, tam ſingulariũ, quam per univerſitatem.

Supra dictum quod objectum juris ſint perſonæ, res, & actiones. *§. f. ſupra. de jur. N. G. & C.* Jus perſonarum retulit Jmperator *in libr. 1. In libr. 2.* incipit tractare de rebus. Sunt autem res corporales aliæ, quædam incorporales. *t. t. J. de reb. corporal. & incorp.* Materiam de corporalibus rebus, & quomodo tàm gentium quàm jure civili acquirantur, explicavit Juſtin *ſub t. de R. D. 1. t. de uſucap. 6. t. de donat. 7. & duob. ſeqq.* Incorporales res à Juſtiniano tres potiſſimum numerantur. 1. Servitutes tàm reales quàm perſonales; *de quibus egit t. de ſervit. prædior. 3. & t. de uſufr. 4. atq; ſeq.* 2. Hereditas tàm teſtamentaria, quàm ab inteſtato. Hereditatis autem utriusq; materiã, unà cum connexis, & quæ confinitatem aliquam cum ea habeant, ſatis prolixè proſecutus fuit hactenus Jmperator *à t. de teſtam. ordin. 10. lib. 2. usq; ad t. de obligat. 14. lib. 3.* Reliquũ igitur eſt 3. quoque ſpeciem incorporalium rerum obligationes nempe tractare. Latè verò patet hic etiam de obligationibus campus, *& incipit à t. 14. lib. 3. complectiturq; reliquos titulos omnes ad t usq; de act. 6. lib. 4.* Præmittitur autem hìc primò t. generalis *de obligat. 14.* Generalia namq; non immeritò præmittuntur.

tuntur. *Ariſtot. de part. animal Dd. communiter ad l. 1. de reb. cred.* Proponitur verò ſub iſto titulo primò definitio obligationis. *pr. iſto h. t.* Deinde diviſio à partibus juris, aut efficiente cauſâ ſumta, quâ civiles aliæ ſunt obligationes, aliæ prætoriæ. *§. omnium. 1. h. t.*

Tertiò alia diviſio à cauſa materiali, aut enim ex contractu ſunt, aut quaſi ex contractu; aut ex maleficio, vel quaſi maleficio. *§. f. h. t.* Quartò ſubdiviſio earum quæ fiunt ex contractu, aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut cõſenſu *verſ. harum. §. d. § f.* Poſt hæc de ſingulis ſpeciebus agit, & ab initio quidem, quibus modis re contrahitur obligatio. *t 15.*

Etenim iſti contractus non parvam ſimilitudinem cum adquiſitionibus dominij habent.

Quoniam factum traditionis deſiderant, & non niſi verâ re traditâ celebrari poſſunt; unde *Re* fieri dicuntur.

Ex nuda namque promiſſione de mutuo dando, mutuum non oritur. *l. in bonæ fidei. & ibi gl. & Dd. de reb cred. l. cum proponas. 21. C. de pact. juncta l. pater §. hereditatem de legat. 2.* Cæterùm referuntur ſub h. t. nominati contractus quinque, qui re fiunt, & primò quidem mutuum. *pr. h. t.* Quoniam ad adquiſitionem dominij propius accedit.

Exponitur autem de eo 1. quod re contrahatur. *d pr 2.* quod conſiſtat in rebus, quæ pondere, numero & menſurâ conſtant ibid. 3. Quod in mutuo non eædem res reddantur. *d. princ. vers. & quoniam.* 4. Quod mutuum appelletur, quoniam de meo tuum fit *verſ. inde etiam.* 5. Quod ex eo naſcatur actio, quæ condictio vocatur. *d. pr. h. t.* Adjungitur huic mutuo indebitum ſolutum. *§. is quoq. 1. h. t.* Non quidem quod hac ratione propriè contrahatur. Jndebitum namque ſolvens, magis diſtrahere, quam cõtrahere videtur, ut habent *iſtius §. finalia verba*, & amplius probat *§. item is cui inf. de oblig. quæ ex qu. cõtr.* Sed ideò recenſetur hoc loco quod in eo ſolutio realis interveniat. Aliàs ſi ſpectemus initium, non eſt cõtractus. Obligatur tamen qui ſolutum accepit, magis ex æquo & bono, ne cum alterius jacturà locupletior reddatur *l. 15. §. 1. & ſeq de condict. ind.* Tertiò ſubnectit Jmperator Commodatum. *§. item is cui. 2. h. t*, quoniam in eo ſi nihil amplius, tamen uſus præſtatur: in depoſito verò, & pignore, neque dominium, neque uſus. Explicantur autem *iſto. §.* potiſſimum hæc *1. Quod* commodare ſit rem aliquam utendam dare. *2* Quod ex commodato quis re obligetur. *3.* Quod ex iſto contractu detur actio commodati. 4. Quomodo differat mutuum & commodatum, nempè. 1, quod in mutuo dominium trans-

um transferatur, nō in commodato 2. quod in commodato res eadem reſtitui debeat, ſecus atque in mutuo. 3. quod in mutuo præter dolum & culpam præſtetur etiam fortuitus caſus: qui non præſtatur in commodato, niſi culpa caſum præcedat. Tandem ſubjicit de naturâ ſive proprietate commodati, puta quod omne commodatum debeat eſſe gratuitum. Subnectitur huic, propter aliquā ſimilitudinem, quam cum commodato habet, quarto loco Depoſitum. *§. præterea 3.h.t.* De quo hæc circiter dicuntur. 1. quod in depoſito quoque re contrahatur obligatio. 2. quod detur actio depoſiti. 3. quod de reſtituendâ re teneatur. 4. quod in depoſito dolus tantummodo præſtetur. Tandem concluditur *iſte t.* obligatione ſive contractu pignoris, & exponuntur de eo tria. 1. Quod obligatio pignoris re contrahatur. 2. Quænam actio detur, pignoratitia nimirum. 3. Quid in eà præſtetur: Præſtatur autem inter alia dolus & culpa, non tamen fortuitus caſus. *§. f. h. t.*

Hactenus de una ſpecie contractuum ex quibus obligatio proficiſcitur, nempe, qui re ſive facto celebrantur: Nūc de altera, quæ fit verbis. *t. de V. O. 15.* Etenim res & verba nō immeritò conjungūtur, quia verba ſunt rerum notæ *juxta. Cicer. in topic.* & quoniam ea nonnunquam etiam opponuntur in proximo gradu.

 Tra-

Tractatur autem de hac verborum obligatione *d. t.16. & quinque ſeqq.* Atque quidem primo loco de forma ſive modo ſtipulationum, unde producitur obligatio verborum. Contrahitur autem obligatio verbis ex interrogatione & reſponſione. Contractus inde reſultans dicitur Stipulatio, quaſi obligatio firma, unde verb. obligatio ex quâ duplex actio naſcitur, certi condictio ex ſtipulatione, ſi certum aliquid ſtipulatus fuerit, & actio ex ſtipulatu, ſi quis incertum fuerit ſtipulatus. *pr. h. t.*

Olim autem in contrahendâ ſtipulatione, certa verborum formula requirebatur; quâ hodie rejectâ, partium conſenſus & mens attenditur, & quibuscunque verbis & quacunque linguâ ſtipulatio fieri poteſt. Dummodo tamen interrogatione præcedente, & reſponſione ſequente celebrata fuerit; & apta, rebusque congruentia verba interveniant, & ſtipulantes ſemetinvicem, intelligant. *§. in hac. 1. h. t.*

Cæterùm omnis ſtipulatio vel purè fit, vel in diem, aut ſub conditione. *Pura* ſtipulatio eſt, quando quis illud, quod incontinenti præſtari poteſt, ſtipulatur: ex quâ ſtipulatione ſtatim efficax oritur obligatio, *§. 2. h. t.*

Stipulatio in diem illa dicitur quando in contractu ſtipulationis dies, certa vel in-

certa,

certa, ſubjicitur à partibus, aut expreſſè vel tacitè. *d.§.2.* Quando verò dies à cõtrahentib. expreſſus eſt, tunc iſte certus eſt, vel incertus. Et incertus vel omninò, qui dies conditio ſolet appellari; vel quadantenus, puta, ſi certum ſit diem eventurum, ſed ignoretur quando ſit eventurus, ut eſt dies mortis. Et hæc ſtipulatio valet. Expreſſum diem ſtipulatio habere dicitur, quando dies à contrahentibus expreſſè fuit adjectus, veluti Calend Jan. Mart. &c.

Id autem quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur, ſed ante diem peti non poteſt. *d.§.2.*

Adjicitur enim dies, ut debitor medio tempore commodius quod debet, reperire poſſit, & præſtare *d.§.2.l.ex his verbis.ff.quando dies legat.* Quod ſi quis ita ſtipuletur, dabis quo ad vivam, licet ſtipulatio verbis in diem concepta ſit, tamen in effectu pura cenſetur, & ipſo jure tranſit ad heredes ſtipulatoris, qui tamen exceptione pacti, vel doli, removeri poteſt. *§.at ſi ita.3.h.t.l.eum.§.qui ita.de V.O.* Stipulatio conditionalis illa dicitur, quæ in aliquem futurum evẽtũ, ſive caſum, de quo dubitari poteſt, utrũ extiturus ſit, vel nõ; confertur. Ex ſtipulatione verò conditionali nihil debetur, quamdiu conditio non extat. *§.ſub conditione.4.h.t.* Ad heredes attamen conditionales, iſtæ ſtipulationes transmittuntur. *d.§.4.*

Quid autem ſi ſtipulationi locus inſeratur? puta, Breſdæ dabo: pura quidem eſt ſtipulatio, ſed petitio tamen differtur donec eò loci commodè perveniatur. *§.loca.5. h. t.* niſi tamen aliud eſſet ordinatum per procuratores, *ut monet ibi gl.per l.f.§.inter.h t.*

Sanè conditiones, quæ in præteritũ, vel præſens concipiuntur; quoniam actum non differunt, propriè cõditiones dici nequeũt: ſed ſi veræ ſint, ſtatim producunt actionem, ſin falſæ, nulla eſt ſtipulatio, quaſi deficiente conditione. *§.conditiones.6. h. t.*

Neque verò duntaxat res, ſed & facta deduci poſſunt in ſtipulationem, ſive tractetur de faciendo, ſive de non faciendo, vel partim faciendo, partim non faciendo. Et cum in facti ſtipulationibus, obligatio ſuccedat ad intereſſe, cujus probatio difficilis habetur, uſui fuerit, in hiſce ſtipulationibus adjicere pœnam, ut eam luat promiſſor, ſi non paruerit. *§.f.h.t.*

De forma ſive modo ſtipulationum, dictum fuit in præcedente tit; ſubjicitur nunc de perſonis. *t.17.&* 18.

Nec enim ſinguli ſolummodo, ſed & plures ſtipulari, nec non promittere poſſunt. Hinc *t.de duob.reis ſtipul.& promitt:17.* Extat ejusd. inſcriptioni & argumenti titulus *in ff. &* C & ſcripſit ad iſtam materiam tractatum elegantem Joan. Ronchegallus.

Dicuntur

Dicuntur autem ſtipulandi Rei, qui ſtipulantur, atque ex ſtipulatione ſua, alium obligant: promittendi verò Rei dicuntur iſti, qui ex promiſſione ſuâ alteri obligantur. *pr. h. t. l. 1. ff. de duobus Reis.* Cæterum ut duo Rei rectè conſtituantur, requiritur, ut una eademque res debeatur. *§. 1. h. t.* & ut voluntate non neceſſitate conjungantur. *l. 2. & ſeqq. D. eod.* In reis ſtipulandi, ſpecialiter requiritur, ut ijs ab uno & eodem debeatur, & propter eandem cauſam, atque quidem ſingulis in ſolidum. *§. ex hujusmodi. 1. h. t. l. 11. §. cum in tabulis. l. 15. ff. h. t. l. 1. & 2. C. eod.* novo tamen jure, duo Rei debendi ſive promittendi, beneficium diviſionis allegare poſſunt. *Nov. 99.* niſi ſpecialiter ei renunciaverint, de qua relatè. *Ronchegallus. ſub t. C. de duob. reis. Coler. de proc. exec. Anton. Hering. in tr. de fidej. & alij paſſim.* Etſi verò ſingulis in ſolidum, non tamen debetur, niſi una res. *d. §. 1. verſ. in utraque.* Quâ de causâ, ſi vel ex ſtipulandi Reis debitum alter accipiat, vel ex Reis debendi ſolvat alter tantum, nihilominus obligatio tota extinguitur. *d. §. 1. & l. 1. & 2. C. h. t. & ibid. Ronchegallus.* vel ut Turnon ſummat, ſolutio unius correorum, vel ſolutionis receptio, totalem obligationem extinguit.

Sanè diſparitas, vel diſſimilitudo, ſi non interveniat in re, vel quantitate, duorum Reorum conſtitutionem nihil impedit, utpotè, ſi ex promittendi Reis alter purè promittat, alter in diem vel ſub conditione. §. *f. h. t.*

Huic deinceps alius t. *de ſtipulatione ſervorum adjicitur. 18.* Nam in ſtipulationibus id quoque quaſi præcipuum habetur, quod dominis per ſervos acquiratur. *pr. h. t.* Quicquid igitur ſervus ſtipulatur, ſive ſibi ſive domino ſuo, ſive conſervo ſuo vel imperſonaliter etiam domino, ſi vivit, acquiritur, ſin is moriatur, heredi. §. *1. h. t.* niſi forte ſtipuletur aliquid ipſiusmet perſonam concernens. Id enim ſibi, non domino acquirit. *§. 2. h. t.* In ſervo communi diſtingui ſolet. Aut enim impérſonaliter ſtipulatur, vel uni ex dominis nominatim, vel tandem unius juſſu. Priore caſu quicquid ſtipulatur ſervus, unicuique dominorum adquiritur: reliquis duobus modis, quod ſtipulatur, non omnibus dominis, ſed uni tantum acquiritur.

Quod autem uni ex dominis acquiri nequit, id alteri exquiritur. *§. f. h. t.* Et hæc de perſonis.

Cæterum ad ſtipulationum formulas, pertinet etiam earundem diſtinctio. *t. t. de divis.*

diviſ. ſtipul. 19. Sunt enim ſtipulationes aliæ judiciales, quæ â mero judicis officio proficiſcuntur. *pr. & §. 1. h. t.* aliæ prætoriæ ſive ædilitiæ, quæ promanant ab officio meri prætoris. *§. 2. h. t. & t. t. ff. de ſtipul. prætor.* aliæ communes, id eſt, partim prætoriæ, partim judiciales. *§. f. h. t.* & tandem aliæ conventionales, quæ ex utriusque partis conventione concipiuntur. *§. 3. iſto t.* Nimirum judiciales ſtipulationes dicuntur illæ, quando quis juxtà legum civilium diſpoſitionem, ad cavendum alteri, vel cautionem ab eo recipiendam, officio judicis implorato, compelli poteſt, vel etiam ſecundum conſuetudinis & ſtatutorum ordinationem.

Prætoriæ ſtipulationes iſtæ dicuntur, 9. quando quis ad cavendum alteri, vel cautionem ab eo recipiendam, vigore Prætorij juris, aut quod ejus vicem obtinet. *ædilit. Ed. &c.* compelli poteſt. Differunt autem Judiciales & Prætoriæ. Nam hæ plerunque fidejuſſores & pignora deſiderant. *l. pretoriæ 3. De ſtipul. prætor.* ſtipulationibus autem judicialibus, ſola repromiſſio, cum bonorum omnium obligatione regulariter ſufficit.

Sunt & aliæ differentiæ, de quibus videri poterit. *Schrad. ad h. t. n. 7.*

Conven-

Digitized by Google

Conventionales ſtipulationes illæ dicuntur, quæ ex ſolâ conventione partium, nullâ neceſſitate legis cogente, interponuntur. *d. §. 2. verſ. conventionalis.*

Communes ſtipulationes dicuntur, quæ partim ex jure prætorio, partim ex legibus civilibus deſcendunt. *d. §. communes. h. t.*

De ſtipulationibus utilibus dictum eſt hactenus, ſubjicitur nunc. *t. de inutilibus ſtipulationibus. 20.* Utiles ſtipulationes dicuntur, quæ à perſonis habilibus, de re in contractum aptâ deduci, ex causâ legibus non reprobatâ, ſecundum legam diſpoſitionem, conſenſu contrahentium interveniente, factæ ſunt. Inutiles verò ſtipulationes iſtæ nominãtur, quæ vel a perſonis non habilib9, vel ſuper re non aptâ, vel non ſecundum legum diſpoſitionem, vel non interveniente conſenſu contrahentium factæ ſunt, & hæ ſtipulationes omnes prout ex omnibus huj9 noſtri *t. §§.* liquet, quinque modis inutiles efficiuntur, veluti. 1. reſpectu Materiæ. 2. Formæ. 3. Cauſæ efficientis. 4. Finalis. 5. & Impulſivæ. *Schrad. ad h. t* Etenim, etſi res omnis, quæ dominio noſtro ſubjicitur, in ſtipulationem deduci poſſit *pr h. t.* attamen eæ res, quæ non in rerum naturâ, nec in commercio ſunt, in ſtipulationem deduci nequeunt. *§. 1. h. t.* Et eventus rei futurus conſiderari non debet, & vitiatur ſtipulatio,

latio, ſi res in caſum deveniat, à quo nequeat incipere; & liber homo, qui non in noſtro commercio, tempore ſtipulationis, inutiliter in ſtipulationem deducitur, etiam ſub conditione. *§. 2. h. t.* Jnutilis etiam eſt alieni facti ſtipulatio. Iſta verò ſtipulatio, qua quis promittit, ſe curaturum effecturumvè, ut ab alio quid detur aut fiat, valet. *§. 3. h. t.* Alteri quoque nemo ſtipulari poteſt, præterquam ei, cujus eſt in poteſtate; quanquam & pater filio, & ſervo dominus rectè ſtipuletur, & ſtipulatio ſibi, & extraneo facta ſuſtineatur. *§. ſi quis alij. 4. h. t.* Eſt etiam inutilis ſtipulatio, ſi reſponſio non congruat interrogationi. §. *præterea. 5. h. t.* Vel ſi ſtipuletur aut promittat ei, qui ipſi ſubjectus eſt. *§. item inutilis. 6. h. t.*

Sed nec mutus, nec ſurdus, nec abſens ſtipulationem contrahere poſſunt. Fit enim hic contractus verbis, & expediri nequit, niſi utroque loquente, & exaudiente. *§. mutum. 7. h. t.* Furioſus verò nullum negocium gerere poteſt. *§. furioſus. 8. h. t.* Pupillus tamen, ſi non ſit infans, etiam ſine tutoris autoritate ſtipulari, & ſibi acquirere poteſt; licet ſemet obligare ſine tutoris auctoritate nequeat. *§. pupillus. 9. & §. ſed quod. 10. h. t.* Jmpubes autem, in poteſtate conſtitutus, ne quidem auctore patre obligatur. *d. §. 10. verſ. ſed qui in poteſtate.* Vitiatur etiam & inutilis redditur ſtipulatio, adjectione conditionis im-

nis impoſſibilis in faciendo. *§. ſi impoſſibilis. 11. h.t.* Inutilis quoque ſtipulatio eſt, inter abſentes contracta. *§. item. 12. h.t.* Verum enimvero, creditur tamen inſtrumento, quo ſtipulatio inter duos facta continetur, niſi poſſit apertè probari, non factam eſſe ſtipulationem, neque fieri potuiſſe, quippe quod alter contrahentium fuerit abſens. *d. §. 12. h. t.* Erant olim, & alia ſtipulationis vitia, veluti ex articulo mortis & orationis, præpoſtere; ſed hodie ſtipulatio poſt mortẽ, vel pridie, cõcepta valet, & dies executionis diem obligationis in ſtipulatione præcedens, trahitur ad diem obligationis perfectæ, & valet ſtipulatio, cujus executio differtur, donec morietur ſtipulator, promiſſor, aut tertius. *§. poſt mortem. 13. & tribus ſeqq. h. t.* Cæterum ſi nihil in inſtrumento ſit expreſſum de interrogatione; ſed promiſſionis ſolummodo mentio fiat, nihilominus ſuſtinetur ſtipulatio, & fingitur interrogatio præceſſiſſe. *§. ſi ſcriptum. 17. h. t.* Quot verò ſunt res in ſtipulationem deductæ, tot ſunt ſtipulationes, & ideò quanquam una vitietur; non tamen inde ſequitur, quod altera quoque ſit vitiata. *§. quotiens. 18. h. t.* Porrò regulariter alteri ſtipulari nemo poteſt, niſi pœna ſit adjecta; vel interſit ſtipulantis, ut detur ei, cui ſtipulatur. Etenim ſtipulatio alteri facta, cum pœnæ adjectione, valet

let in pœnâ, & poteſt quis alteri ſtipulari, ſi ſua interſit; puta ſi tutor pupillo, vel dominus procuratori, vel creditori ſuo debitor, ſtipuletur. §. *alteri.* 19. §. *ſed etſi* 20. *h. t. l. ſtipulatio iſta.* 38. §. *alteri. de V. O.* Jnutilis autem eſt ea quoque ſtipulatio, ſi quis promittat alienum factum. §. 3. *h. t.*

Sed excipitur tamen, quod valeat ſtipulatio, ſi pœna fuerit adjecta. §. *verſa vice,* 21. *h. t.* De eo quoque quod futurum eſt ſuum, ſicuti de re ſua, ſtipulari quis non poteſt. §. 2 *ſupr.* & §. *item nemo.* 22. *h. t.* & error ſive diſſenſio circa corpus, aut rem, vitiat ſtipulationem. §. *ſi de aliâ re.* 23. *h. t.*

Reputatur etiam inutilis illa ſtipulatio, quæ continet aliquid turpe, ſeu ut Dd. loquuntur, quæ in turpem cauſam eſt concepta. §. *quod turpi.* 24. *h. t.*

Si veró conditio turpis non ſit, & ſtipulator vel etiã promiſſor ante moriatur, quàm evenerit, nihilominus ad heredes actiones transmittuntur activè & paſſivè, id eſt, ut convenire convenirique poſſint. §. *cum quis.* 25 *h. t.*

Planè quod in diem promiſſum eſt, non niſi die præterlapſo, peti poteſt, & in ejus præſtatione, quod in ſtipulatione purã deductũ eſt, ſubintelligitur tãtũ temporis quo debitor

bitor commodè dare vel facere poſſit.§ *f.h.t. l. ſtipulatio.38. l. 138. de V. O. l. 105. ibi. nec enim cum ſacco adire debet. de ſolut.*

Quoniam autem verborum obligationi plerunque fidejuſſores accedunt, & verbis ut plurimum conſtituũtur, ideo ſubijcitur. *t. de fidejuſſ.* 21. Nam ut creditori plenius cautum ſit, plerunque fidejuſſores ſtipulationibus & alijs contractibus adhiberi ſolent. *pr. h. t.* & quidem conventionibus omnibus cujuscunque generis. *§. 1. h. t.* Qandoquidem etiam obligatio, vel actio fidejuſſoria, perſecutoria rei potius eſt, quàm pœnalis, idcircò tranſit ad heredes, & heredi competit adverſus heredem. *§. fidejuſſor. 2. h. t.* Intervenire verò poteſt fidejuſſor, tàm antè quàm poſt obligationem. *§. 3. h. t.* Quod ſi plures fidejuſſores ſimul dati ſint, ſinguli tenebuntur in ſolidum, & creditoris erit electio, quem ex ipſis conveniri velit, quippe quod fidejuſſio fiat in gratiam creditoris. *§. plures.* 4. *h. t.* Poteſt tamen fidejuſſor unus, ex pluribus à creditore conventus, opponere diviſionis exceptionem, & petere, ut creditor petitionem ſuum dividat, in capita fidejuſſorum. *verſ. ſed exempla. d. §.* 4. Sive, quemadmodum Turnõ *iſtũ. §.* ſummat; plures fidejuſſores pro uno reo intercedentes, in ſolidum tenentur, ſed à creditore conventi, beneificum D.

Hadr.

Hadr. opponere poſſunt: cum omnes ſunt tempore litis conteſtatæ ſolvendo, quo beneficio prætermiſſo ſibi imputat, qui in ſolidum exactus eſt, contra fidejuſſores non habiturus regreſſum, ſed tantum contra reum principalem. Quâ de causâ, ſi fidejuſſor conventus, exceptionem diviſionis opponere negligat, condemnatus ſolidum exſolvet. *d.§.4.h.t.verſ.ſed ſi ab uno.* niſi fortaſſis à creditore petat, ſibi cedi actionem, adverſus confidejuſſorem. *l.36.& 39.de fidejuſſ.* attamen advers. debitorem Principalem habet actionem mandati, ſi quidem intervenit mandatum: ſin minus, negot. geſt. actionem, etiam actionibus non ceſſis. *§.ſi quid.6.h.t.l.10.§.1.l.qui patitur.l.qui fidem.l.56.§.1 ff. mandat. l.mandati.14.C.de fidejuſſ.& ibid.Salicet.Angel. Perbuſin.& Donell.* Jllud extra dubium eſt, quod fidejuſſores, in plus, quam Principalis, obligari non poſſint, neq; loco, neque tempore, neque cauſa. Fidejuſſor enim in leviorem cauſſam accipi poteſt, ſed non in duriorem. *§.fidejuſſores.5.h.t.* Neq; verò ſolùm latinè, ſed græcè quoq;, fidejuſſio fieri poteſt. *§.græcè.7.h.t.* Sanè in dubio ſtandum eſt ſcripturæ, de eo, quod continetur in ea, & præſumitur obligatio fidejuſſoria, ſolenniter intervenisse, ſi præceſſerit interrogatio, quam reſponſio fuerit ſecuta. *§ f.h.t.* Solennitas enim intrinſeca tacitè præſumitur, niſi con-

h trarium

trarium probetur. *Br.& Dd.communiter in l. ſciendum.30.de V.O.* Atque tantum quidem de ſecunda ſpecie obligationum, quæ verbis contrahuntur.

Sequitur nunc tertia contrahendarum obligationum ſpecies, quæ literis fieri dicitur, *t.t.de liter.oblig.22*; & priori conjungitur, quoniam utraque eſt civilis, & quia literæ nihil ſunt aliud, quàm abſentium verba. Proponuntur autem *ſub h.t.* tria potiſſimum. *1.* De actione, ſive condictione ex literis ortâ 2. De exceptione non numeratæ pecuniæ. 3. De tempore iſtius exceptionis interponendæ. Obligat enim promiſſorem ſcriptura, puta ſi quis, Chirographo dato, confeſſus fuerit, ſe 100. mutuo accep ſſe, quos non accepit, & naſcitur ex eâ obligatione condictio. *verſ.& ex ea.h.t.* quæ tamen elidi poteſt, ſiquidem intra biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ promiſſor objiciat. Ultra biennij verò metas, hæc exceptio non extenditur. *verſ.f.h.t.* Adeò quidem, ut obligetur reus confeſſus ex cautione ſive Chirographo ſuo poſt biennium, quo ſiluit, eatenus, ut quamvis paratus ſit probare, ſibi pecuniã numeratã nõ eſſe, tamen propterea non audiatur, juxta ſententiã veriorẽ. Reſtat ultimũ genus obligationũ, earũ, quæ fiunt nudo conſenſu. Sunt n. quidam contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur,

ciuntur, & pariunt obligationem & actionẽ. Cujus generis quatuor ſunt ſpecies. *1.* Æmtio-venditio. *2.* Locacio-conductio. *3.* Socieatas. 4. Mandatum. Dicuntur perfici ſolo conſenſu, quoniam in ijs, quantum ad ſubſtantiam obligationis attinet, neque ſcriptura, nec verba, neque datio, ſive factum requiritur: ſed ſolo conſenſu, etiam inter abſentes, perficiuntur, & obligationem efficacem pariunt, propter negotium, atque *συνάλλαγμα* quod continent, itemque propter nomen & viciſſitudinem obligationis. Et in his contractibus, quantum ex æquo & bono viſum fuerit, judicis officium ſupplet. *t. t. de obligat. ex conſenſu. 23.*

Ponitur autem primo loco, contractus emtionis-venditionis. *t. d. emt. & vend. 24.* tum quod iſte ſit frequentiſſimus, tum quod maximè neceſſarius. *l. 1. de contrah. emt. l. 1. de rer. permut.*

Perficitur iſte contractus, ſimul atque convenerit de precio. *pr. h. t.*

Nam precium pertinet ad ſubſtantiam emtionis. *d. pr. verſ. precium autem.*

Cæteroqui perficitur ſolo conſenſu, ſine ſcriptura, niſi convenerit inter partes, de emtione-venditione in ſcripturam redigendâ. Tum enim prius non erit perfecta venditio, quàm inſtrumenta fuerint conſcripta, *d. pr. verſ. ſed hæc quidem.*

 Quæ

Quæ res operatur & hoc inter alia, quod emtione non perfectâ, liceat pœnitere; niſi quid arrharum nomine datum fuerit. *verſ. ita tamen. d. pr. Weſ. in Para. de emt, & vend. n. 9.* Debet autem precium eſſe certum. *§. ſed & 1. h. t.* & in numerata pecunia conſiſtere. Nam ſi conſiſtit in ſpecie, tunc contractus innominatus erit. *§. item precium. 2. h. t.* Cæterum emtione perfectâ periculum & commodum omne pertinet ad emtorem, etiam ante traditionem factam. *§. cum autem 3 h. t.* niſi dolus vel culpa venditoris intervenerit. *d. §. 3. verſ. quicquid enim.* Quia tamen iniquum videtur, ut venditor habeat actiones, & emtor periculum ſuſtinere cogatur, ideò conſtitutum eſt, ut venditor actiones emtori cedat & præſtet. *d. §. 3. verſ. utiq; tamen.* Neque verò purè ſolummodo, ſed etiam ſub conditione, venditio contrahi poteſt. *§. emtio. 4. h. t.*

Cujus diſtinctionis hic eſt effectus, quod emtionis puræ periculum pertineat ad emtorem; conditionalis autem ad venditorem. *l. neceſſariò. de peric. & com. rei vend. l. 5. C. eôd.* Subjicitur tandem de re, quæ emi-vendi poteſt. *§. loca ſacra f. h. t.* in quo dicitur inter alia, quod res, quæ non ſunt in commercio, quas tamen emtor in commercio putabat eſſe, ignoranter emens, contra venditorem agere poſsit ad intereſſe. Et id plerique ſic interpre-

interpretantur, quod venditur hoc caſu teneatur ad totale, ſive univerſum intereſſe. Et hæc de emtione-venditione.

Subjungitur emtioni contractus locationis & conductionis. *t.t.de locatione & conductione.* 25. Eſt enim locatio-conductio proxima emtioni-venditioni, ijſdemq; juris regulis conſiſtit. *pr. h. t.* Quippe quod & hæc perficiatur ſolo conſenſu, etſi permittatur arbitrio alieno, cenſeatur eodem jure cum emtione, & quod merces in locatione conſiſtat itidem in pecunia numerata. *§. 2. h.t.* itemque in utroque ſemper præſtetur dolus & culpa *§.conductor. 5. h t.* Quod in utroque contrahentibus liceat ſe circumvenire. *l. 26. §. f. ff. locati.* & quod conveniant alijs quoque modis.

Merces autem in hoc contractu præter conſenſum, & rem quæ locatur; certa, determinataque requiritur, usque adeò, ut ſi contrahentes, de ea poſtmodum determinanda, convenerint, non ſit locatio, ſed contractus innominatus, producens actionem præſcriptis verbis. *§. & quæ 1. h t.*

Quod etiam obtinet, ſi merces non conſiſtat in pecuniâ numeratâ, ſed oleum tibi, vel rem aliam inæſtimatam dem, ut mihi viciſſim des aliam rem uſurpandam. *d. §. præterea. 2. h. t.*

Tantam autem venditio cum locatione familiaritatem & affinitatem habet, ut nonnunquam vix diſcerni poſsint. *§. adeò. 3. h. t.* Contractus tamen emphyteuticus de jure novo ſingularis, eſt à venditione ſimul, & locatione diſtinctus. *d. §. adeo. 3. h. t.* In quo ſi de periculo quid pactum fuerit, id erit obſervandum; ſin minus, & pereat ager, domini periculo erit; ſi pars, periculum erit emphyteutæ, *juxta verſic. vulg.*:

Sed ſi pro parte, nullâ liberabitur arte. *d §. adeò. 3. & ibi gl. h. t.* Eſt etiam inter venditionem & locationem magna ſimilitudo, ratione materiæ, ex quâ quid fieri debet. Sed ita tamen commodè diſcerni poſſunt, ut ſi conventum fuerit, de annulo, vel re conficiendâ, ex materia artificis, id eſt, ut opifex materiam & operam præſtet, certo precio ſtatim conſtituto, cenſeatur emptio: Sin autem ut aliquid artifex operetur, ex mat[illegible], conductoris, mercede ſtatim conſtitutâ locationis contractus celebratus exiſtimetur. *§. item quæritur 4. h. t.*

Cæterùm in hoc contractu, quoniam eſt bonæ fidei, pacta, ſicut & alia, quæ veniunt ex naturâ contractus, ſervanda ſunt. Igitur uſuræ præſtabuntur, ex æquo & bono, licet nihil de eis cautum ſit. *§. conductor. 5. h. t.*

Præſta-

Præſtatur autem in hoc contractu dolus, & culpa; non tamen fortuitus caſus. *d.* §.5.*verſ.qui pro uſu.*& tranſit hic contractus ad conductoris heredem, ſi fortè moriatur intra tempora conductionis. *§.f h.t.* Tantùm de locatione-conductione.

Tertium locum obtinet Societas.*t.t.de Societate* 26. Magis enim convenit iſti contractui cum emtione & locatione, quàm mandato, quoniam in iſtis omnibus contractibus, uterque contrahentium ſentit lucrum; quod ſecus, ut plurimum, eſt in mandato. *l.1.§.mandatum.l.8.ff.mandati.*

Eſt autem ſocietas alia generalis omnium bonorum, alia ſpecialis certæ rei, vel negotiationis. *pr.h.t.* Et ipſius ſubſtantia conſiſtit in communione ſive participatione damni & lucri, ſi non aliud expreſsè ſit actum inter partes. *§.& quidem 1.h.t.*

Nam pacta inter ſocios appoſita quibus continetur, quod æquales debeant eſſe, lucri damnique partes, vel aliquantulum inæquales, valent.

Sin partes fiant prorſus inæquales, veluti, ſi convenerit, ut ad unum duntaxat lucrum, ad alterum damnum pertineat, talis conventio non valet. *§.de illa.2.h.t. l.29. §.1.ff.eod.*

Quæ verò pars in lucro damnovè definita eſt, eadem & in alterutro definita cenſetur, ſeu ut Turnon. ſummat, pars adjecta in lucro, tacitè videtur adjecta in damno, & è converſo. *§. illud. 3. h. t.* Hæc de ſocietate contrahendâ. Nunc ſubjicit Imper. quinque modos, quibus ea diſſolvitur. Atque ij ſunt. 1. Renunciatio, non malitioſa, ſed diſſenſus. Etenim in communione nemo cogitur invitus remanere. *§. manet. 4. h. t.* 2. Mors ſocij, tàm naturalis quàm civilis. *§. ſolvitur. 5. h. t.* 3. Si negotium finiatur, aut res pereat. *§. item. 6. h. t.* 4. Si bona ſocij publicentur. *§. publicatione. 7. h. t.* 5. Si ſocius bonis cedat. *§. item ſi quis. 8. h. t.* Refert quidem ibidem gloſſa duos alios etiam modos, nimirum interitum rei, de quo jam ante, & novationem, per ſtipulationem aut juramentum factam, ſed de ijs alio loco.

Planè præſtatur in hoc contractu bonæ fidei, dolus & culpa. Majorem tamen diligentiam, quàm qualem in ſuis rebus adhibet, ſocius præſtare non tenetur *§. f. h. t.*

Reſtat ultimus contractus, qui conſenſu perficitur, nempe mandatum, de quod *t. extat. de mandato. 27.* Proponuntur autem ſub eo modi, quibus mandatum contrahitur, itemque quibus tollitur. Mandatum contrahitur quinque modis. *pr. h. t.*

Man-

Mandantis tantum gratiâ. §. 1. tuâ gratiâ & mandantis. §. 2. alienâ tantum causâ. §. 3. ſuâ & alienâ. §. 4. tuâ & alienâ. §. 5. tua tantum gratia. §. 6. Valet autem mandatum omnibus modis contractum, excepto duntaxat eo casu, ſi fiat mandatarij causâ tantum. Hoc enim non eſt obligatorium, *d. pr. h. t. verſ. at ſi tua tantum.*, quia conſilium magis eſt, quam mandatum, niſi forte collatum ſit in perſonam certam & determinatam. *d. §. 6. verſ. cujus generis.* Non eſt etiam obligatorium mandatum rei turpis, aut ſi ſit contra bonos mores *§. illud quoq; 7. h. t.* ſcilicet, inter mandantem & mandatarium. Nam ſi quis mandet homicidium, & mandatarius id perficiat, obligatur uterque tertio cuidam, ſive Reipublicæ, quemadmodum *ibid. gl.* notat, & nos defendimus. *p. 1. diſp. 18. q. 17.* Porrò fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi. Quisquis enim mandati fines excedit, non id, quod mandatum eſt, ſed aliud facere videtur, & non poteſt agere mandati de eò quod exceſſit, quamvis utiliter geſſerit. *§. is qui. 8. h. t.* Et hæc de mandato contrahendo. Contractum verò diſſolvitur, ſi, re integrâ, revocetur. *§. rectè quoq; 9. h. t.* Vel mors alterutrius interveniat *§. item ſi. 10. h. t.* niſi fortè mandatarius, ignorans mortem mandantis, mandatum exequatur. Etſi verò

mandatum ſuſcipere, vel non, ab initio voluntatis, poſtea tamen id continuare, neceſſitatis eſt, niſi quis tempeſtivè renunciet, vel probabilem habeat excuſationis cauſam. *§. mandatum.* 11. *h. t.* Poteſt autem fieri mandatum, vel purè, vel in diem, vel ſub conditione. *§. mandatum.* 12. *h. t.* Et in ſummâ ſciendum eſt, mandatum de ſuâ natura gratuitum eſſe. Nam ſi merces interveniat, tranſit in aliam ſpeciem contractus. *§. f. h. t.*

Expoſitis huc usq; contractuum generibus quatuor, conſequens eſt, ut de quaſi contractibus explicetur. Sunt autem juxta vulgarem opinionem quinq; quaſi contractus. qui recenſentur. *ſub t. de obligat. quæ qu. ex contr naſc.* 28. Dicuntur quaſi contractus, quia propriè non naſcũtur ex contractu. *pr. h. t.* Primus eſt Negotiorum geſtio. Quando nempe ſine mandato, alicujus negotia geruntur. Tunc enim competit actio negot. geſt. directa quidem domino contra geſtorem, ut reddat rationem adminiſtrationis ſuæ. Quâ conveniri poteſt ad omne damnũ, atq; ita de dolo, culpâ latâ, levi & leviſſimâ, ſicut nos opinamur. Contraria vero geſtori, adverſus dominum, ad repetendum, quicquid eo nomine ipſi abeſt, vel abfuturum eſt. *§. 1. h. t.* Alter quaſi contractus eſt, Adminiſtratio tutelæ. Ex quo pariter duplex actio naſcitur, directa & contraria. Directa datur pupillo finitâ tutelâ, contra tutorem, ad reddendam

dendam rationem adminiſtrationis ſuæ, in qua venit dolus, & culpa, non tamen leviſſima, juxta meam ſententiam. Contraria tutori datur officio finito, contra pupillum, ad conſequendum ea, quæ fortaſſis impendit, aut aliâs ipſi debentur. §. *tutores.* 2. *b. t. l.* 5 §. *tutela. de O. & A. t. t. de tutel. & ration. diſtrah. t. t. de contrar. tutel. & util. act.* Tertius quaſi contractus eſt Communio, quæ fit ſine conventione ſocietatis, vel ex neceſſitate, vel fortuitò, veluti ſi res una duobus legata ſit, vel donata, vel emta. Tenetur enim alter alteri, judicio communi dividundo, adverſus eum, qui vel proſus negat diviſionem, vel non juſtè dividere vult, ad hoc, ut res rectè dividatur, vel utiq; præſtanda præſtentur. §. *item.* 3. *b. t. & t. t. ff. & C. com. divid.* Jdem juris eſt de eo, qui coheredi familiæ erciſcundæ judicio tenetur, propter communionem, quæ eſt in rebus hereditarijs, ſine ſocietate. §. *idem juris.* 4. *b. t.* Competit autem hæc actio coheredibus, adverſus coheredes, denegantes diviſionem, ad hoc ut res hereditariæ dividantur, & perſo alia præſtentur. *d.* §. 4. *b. t. & t. t. ff. & C. fam. erciſc.* Quartus quaſi contractꝰ eſt Aditio hereditatis. Nam heres hereditatem adeundo dicitur qu. contrahere cum legatarijs, datur igitur actio ex teſtam. ijs, quibus aliquid in eo relictum eſt, adverſꝰ heredē, ſi defuncti voluntatē agnoverint, ad legata & fideicommiſſa præſtanda, tradendamq; poſſeſſionem eorum. §. *heres.* 5. *b. t.*

Quin-

Quintus qu. contractus eſt indebiti ſolutio, de quo ſuperius dictum *ad t. quib. mod. re contrab. obligatio & extat in §. item is cui. 6. h. t.* Ex quibuſdam tamen cauſis repeti non poteſt, ſi quid indebitum per errorem ſolutum ſit, ſicut fit in ijs, quæ negando creſcant, utpote in actione Legis Aquil, nec non petitione pij legati fieri conſuevit. *§. f. h. t.*

Hactenus Imperator declaravit naturam & proprietates obligationum tàm ex vero, quam quaſi contractu deſcendentiũ. Nunc ſubijcit, per quas perſonas, univerſim & communiter, nobis obligatio ex contractibus vel quaſi deſcendens, acquiratur. *t. t. per quas perſ. nob. oblig. acquir. 29.* Acquiritur verò nobis obligatio non ſolum per noſmet ipſos, ſed etiam per ſervos & filios noſtros in poteſtate conſtitutos, & per ſervos quidem omnis in totum obligatio, per filios autem uſusfructus adventitiorum tantum, proprietate penes ipſos liberos manente. *pr. h t. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* Poteſt tamen pater actionem ex obligatione natam inſtituere. *d. pr. verſ. ſcil. patre. l. f. C. de bon. quæ liber.* Neque vero per eos modò, qui poteſtati noſtræ ſubjecti ſunt, ſed etiam per liberos homines, & ſervos alienos, bonâ tamen fide poſſeſſos, nobis acquiritur obligatio, ſed tantum ex duabus cauſis, ſcil. ſi quid ex re noſtra, vel operis ſuis acquirant. §. *item. 1. h. t.*

h.t. Quod in fructuario quoque ſervatur. *§.per eum.2. h.t.*

Sanè communis ſervus dominis ſuis pro parte dominicâ duntaxat, & non æqualiter acquirit, niſi fortaſſis uni nominatim, vel unius juſſu fuerit ſtipulatus, tunc enim illi tantum acquirit. *§.f.h.t.* Et hæc de obligatione conſtituendâ.

Subjungitur nunc, quibus modis tollitur obligatio. *t.ultim.* Exponuntur autem ſub eo quatuor potiſſimum obligationis tollendæ modi, nempè. 1. Solutio. 2. Acceptilatio. 3. Novatio. 4. Contraria voluntas.

Nam ſi ſolvatur quod debetur, vel aliud pro eo, creditore conſentiente, tollitur obligatio, ſive quis ipſe vel alius pro ipſo ſolvat, adeò quidem, ut etiamſi ſolutio fiat abſque mandato, nihilominus obligatio perimatur, debitore quoque vel ignorante vel invito. *pr.h.t.* Tollit autem obligationem ſolutio re ipsâ, & eſt iſte modus naturalis, & ad omnes obligationes tollendas, valet. *t.t.de ſolut.* & *ibi.Weſ.* Unde non immeritò reliquis præfertur; & ſolutio principalis liberat fidejuſſorem, & è contra. *d.pr.verſ. item ſi Reus.*

Alter obligationis tollendæ modus eſt acceptilatio, nimir. imaginaria quædam ſolutio. Nec enim ſolum verâ ſolutione, ſed & fictâ tollitur obligatio verborum, per

accepti-

acceptilationem. *§. item. 1. h. t. t.t. de acceptilat.* Quæ fieri poteſt non tantum latinis, verum etiam græcis verbis, & alia quacunque linguâ. *d. §. 1. verſ. ſed & græcè.* & pro debiti quoq; parte volenti creditori. *verſ. ſicut autem d. §.* 1. Poſſunt tamen cæteræ quoq; obligationes acceptilatione tolli, ſi noventur, aut deducantur in ſtipulationem, quæ dicitur Aquiliana. *§. eſt autem. 2. h. t.* De qua late Barnab. Briſon. *lib. 2 de ſolution.* Tertius modus eſt Novatio. *§. præterea. 3. h. t. t. t. ff. & C. de novat.* Olim autem novatio fiebat interventu novæ perſonæ, quamvis naturaliter tantum eſſet obligata; item novæ rei interventu, veluti ſi conditio, dies, aut fidejuſſor, adjiceretur, & tandem ſi conſtaret de animo contrahentium. Sed hodiè non fit novatio, niſi ſpecialiter & expreſsè convenerit, inter contrahentes. *d. §. 3. verſ. ſed cum hoc. l. f. C. de novat.* & quanquam conjecturæ veroſimiles adſint, tamen non, & ne quidem exceptionis ope ſuſtinetur. *diſp. 19. q. 13.* Ultimus modus eſt Contraria voluntas, ſive diſsenſus; quo tamen, iſtæ duntaxat obligationes, quæ conſenſu conſtant, rebus integris, tolluntur. *§. f. h. t.*

LIBER IV.

Expoſitum hucusque fuit, de obligationibus ex contractu & qu. contractu; poſthac

hac dicendum erit de obligationibus, quæ ex delicto, vel quaſi, naſcuntur. Omne verò delictum, vel publicum eſt, vel privatum. De publico ſuo loco. De privatis delictis tractatur *lib. 4. t. 1. 2. 3. & 4.* Cujuſmodi ſunt. 1. Furtum, de quo *t. 1.* qui conceptus eſt generaliter de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur, ſed in ſpecie tractat de furto. 2. Rapina, de quâ *t. de vi bonor. rapt.* 2. 3. Damnum. *t. de L. Aquil.* 3. 4. Injuria. *t. de injuriis.* 4.

Omnes autem obligationes iſtæ, naſcuntur ex re, id eſt, ex ipſo maleficio, ſive delicto. *pr. d. t. de oblig. quæ ex del. naſc.* 1. Præmittitur autem reliquis furtum, quoniam eſt frequentiſſimum & antiquiſſimum, Legi XII. tabb. cognitum, prohibitum etiam jure divino & apud Græcos & alias pleraſq; gentes; Et definitur quod ſit contrectatio fraudulosa rei alienæ, lucri faciendi gratiâ. §. 1. *h. t.* dictum à furvo, id eſt, nigro, quod clàm & nocte plerunq; fiat, vel à fraude, vel à ferendo, vel à græco ſermone, quod φῶρας appellant fures. §. 2. *h. t. l. 1. De furt.* Et dividitur in duo genera, manifeſtum, & nec manifeſtum. §. *furtorum.* 3. *h. t.* Manifeſtus fur eſt, qui in ipſo facto ſeu furto deprehenditur, vel poſt factum, in loco furti; vel etiam extra locum furti, cum re furtivâ, *d. §. 3. verſ. manifeſtus fur.*

Non

Non manifeſtus fur, eſt iſti contrarius, nempè quando non deprehenditur, antequam in ædes ſuas, vel alioqui deſtinatum locum, intulerit res furtivas; vel ut Dd. loquuntur, qui rem ad deſtinatum locum portaverit, antequam cum ipsâ fuerit deprehenſus. *d.* §. 3. *verſ. nec manifeſtum.* Eſt etiam furtum aliud diurnum, aliud nocturnum. *l.* 54. §. 2. *de furt.* & diurnum mitius punitur. *l.* 1. & 2. *de furib. balnear.* Nam nox aggravat & exaſperat delictum. *l. Grachus.* 4. *C. ad L. Jul. de adulter.* Habebant veteres, etiam alias furtorum ſpecies, veluti conceptum, oblatum, prohibitum, & non exhibitum. Sed erant potius actiones furto cohærentes. *d.* §. 3. *verſ. nam conceptum;* easq; tandem ſuſtulit Imp. Juſtin. & hodie qui rem furtivam ſciens ſucceperit, furti nec manifeſti tenetur. §. *conceptum.* 4. *h. t.* Cæterum fur manifeſtus quadruplo puniebatur, non manifeſtus duplo. §. *pæna.* 5. *h. t.* Graviora namque delicta judicantur, quæ fiunt apertè, quàm quæ ſecretò; propter ſcandalum & exemplum, & propter delinquentis impudentiam majorem. *l.* 2. §. *in re depoſitâ. de vi bonor. rapt.* Neque verò ſolum is furtum committit, qui rem aufert, ſed & quisquis invito domino rem alio modo contrectat, veluti ſi creditor, re ſibi pignori datâ, vel depoſitarius re apud ſe depoſitâ, utatur. §. *furtũ.* 6. *h. t.*

Com-

Commodatarius attamen tum demum furti tenetur, ſi ſciat ſe facere invito domino, commodatam rem ad alium uſum uſurpando, ſeu, quemadmodum Dd. loquuntur, ſi putet dominum permiſſurum non eſſe, quod eâ ſic uteretur: Quod ſi vel verè, vel probabiliter credat, ſe domino permittente commodato uti, furti non tenetur. *§. placuit tamen. 7. h. t.*

Nam propoſitum, & voluntas delinquentis, maleficia diſtinguit. *l. 38. §. 2. l. 53. l. 76. de furt.* Sanè ſi commodatarius rem ſibi commodatam dolo contrectet, opinione quod invito domino faciat; cum tamen dominus velit, & conſentiat, licet furtum fiat. *l. 46. §. pen. de furt.* actio tamen furti locum non habet. *§. ſed etſi 8. h. t.* Is verò qui patitur, aut mandat ſervo ſuo, cui quis furandi conſilium dederat, ut rem ſuam quaſi furtum ad eum deferat, & furti, atque ſervi corrupti actionem, adverſus conſulentem, ſive ſolicitatorem, habet. *d. §. 8. verſ. unde illud quaſitum.* Cujus rei ratio redditur, ut malum ſollicitatoris conſilium puniatur, & quia dũtaxat hactenus cõſenſit dominus, ut is in furto deprehenderetur, & coerceretur propter exemplum, ne facilè ſervi corrumperentur. *verſ. licet enim d. §. 8.* Furtum etiam committit, & actione furti conveniri poteſt, qui liberum hominem in poteſtate

conſtitutum, puta patri filium, ſurripit. *§. interdum.9.h.t.* Si verò liber homo nullius poteſtati ſubjectus, ſurripiatur, propriè quidem furtum non eſt, pro furto tamen habetur, & Plagium appellatur. *t.t.ff.ad L.Fab.de plagiar.*

Sed & ſuæ rei furtum interdum quodammodo fieri poteſt, videlicet, quando debitor, pignus creditori ſuo datum ſubtrahit. Committitur enim furtum ratione poſſeſſionis, & alterius juris. *§.aliquando. 10. h.t.* Js quoque, cujus ope & conſilio furtum factum eſt, qualis eſt, qui tibi nummos excuſſit, ut alius eos raperet; vel ſi tibi quis obſtitit, quo minus furem apprehenderes, aut ſi boves tuos fugavit, ut alius eos acciperet, item qui ſcalas feneſtris ſupponit, aut ferramenta, ſciens, commodat ad effringendum: vel oſtium effringit, ut alius furtum faciat, furti tenetur. §. *interdum.* 11.*h.t.*

Non tamen is, qui tantum conſilium dedit, juxta ſententiam, quam nos putamus veriorem. *d.§.11.h.t.& p.1.tract.noſtr.diſp f.q. 5.& diſp.publ.decad.13 q. 6.*

Porrò ſervi dominis, & liberi parentibus, quando quid ſubtrahunt, furtum quidem committunt, ſed furti tamen actio non naſcitur. *§.hi qui.12.h.t.*

Nulla quippe lis eſſe nobis poteſt, cum eo, quem in poteſtate habemus. *l. lis nulla.* 4.

ff.de

ff. d. judic. Hi tamen, quorum ope furtum fecerunt, furti tenentur. *d. §. 12.*

Quemadmodum & hodierno jure, famuli, reliquique, qui nobis officia præſtant in domo, conveniri poſſunt, præſertim ſi delicta ſint graviora. *arg. §. item L. Julia. 9. & ibi Weſenb. de publ. jud. Elect. conſt. p. 4. c.* von Vertrauten guth. *41. §. & ibi Dan. Moller. Harprecht. ad h. §. n. 10.*

Porrò datur actio furti ei cujus intereſt, rem non eſſe ſurreptam, licet dominus non ſit, ideoque Creditori quoque competit, pro re ſibi pignoratâ ſubtractâ, contra dominum ipſum ſurripientem. *§. furti. 13. & §. unde 14. h. t.* Et fulloni propter veſtimenta ſubtracta. *§. item ſi fullo. 15. h. t.*

Nam qui rei alienæ cuſtodiam præſtare tenetur, ſicut eſt fullo, vel ſarcinator, qui rem poliendam aut ſarciendam ſuſceperit, cum ipſe domino teneatur, ex locato: vel in totum, ſi ſolvere poteſt, vel ut actionem furti præſtet, ut furti viciſſim adverſus furem agere poſſit, Juri cõveniens eſt. *d. §. item ſi fullo. 15. h. t.*

Idem eſt in bonæfidei emtore. Huic enim ſi res, quam à non domino bonâ fide emit, & poſſidet, auferatur, licet dominus non ſit, nihilominus actio furti

Digitized by Google

comperit, omnimodo, id eſt, ſive ſolvendo fuerit, vel non, quoniam intereſt ipſius, rem ſibi non eſſe ſurreptam propter conditionem uſucapionis. *d. §. 15. verſ. ſed & bonæfidei emtori.* Commodatario quoque, cum ejus interſit, rem commodatam eſſe ſalvam, actio furti meritò datur. *§. quæ de fullone. 16. h. t.* Tenetur enim ipſe de culpâ. *§. item 15. ſupra quib. mod. re contrah. oblig.* Sed jure novo, domino tribuitur actio furti, ſi tamen eâ velit uti, & habet electionem, ut agat vel contra commodatarium, vel contra furem. Ubi tamen unam viam elegerit, non habet ad alteram regreſſum, *d. §. 16. & l. f. C. de furt.* Sane depoſitario, re depoſitâ ſubtractâ, non datur actio furti, quoniam ipſius nihil intereſt, num depoſita res eripiatur. Nec enim ob rem amiſſam furto, depoſitarius tenetur. *§. ſed u. 17. h. t.* An autem impubes rem alienam ſubtrahendo furtum faciat? dubitatum fuit, ſed placuit tandem, quod furtum non faciat, nec teneatur actione furti, niſi pubertate proximus ſit, aut doli capax. Nam furtum non fit ſine dolo malo. *§. in ſumma. 18. h. t.* Quisnam autem dicatur pubertati proximus, tractat ibidem *gl.* & alibi diſputatur. Planè actio furti merè pœnalis eſt, ſive quis in duplum, aut in quadruplum agat. Datur enim ut Turnon loquitur, ad pœnam tantùm: ſed condictio furti-

va,

va, ſicut & rei vindicatio, datur ad rem; & vindicatio quidem adverſus quemlibet poſſeſſorem, condictio verò furtiva contra furem, vel ejus heredem, ſive poſſideat, vel non *§ f.h.t.*

Furto non abſimilis, niſi quod deterior, eſt Rapina. Quà de causâ, non immeritò præcedenti ſubjicitur *t.de vi bonor. raptor. 2.* cum quo concordat *t.8.lib.47.ff.& t.33.l.b.9.C.* Competit autem ob rapinam actio intra annum quidem quadrupli, poſt annum verò ſimpli, contra dolo malo rapientem. Etenim actiones prætoriæ ſunt annuæ *t.t.infr.de perpet.& temp.act.* Et raptor non tantum actione vi bonorum raptorum, verum etiam actione furti, manifeſti quoque, tenetur. *pr.h.t.& p 1.tract.noſtr.diſp.ult q 7.* Eſt enim raptor fur improbior. *l.2.§.cæterùm. ff. h. t.* Ineſt autem in iſto quadruplo, quod annum intra petitur, ſimplum, & in eo res continetur. Nam ut noſtri loquuntur, verum rei precium quadruplatur; ut in effectu, pœna p tius tripli ſit, quam quadrupli; Nec diſtinguitur ſitne raptus manifeſtus, aut nec manifeſtus. *d.pr h.t.verſ.quadruplum autẽ.* Quanquam enim in actione furti perſequimur duplum vel quadruplum; actione vi bonorum raptorum triplum tantum in effectu, id tamen ita ſancitum eſt, ob eam rationem, quia multis aliis, & pluribus actionibus,

nibus, ijsque plurimum pœnalibus, implicatus eſt raptor, quam fur, & ijs omnibus pœnalibus. Jnconveniens igitur non eſt, ex actionibus iſtis, in una raptorem alleviari dicit Zaſius *ad §. ex maleficijs. J. de A.* Cæterùm, etſi priſco tempore, de vi bonorum raptorum actio daretur adverſus eum ſolummodo, qui dolo rapuiſſet; & in errore juris conſtitutus, eâ non teneretur; unde non adverſus impuberem hæc actio, ſicut nec furti, datur: attamen, ne feneſtra malitijs aperiretur, novâ conſtitutione per Jmper. introductâ ſancitum eſt, quod ſi rapiens rei raptæ dominus eſſet, dominio privaretur, & rem reſtituere cogeretur: Sin verò res aliena fuerit, eam & ſimul æſtimationem eius juxta, præſtare compelleretur, ſive mobilis res ſit, aut immobilis, aut etiã incorporalis, ut ſunt ſervitutes. §. *ita tamen. 1. h. t.* Nemini namque licet, rem ſuam à poſſeſſore per vim auferre. *l. non eſt ſingulis. 136. de R. J. Cic. pro Cecin. §. recuperandæ. Jnſt. de interdict.* Quæ tamen conſtitutio, trahenda non eſt ad ruſticos, mulieres, milites & ſimiles, quibus propter juris errorem privilegium ſpecialiter eſt indultum.

Porrò datur hæc actio non domino duntaxat, ſed omni, cuius intereſt, rem per vim ablatam non eſſe.

Quare

Quare competit & conductori, commodatario, creditori, bonæ fidei poſſeſſori, fructuario, nonnunquam etiam depoſitario, nec non omnibus, quorum intereſt, rem per vim non auferri. *§. f. h. t.*

Tertio loco tractatur & explicatur, actio dãni injuriâ dati, ſive Legis Aquiliæ *t. t. de L. Aquil.* 3. Cujus primo capite de ſervo & quadrupede alterius, quæ pecudum numero continetur, occiſis, agebatur. *pr. h. t.* Quænam verò pecudum numero ſint, quævè gregatim paſci dicantur, tractatur, *§. 1.* Requiritur autem ut occidat injuriâ, quem quis convenire vult. Nam inſidiatorem, aut alium aliquem, caſu fortaſſis, ſi quis occidat, non tenetur. *§. 2. & 3. b. t.*

Cui verò culpa vel imperitia poteſt imputari, is ex injuriâ dicitur occidere, & tenetur hac lege. *d. §. 3.*

Hinc ſi miles, dum in loco conſueto, bombardâ ſe exercuit, ſervum alicujus tranſeuntem occiderit, non tenetur: Si verò miles alio loco, vel alius id fecerit, culpæ reus erit, *§. 4. h. t.*

Jtemq; ſi putator arborẽ prope viã publicam dejecerit, & hominem prætereuntem occiderit, extra culpam eſt, & Lege Aquiliâ conveniri non poteſt, modò clamaverit in tempore, quo periculum potuerit evitari:

Si putabat ſeorſim à viâ, quoniam extraneus ibi injuſtè verſabatur, non tenetur. *§.item ſi putator.5.h.t.* Medicus etiam & Chirurgus, hominem imperitè curans, aut derelinquens, eſt in culpâ, & ex L. Aquil. tenetur, ad æſtimationem ſervi, quanti plurimi valuit intra annum. *§. præterea. 6. & §. imperitia.7.h.t.* Imputatur enim ei, quicquid per imperitiam aut negligentiam commiſit. *l.6.§.ſi uti. de offic. præſid.* Animalis quoque ductor, velut eques, aut mulio, ſi propter imbecillitatem, aut imperitiam, damnum dederit, Lege Aquil. tenetur. *§.impetu.8.h.t.* Cæterùm tenetur hoc caſu reus de occiſo, quãti eo anno plurimi fuerit; quâ clauſulâ, non ipſa ſimplex damni æſtimatio, ſed major, quanti (ſcil. iſto anno) fuerit, continetur. Et quoniam hæc actio pœnalis eſt, in heredem non datur. *§.his autem verbis.9.h.t.*

Neque vero tantùm occiſi ſervi, vel animantis, æſtimatio petitur hac actione, ſed eius etiam damni, quod propter illius interitum accidit, & eius etiam quod intereſt, ratio habetur. §.*illud.10. h. t.*

Et pro ſervo qui dolo fuit occiſus, competit domino tàm civilis actio Legis Aquil. quàm ex L. Cornel. de ſicar. accuſatio criminalis. §.*liberum.11. h. t.*

Caput

Caput ſecundum L. Aquil. non eſt in uſu; videtur tamen fuiſſe de eo, ſi quædam utilitas nobis fuerit intercepta. *§. caput ſecundum. 12 h.t. Plin. lib. 9. c. 59.* Ex tertiò capite punitur omne damnum aliud, dolo, vel culpâ, commiſſum, exceptâ morte ſervi, vel quadrupedis numero pecudum contentæ.

Etenim primum caput eſt de ſervo & pecude occiſis; tertium eſt de ſervo & pecude vulneratis, & de non pecude occiſâ vel vulneratâ, de reliquis etiam animalibus occiſis, vel vulneratis, item de ſuppellectile, frumento, vino, libris, & ſimilibus rebus inanimatis fractis, combuſtis, ruptis &c. Punitur autem reus, quanti plurimi res valuit, proximis triginta diebus. *§. capite tertio. 13. & duob ſeqq. h. t.* Differunt autem in jure actiones ex Lege Aquil. competentes directæ & utiles; nam directa Legis Aquil. actio tùm competit, cum damnum corpore, corpori datur: Utilis locum habet, cum damnũ corpori quidem datur, ſed non à corpore, vel ut alij ſummant, ubi datur damnum de corpore in corpus, habet locum actio Leg. Aquil. directa, ſed ubi non de corpore in corpus, habet locum actio in fact. ſubſidiaria, ita ſummat Johan. Turnon. *§. f. h. t.*

Quartum delictum ad famam potius, & exiſtimationem, quàm rem familiarem

 pertinet,

pertinet. Etenim quoniam honeſti viri vitam & famam æquiparant, & eodem loco cenſent, & exiſtimationis jactura quâm vitæ gravior videtur, idcircò proditæ ſunt de injurijs actiones. *t. t. de injurijs.* 4. *& t. t. ff. & C. de injur. & famoſ. libel.* Dicitur autem injuria generaliter, quod nō jure fit, & complectitur in ſpecie contumeliam, culpam, & iniquitatem, aut injuſtitiam. *pr. h. t.* Agitur vero ſub eo, de injuria, quæ fit contumeliæ cauſa, id eſt, contra famam alicujus, exiſtimationem & dignitatem. *l. 1. in pr. de injur.* Nec enim re ſolùm committitur injuria, ſed etiam verbis & ſcriptis. Et injuriam committit, non ſolum, qui eam facit, ſed & is cujus inſtinctu vel dolo fit. *§. 1. h. t.* Nec intereſt, nobis, uxori, vel liberis injuria fiat. *§. 2. h. t.* Sed pro injuria marito factâ, non agit uxor. *d. §. 2. verſ. f.* Jn ſervis diſtinguitur, ſintne proprij, communes, vel tantum fructuarij, Jtem ſitne levis injuria, vel atrox, & cujus intuitu, domininè vel ſervi fuerit illata. Pro atroci injuriâ ſervo factâ, dominus agere poteſt: pro levi tùm demum, ſi fuerit in ejus contumeliam facta. Jnjuriam communi ſervo factam æſtimare nonnulli ſolent, ratione perſonæ dominorum. Pro injuria fructuario factâ, proprietarius agit, & non fructuarius, niſi fortaſſis in ejus contumeliam redundet, quemadmodum

dum & pro injuria, quæ libero homini, vel alieno ſervo, bonâ fide poſſeſſo, tùm demum bonæ fidei poſſeſſor actionem habet, ſi poſſit allegare, ſibi contumeliam factã eſſe. §. *3.4.5.6.b.t.* Cæterum injuriam inferens, hodiè judicis arbitrio punitur, pro circumſtantijs perſonarum, loci, temporis, & atrocitate facti. §. *7. 8. 9. b. t.* Civiliter quidem, quanti paſſus injuriam, æſtimaverit, vel minoris, prout judici viſum erit: criminaliter autem extraordinariâ pœnà. §. *10. b. t.* Quod Electorali Saxon. quoque Conſtitutioni conſonum eſt. *p.4. concl.42.* Tenetur autem injuriarum actione, non ſolum, is qui fecit, ſed & qui dolo curavit, aut mandavit, ut fieret, quod ſupra dictum, & amplius probatur *in §. non ſolum. 11. b. t.* Planè tollitur, & aboletur hæc actio, diſſimulatione. *§. f. b. t.* & aliis quibusdam modis, de quibus ibidem interpretes: & remiſsâ ſemel, per pœnitentiam reſuſcitari nequit. *d. §. f. circa. f. b. t.* Huc usq; de obligationibus ex delicto.

Sequitur *t. de oblig. quæ ex qu. del. naſc.* 5. Afferuntur autem tria quaſi delicta; *1.* Iudicis malè judicantis, & litem ſuam facientis. Nam judex per imperitiam malè judicans, obligatur ex quaſi delicto, & condemnatur, quantum æquum viſum fuerit judicanti. *pr. iſto t.*

2. Quaſi

2. Quaſi delictum committere cenſetur, dominum inhabitans, ex cujus cœnaculo dejectum aliquid, vel effuſum fuerit, unde alteri noceretur. *§. item is. 1. h. t.* Si tamen ex domo filij ſeorſim à patre habitantis dejectum aliquid aut effuſum fuerit, non pater ſed filius tenetur. *§. 2. h. t.* 3. Quaſi delictum eſt de damno aut furto in nave, cauponâ & ſtabulo facto, propter quod Exercitor in factum actione (quæ tamen in heredem non competit) conveniri poteſt, *§. f. h. t.* Tantum de perſonis & rebus.

DE ACTIONIBUS.

Totum jus noſtrum in eo conſiſtit, ut ſciamus quidnam ſuum cujusque ſit, & deinde, quomodo debeam9 id ipſum obtinere. Fuit autem hactenus de jure cujusque, tàm circa perſonas, quàm circa res tractatum. Supereſt, ut de actionibus tertio juris objecto, loquamur, *tit. de act. 6. lib. 4.* Eſt autem actio ab agendo ſic dicta, nihil aliud, quàm jus in judicio perſequendi, quod ſibi debetur. *pr. h. t. l. nihil aliud. 51. de O. & A.* Nulli namque privatim jus ſibi dicere licet, ſed magiſtratus auxilium eſt implorandum, & juſtè jus perſequendum. *l. extat. 13. ff. quod met. cauſa. l. pen. & ult. ff. ad L. Jul. de vi publ. l. ſi quis. C. undi vi l. nullus. C. de Judæis. l. 176. R. J.*

Propo-

Proponuntur autem ſub hoc tit. diviſiones aliquot actionum, & primo quidem loco, ab objecto ſive materia, quod actiones vel in rem ſint, vel in perſonam. *§. 1. h. t.* Nos mixtas adijcere ſolemus, opinantes, etſi Docti viri diſſentiant, actiones aliquas eſſe, quæ mixtam cauſam habeant tàm in rem, quàm in perſonam. *§. 20. h. t.* Formula realis actionis, quando quis rem immobilem peteret, talis circiter apud Romanos erat: Fundus qui eſt in agro qui Sabinus vocatur, meus eſt, eum ego ex jure Quiritiũ meum eſſe ajo, ibi ego te ex manu conſertum voco. Realis mobilis ita circiter: Hanc ego rem ex jure Quiritium meam eſſe ajo. Formula perſonalis actionis erat: ajo te mihi dare aut facere oportere. *Coraſ. in l. 2. §. deinde 3. de O. J. & Carol. Sigon. in formulis.* Appellantur perſonales actiones nomine ſingulari, Condictiones. Reales vero Vindicationes. *§. appellamus. 15. h. t.* Neque vero ſolùm res corporales exiſtunt, ſed etiam incorporales, pro quibus defendendis duæ actiones ſunt proditæ. Confeſſoria & Negatoria. *§. æquè ſi agat. 2. h. t.* Confeſſoria datur ei, qui ſibi ſervitu-

tem

tem competere contendit, adverſus eos, qui liberū ſervitutis uſum prohibendo, nobis eam quaſi ſubtrahere videntur. *l. 2. §. 1. l. 4. §. ſi fundo. l. etſi. §. etiam. & t. t. ff. ſi ſervit. vind.* Negatoria domino prædij competit, adverſus omnes, qui prædij libertatem inquietando detinent. *d. l. 2. §. 1. d. l. 4. §. competit. l. 5. 8. §. 5. & ſeqq. ff. eod.* Altera diviſio eſt ab efficiente cauſa, quod Actiones quædam ex legibus & jur. Civ. deſcendant, aliæ Prætoriæ ſint. *§. ſed iſte quidem. 3. h. t.* Veluti Publiciana, quæ quaſi domino vel ei datur, qui à non domino, quem dominum credebat, emit, aut alio juſto titulo rem aliquam conſecutus eſt, ſi fortaſſis ejus poſſeſſionem caſu amiſerit; adverſus quemvis detentorem titulum non habentem. *§. namq; ſi cui. 4. J. h. t.* Item Reſciſſoria; quæ priſtino rei domino competit, adverſus eum qui poſſidet, & in rem eſſe dicitur, & uſucapione reſciſsâ, locum habet intra annum; in qua petit ſibi rem reſtitui, propterea quod ſua ſit, & poſſeſſor eam nondum uſuceperit, quippe, quod ipſe captivus, vel abſens Reipublicæ cauſa fuerit. *§. rurſus. 5. h. t.*

Item Hypothecaria, de prætorio pignore, non perſonalis illa Pauliana, ſicut Dd. opinantur, ſed realis, quæ tractatur. *in §. item ſi quis in fraudem. 6. h. t. & l. fin. C. de prætor. pign.*

pign & competit creditoribus, prætorium pignus habentibus, adverſus omnem poſſeſſorem; in qua pignus iſtud prætorium petitur ſub prætenſione, quaſi nunquam alij ſit traditum, & ob id manſerit in bonis debitoris. §. *item ſi quis*. 6. *J. h. t.* Et tandem de pignore conventionali, Serviana & quaſi Serviana. §. *item ſerviana & qu. ſerviana*. 7. *h. t.* Quarum illa domino, qui locavit, competit, adverſus colonum quemcunque, de rebus, quæ pro mercedibus, vel de deterioratione fundi ſibi jure pignoris tenentur. Quaſi, vel utilis Serviana creditori competit adverſus omnem qui pignus poſſidet. Quâ perſequitur res debitoris, expreſse vel tacitè ſibi hypothecatas. *d.* §. 7. *h. t.* Et hæ ſunt actiones Prætoriæ Reales.

Quod enim in hunc ordinem, Præjudiciales actiones, aliqui referunt, erroneum eſt. Sunt enim actiones potius perſonales, & rectè relatæ. *ſub §. præjudiciales*, 13. *h. t.*

Cæterum ſunt etiam Prætoriæ quædam actiones in perſonam, eæque vel rei perſecutoriæ, vel pœnales. Illius generis referuntur hic tres potiſſimum, veluti. 1. De conſtituta pecunia. 2. De peculio. 3. Et ea quæ deſcendit ex jurejurando. §. *in perſonam*. 8. *h. t.*

Actio

Actio conſtitutoria ſive de pecunia conſtituta competit ei, cui quis, quod vel pro ſe, vel pro alio ſolvere velit, citra ſtipulationem promiſit & conſtituit. *§. de conſtituta. 9. h. t. t. t. ff. de pec. conſt.*
Actio vero de peculio competit ei, qui contraxit cum filiofam. vel ſervo; in re peculiari, adverſus patrem vel dominum, quatenus eſt in peculio. *§. actiones autem de peculio. 10. h. t. l. 3. §. ſed ſi filiusfam. ff. de pecul.* Actio juratoria competit ei, qui juravit ſibi deberi, adverſus eum, qui juramentum ipſi detulit, qua quis, ex jurejurando legitimè præſtito, quod ſibi debetur, id ipſum adjudicari petit. *§. item ſi quis. 11. h. t. l. 9. §. fin. l. 17. l. 26. in fin. de jurejurand.* Nam in hac actione non attenditur, an reverâ debeatur, ſed id duntaxat, an ſit juratum. *d. §. 11. circa fin.*

Pœnales quoque actiones Prætor multas introduxit, ut puta. 1. Popularem, adverſus eum, qui Prætoris album (perpetuæ jurisdictionis causâ propoſitum) corrupit, in aureos 500. vel ut alij legunt 50. *l. 7. & ſeqq. de jurisd.* Jtem adverſus eum, qui ſine veniâ impetratâ, parentem aut patronum in jus vocavit, in aureos 50. *d. §. pœnales. l. 4. & ſeqq. l. pen. de in jus voc.* Et in illum, qui in jus vocatum exemit, aut eximi dolo curavit, *d. §. pœnales.* Jn qua actione peti non poteſt, quod in veritate damnum datum

tum eſt, ſed quanti ea res, ab actore fuerit æſtimata; ſive quantum juraverit in litem. *l. 1. l. pen. & t.t. ne quis eum qui in jus vocabitur vi eximat.* Introduxit etiam alias innumerabiles, ut loquitur Imperator *in d. §. pœnales. 12. circa fin.*

Præjudiciales quoque actiones, quæ non reales, ſed perſonales ſunt, ex jurisdictione Prætoris ſubſtantiam capiunt. *§. præjudiciales. 13. h. t.*

Sunt autem eæ, quibus de ſtatu alicuius diſceptatur, veluti, de libertate, quando quæritur, an aliquis liber ſit, an ſervus, (quæ tamen actio magis eſt civilis & hodie utiliter nobilibus adverſus ruſticos, & viciſſim competit.) an aliquis libertinus, aut ingenuus? an aliquis pater aut filius? itemque de partu agnoſcendo, & datur Præjudicialis, quoties de ætate alicuius, de moribus, de ſimilibus rebus diſceptatur: Nam his omnibus, negocio principali præjudicia fiunt, ſicut Dd. *ad iſtum. §.* annotârunt.

Explicatis diviſionibus actionum, in rem & in perſonam, & in civiles atque prætorias, ſubjicit Imperator utriusque tam realis, quam perſonalis actionis naturam, formulam & vim ac poteſtatem in quibus à ſemet invicem diſcerni posſint, & dicit, quod actiones Reales dentur ad vindicandum; Perſonales ad dandum vel ſaciendum. *§. ſic*

itaq.14.b.t. Jtem quod actiones in rem crebrius appellentur vindicationes; actiones in perſonam verò condictiones. *§. appellamus.15 b.t.*

Sequens actionum diviſio ea eſt, à fine deſumpta, quod actiones perſequuntur vel rem, vel pœnam, vel utrumque *§. ſequens.16.b.t.*

Rei perſequendæ cauſa comparatæ ſunt Reales omnes, & Perſonales illæ, quæ ex cõtractibus oriuntur ferè omnes. *§. rei perſequendæ.17.b.t.*

Pœnales actiones ſunt, quibus pœnam lege conſtitutam perſequimur, quæ ex maleficijs vel quaſi naſcuntur. *§. ex maleficijs.18.b.t.*

Mixtæ ſunt actiones, quibus rem ſimul, & pœnam, ex quibusdam maleficijs petimus, ut in actione vi bonorum raptorum, Legis Aquiliæ, & quædantur adverſus eos qui legata pijs locis relicta dare diſtulerunt, de quibus & ſimilibus. *in §. vi autem bonorum. 19.b t.*

Differunt autem in eo potiſſimum, quod rei perſecutoriæ perpetuæ ſint; pœnales verò temporales. § *non autem omnes infra de perpet. & temp. act.*

Cæterùm dicuntur mixtæ quædam actiones, alio quoque reſpectu, in quibus uterq; ex litigatoribꝰ duplicem perſonã, Actoris, & Rei

Rei ſuſtinet. *l. actionis 37. §. 1. de O. & A.* Jtemq; ratione materiæ ſeu objecti, quod partim in rem, partim in perſonam intendantur. *§. quadam. 20. h. t.*

Cuiuſmodi eſt actio fam. herciſc. id eſt, hereditatis dividendæ, quæ competit coheredibus, adverſus coheredes, ad hoc, ut res hereditariæ dividantur, & adjudicentur, itemque perſonalia præſtentur. Conſtat enim hoc judicium rebus hereditarijs, qua parte realis eſt, & præſtationibus perſonalibus, quo reſpectu cenſetur perſonalis. *l. idem Labeo. 22. §. 1. ff. fam. erciſc.* Talis eſt etiam actio de comm. divid. quæ competit ijs, qui quoquo modo rem cum alijs communem habent, ut ea dividatur; & hactenus eſt realis: Jtem ut dolus, culpa, fructus, evictio, ſimiliaque præſtentur, vigore cuius præſtationis, perſonalis cenſetur. *l. 1. l. 4. ff. com. divid.* Jtem finium regundorum, qua inter eos agitur, qui confines agros habent. Etenim in rem eſt, quatenus quisque ſibi ſui dominij portionem aſſerit, & ut limites diſtinguantur petit. Jn perſonam verò quatenus alteri, quod ſuum non eſt, adjudicatur. Jn his autẽ tribus judicijs, quoniã res non ſemper commodè dividi poſſunt, nihilominus verò dividendæ ſunt, permittitur judici, rẽ totam alicui ex litigatoribus, ex æquo & bono adjudicare, & eũ invicẽ, certâ pecuniâ alteri cõdemnare. *d. §. quadam. 20. circa fin. h. t.*

Eſt iterum actionum alia diviſio, ex priore iſta quaſi pullulans & naſcens. Etenim ne pœnarum æſtimatio, vel propter agentis libidinem, vel ex avaritia judicantis, in infinitum excreſceret, taxatio quædam, præſertim circa pœnales actiones conſtituta fuit; Omnes igitur actiones vel in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum conceptæ ſunt. Ultra verò quadrupli pœnam, actio nulla, ne quidem ex obligatione conventionali, producitur *§. omnes autem 21. h. t.* In Simplum ſunt, *Primò* omnes actiones rei perſecutoriæ, tam perſonales, quàm reales. *Deinde* quædam pœnales, eæ nimirum, in quibus certa ſumma ita lege ſancita fuit, ut nulla dupli, tripli, vel quadrupli mentio fiat. *§. in ſimplum. 22. h. t.* In Duplũ conceptæ ſunt. 1. Actio furti nec manifeſti. 2. Legis Aquiliæ. 3. Depoſiti ex cauſa tumultus, incendij, ruinæ, & naufragij. 4. Servi corrupti. 5. Et legati pij. Quæ quidem actiones quinque referuntur. *in §. in duplum. 23. h. t.* In Triplum una tantum actio perhibetur, Condictio ex lege propter exactiam ampliorem ſummam ſportularum, quando nimirum actor, in libello ſuo, plus quam Reus debebat per fraudem complexus eſt ut viatores, id eſt, apparitores, qui litigatores in jus vocant, plus pro mercede petere poſſent. *§. tripli 24. h. t.*

Qua-

Quadrupli agitur veluti. 1. actione furti manifeſti. 2. vi bonorũ raptor. 3. quod met. cauſa. 4. De ea pecunia, quæ calumniæ cauſa data fuit. 5. Condictione ex lege adverſus executores, qui contra conſtitutionis normam à Reis quidquam exigerent, de quibus *in* §.*quadrupli*.25.*h.t.* Planè differũt hæ actiones in nõnullis: Nam in alijs, totum hoc quadruplum, eſt pœna, ut in actione furti: in aliјs quadruplo ſimplum ineſt, ut in actione quod metus cauſſa. Deinde aliæ conceptæ in quadruplum purè, velut furti, vi bonor. raptor. &c; Quædam condionaliter, ſub hac ſcilicet conditione, ni arbitrio judicis reſtituat, ceu, quod metus cauſſa actio, *de quibus omnibus latius tractatur in* §.26.*&* 27.*h. t.*

Eſt etiam actionum alia diviſio, ab externa forma, vel qualitate, ſive natura deſumpta, quâ quædam Strict. juris; aliæ B. næf. tandem Arbitrariæ quædam ſunt. §. *actionũ*. 28.*&* §.*præterea*.31.*h t.*

Stricti juris cauſæ dicuntur, in quibus præcisè judex aſtrictus eſt, pronunciare de actione in judicium deducta, ſecundum naturã, iſti actioni, de jure præſcriptam, Et in perſonalibus ex contractu reſultantibus juxta legem conventionis.

Bonæf. verò actiones ſunt, in quibus judex liberã æſtimandi poteſtatẽ habet, quantum alter alteri præſtare teneatur ex bonâ fide. §. *in bonæf. judicijs*.30.*h.t.* Quam poteſtatẽ, ju-

dici tribuit, partim actionum iſtarum formula, partim cauſarum & negociorum proprietas eſſentialis, quippe quod eæ naturâ ſuâ bonam fidem inſitam habeant, & in ijs bona fide magis exuberet, quàm in actionibus ſtricti juris. Recenſentur iſtæ actiones *in d. §. 28. h. t.*

Neque præter ibi numeratas, nos alias admittimꝰ, loquitur enim Imperator ὁριστικῶς, & definitive, quæ ſententia confirmari poteſt, quoniam ibidem deciditur de quibusdam actionibus, de quibus olim dubitabatur, eſſentnè Bonæf. vel Stricti juris, velut. de heredit. petit. *verſ. quamvis enim d. §. 28.* De actione ex ſtipulatu pro dotibus exigendis. *§. fuerat. 29. h. t.* Sunt enim omnes actiones de naturâ ſuâ ſtricti juris. *l. ædiles. 25. §. item 8. De ædilit. Edict. l. non poteſt. 23. De judic.* Differentias autẽ inter actiones ſtricti juris & bonæf. videre licebit apud interpp. ibid. Arbitriæ actiones ſunt, quę alterius arbitrio relinquuntur, & ex judicis arbitrio pendent: in quibus judex arbitrium interponit, quomodo ſatisfieri debeat actori. *§. præterea. 31. h. t.* Quanquam autem ab actionibus bonæf. quò ad effectum non admodum differant, in formula tamen variabant. Etenim illis addebatur ex bona fide; in his ex arbitrio, quantum æquius & melius. Et dicuntur actiones Bonæf. quæ natura ſua tales ſunt, ut etiãſi certum quid petitum ſit, tamen æſtimatio

tio ex æquo & bono fiat. Arbitrariæ verò nominantur, quæ licet naturâ videantur eſſe ſtricti juris, nō tamen ad formulam earum, ſed ad arbitriū judicis ex æquo & bono, neutiquam tamen contra naturā earū expendūtur, & dijudicantur. *l. in bonæf. 7 pr. de eo quod cert. loc.* idq; juxta naturam iſtarum actionū, ut Menochius arbitratur. Tales autē actiones, tàm in rem, quàm in perſonam invenientur, in quibus permittitur judici ex æquo & bono ſecundū cuiusq; rei, de qua actū eſt, naturā æſtimare, quēadmodū actori ſatisfieri oporteat *d § 31. verſ. ſed iſte. & verſ. in his n. h. t.* Jn arbitrarijs igitur æſtimandi facultas, tàm libera, ſicut in bonæf. judicijs non eſt, ſed ſecundum cuiusq; rei naturam fieri debeat. Jn ſtrictis verò petitionem actoris ſtrictè judex ſequitur nec à partiū conventione recedit. Cæterùm in omnibus actionibus curare debet judex, ut certam ſententiam ferat. *§. curare. 32. h. t.* Sed & actoribus opera danda, ne plus petant. *§. ſi quis agens. 33. h. t. t. C. de plus petit.* Plus autē petitur quatuor modis. 1. Re, putà, quando quis pro decē, viginti petit. 2. Tempore, quando quis ante diē vel cōditionē petit 3. Loco, cū quis quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, in alio petat. 4. Cauſa, ut ecce, ſi quis alternativè ſtipuletur, hominē, aut decem aureos, & ille deinceps alterutrū præcisè petat, aut ſi quis genus promiſerit, & is certam ſpeciem petat.

Eſt enim electio debitoris. *d. §. 33. verſ. plus autem quatuor modis petitur. l. plerumq; 10. in fin. de jur. dot. l. 2. §. Scævola. de eo quod cert. loc.* Erat autem olim pœna plus petitionis, quod cauſa caderet. Sed hodie, ſi quis tempore plus petat, reliquum temporis duplicatur: Cæteris modis pœna tripli punitur. *d. §. 33. circa fin.* Contra verò qui minus petit, nullam pœnam incurrit. *§. ſi minus. 34. h. t.* Sicut & is, qui aliud pro alio, vel actione alia petit, nihil periclitatur. *§. ſi quis aliud. 35. h. t.*

Sunt præterea quædam actiones, quibus non ſemper ſolidum petimus, ſed minus interdum, pro conditione perſonarum & rerum, item exceptionum, quæ nonnunquã actionibus objiciuntur: Ut ſi cum patre de peculio ſit actum, nec tantum inveniatur in peculio quantum debetur. *§ ſunt præterea. 36. h. t.* Item ſi maritus de dote conventus, ſolidum præſtare nequeat. Condemnatur enim in id, quantum facere poteſt, ne cogatur egere. *§. item ſi de dote. 37. h. t.* Idem obſervatur ex ratione pietatis, ſi fuerit actum cum patre, patrono, ſocio & donatore. *§. ſed etſi, 38. h. t.* Item propter miſericordiam in debitore qui bonis ceſſit. Inhumanum enim erat, ſpoliatum fortunis ſuis, in ſolidum damnari. *§ fin circa fin. h. t.* Compenſationis etiam exceptio facit, quo minus actor ſolidum conſequatur. *§. pen. h. t.*

Dictum

Dictum eſt hactenus de actionibus quæ ex noſtro dominio, contractu, vel delicto naſcuntur. Evenit autem interdum, ut alieno quoque nomine quis conveniri poſſit, videlicet, ex contractu vel delicto eorum, qui ſunt in alicujus poteſtate.

De contractu tractatur *in titulo quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negocium eſſe geſtum dicitur.* 7. De delicto *in tit. de noxalib. actionib.* 8. Ex contractu, puta, ſi juſſu patris vel domini cum filio vel ſervo contraxero, pater & dominus mihi tenebitur. *pr. h. t.* Proponuntur autem ſub iſto tit. ſex potiſſimum actiones, quibus pater & dominus ex negocijs, per filium & ſervum geſtis, conveniri poteſt. 1. Actio quod juſſu. 2. Exercitoria. 3. Inſtitoria. 4. Tributoria. 5. De peculio. Et tandem. 6. De in rem verſo, quæ omnes Prætoriæ ſunt, & Perſonales.

Actio quod juſſu datur ei, qui cum filio vel ſervo contraxit, adverſus patrem aut dominum jubentem, de eo, quod filiusfam. vel ſervus, ex geſto negocio debet. *§. 1. h. t. l. 1. ff. quod juſſu.* Competit autem in ſolidum, ut ſi peculium non ſufficiat, pater vel dominus de ſuo præſtare teneatur. *d. §. 1. & l. 1. ff. quod juſſu.*

Exercitoria, de maritimis negocijs prodita, ab exercitore, id eſt, eo, qui magi-

ſtrum navi præpoſuit, nuncupata, compe-
tit ei, qui cum magiſtro navis contraxit, adverſus exercitorem, in id, quod cum Magiſtro contractum eſt, & quidem in ſolidum, *§. eadem. 2. verſ. exercitoria. h. t. l. 1. §. fin. l. 2. l. 4. & t. t. ff. & C. de exercit. act.*

Inſtitoria actio, quæ circa terreſtres negociationes verſatur, ab inſtitore, id eſt, eo, qui tabernæ, menſæ, ſtabulo, vel alij cuidam negociationi, quæſtus cauſa præfectus eſt, quem hodiè Factorem vocant, nuncupata, datur ei, qui cum inſtitore contraxit, adverſus dominum vel patrem qui præpoſuit, in id, ut contractui cum inſtitore, ex forma præpoſitionis initio, in ſolidum ſatisfaciat. *d. §. 2. & t. t. ff. & C. de inſtit. act.*

Actio tributoria, à tribuendo ſive diſtribuendo ſic appellata, competit ei, qui filiofam. vel ſervo alicujus in peculiarem mercem credidit, adverſus patrem, aut dominum, qui paſſus eſt, eos in merce peculij negociari. Nam ſi ſervus in peculij merce negociabitur, & aliquid cum eo, ejus rei gratia, contractum fuerit, quantum in iſtis exiſtet, inter dominum, ſi quid ei debebitur, & reliquos creditores diſtribuitur, ad hunc finem, ut æqualis diſtributio fiat, inter patrem aut dominum, & creditorem, maximè, ſi

mè, ſi doloſe vel injuſte, fuerit diſtributio à domino facta. *§. introduxit. 3. h. t. & t. n. ff. de tribut. act.*

Actio de peculio competit creditori, qui cum filiofam. vel ſervo, contraxit in re peculiari ſive peculij, contra patrem & dominum, quatenus eſt in peculio. *§. preterea. 4. h. t. & t. t. ff. de pecul.*

Actio de in rem verſo præcedentis quaſi quædam adjectio, conceditur iſti creditori, qui cum filiofam. vel ſervo principaliter contraxit, adverſus patrem vel dominum, in cujus utilitatem res verſa fuit, ut quatenus in rem ipſius neceſſariò vel utiliter verſum eſt, tantundem præſtetur. *d. §. 4. & t. t. ff. & C. de in rem verſo.*

Quamvis enim una ſit actio, de peculio, & de in rem verſo, duas tamen habet condemnationes. Nam ſi ex contractu filij vel ſervi ſine voluntate domini vel patris celebrato, verſum aliquid in utilitatem domini, vel patris fuerit, eatenus dominus, vel pater, de in rem verſo tenetur: Si nihil in rem verſum fuerit, nihilominus de peculio tenebitur, id eſt, quatenus facultates peculij patientur. *d.* §. 4.

In

In peculio vero numerari debet id ſolummodo, quod ſupereſt, deductis ijs, quæ domino vel patri, vel alijs in ipſorum poteſtate conſtitutis debentur. *d. §. 4. verſ. cum autem.* Quod ſi vicario ſuo ſervus debeat, id ex ejus peculio non deducetur. *d. §. 4. verſ. fin.* Porrò certi juris eſt, quod cui competit actio quod juſſu, exercitoria, inſtitoria, & tributoria, eidem etiam actio de peculio, deque in rem verſo concedatur, ut in creditoris poteſtate ſit, quam eligere velit: Rectius attamen faciet, ſi priores illas tres prius intentet, quippè quod iſtis poſterioribꝰ duabꝰ, ſe magis aggravet onere probandi. *§. cæterum. 5. h. t.* Et quoniam in tributoria quandoque plus conſequitur, quam eà, quæ eſt de pecul. & de in rem verſo: & viciſſim, ideò is qui deſtinavit iſtis actionibus experiri, benè ſibi caveat & proſpiciat, quam intentare velit. Quando verò probare quis poſſit, in rem verſum eſſe, ſemper iſthac actione tutius agit. *d. §. 5. circa fin.* Planè quæ ſub h. tit. de ſervis, & dominis paſſim dicta, locum etiam habent, in filijsfam. & reliquis liberis in poteſtate conſtitutis *d. pr. & §. quæ diximus. 6. h. t.* Excepto tamen eo caſu, ſi pecunia filiofam. mutuò data fuerit. Tunc enim ejus nomine nulla competit actio, nec adverſus patrem, neque contra filium; obſtante videlicet exceptione SCti Macedon.

§. illud

§. illud pen. h. t. De eo ſane conſtat, quod qui hiſce actionibus tenentur, etiam actionibus ex negocio principaliter & directò reſultantibus conveniri poſſint. *§. fin. h. t.*

Ex delicto quoque ſervi datur in dominum actio Noxalis, per quam ipſe dominus ſervum dedere, id eſt, in noxam relinquere, ſive noxaliter agenti, cedere, vel litis æſtimationem ſufferre tenetur. *t. t. & præſertim in pr. de noxal. action. 8.* Nam ſi ſervus deliquerit; exempli cauſa, furtò rem meam abſtulerit, vi rapuerit, mihi damnũ intulerit, aut injuriam fecerit, quoniam ipſe legitimam in judicio ſtandi perſonam, non, nec unde ſolvat, habet; dominus ejus ex noxâ, vel noxia rectius, conveniri poteſt. Nam noxa regulariter corpus quod nocuit, noxia maleficium ipſum ſignificat juxta vulgatum: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. *§. 1. h. t.* Etenim, quoniam dominus à ſervo lucrum capit, æquum eſt, ut damnum quoque ſentiat. *l. ex qua. 149. de R. J.* & imputet ſibi, quod talem ſervum habet. *§. fin. ſupr. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Iniquum autem quoque foret, ſervi delictũ, ultra corpus ipſius, domino damnoſum eſſe. Quá de cauſa, ſi pro peccato, citra ſcientiam, & conſenſum ſuum perpetrato, ſervum tradat, liberatur. *§. 2. & 3. h. t.* Et ſi

vero

vero dominus, quando ſervum ad noxam tradit, dominium ejus amittat, & in eum, qui damnum paſſus eſt, transferat : Attamen iſte novus dominus ſervum etiam invitus manumittere cogitur, modò damnum ipſi reſarciat. *d. §. 3. verſ. ſin autem.* Cujus rei ratio, quoniam nihil aliud actor deſideravit, quàm ut damnum ſibi reſarciretur, igitur reſarcito damno, nihil amplius habet, de quo jure conqueri poſſit. Neque enim plenum jus poteſtatis adeptus erat. *l. 2. ff. ſi quis ex noxal. cauſa. Cujac. 11. obſ. 38. & lib. 13. c. 9.* Sunt autem conſtitutæ noxales actiones aut legibus, aut edictoPrætoris. *§. ſunt autem. 4. h. t.* Omnis verò noxalis actio caput, id eſt, quemcunque poſſeſſorem, & ſi liber, vel de libero ſervus factus fuerit, ipſum ſequitur, ita quidem, ut liber factus, directò teneatur. *§. omnis. 5 h. t.* Quod ſi ſervus proprius domino furtum committat, nulla naſcitur actio; quemadmodum etiam, ſi, cum eſſet alienus, noxiam fecerit, deinceps in ejus qui damnum paſſus fuerat, poteſtatem venerit, actio quæ jam antea competebat, expirat. *§. ſi ſervus 6. h. t.* E contrario, ſi dominus adverſus ſervum delinquat, contra ipſum à ſervo nõ poteſt agi, licet fuerit manumiſſus. Et nec is quidẽ agere poterit, in cujus poteſtatem fuerit redactus. *d. §. 6. verſ. quemadmodum.* Ex delicto verò libererum, pater filium, filiamvè, noxæ dedere

dere non poteſt. Id enim naturalis amor, & filiarum pudicitia non patitur. Ergò ſi liberi deliquerint, ex ſuo proprio facto tenentur. *§. fin. h. t. l. tàm ex contract. lib. 57. de judic. l. filius fam. 39. de O. & A.* Porrò, ſervis quadrupedes & animalia comparantur. *l. pen. d. R. J.* naſcatur igitur etiam actio noxalis ex quaſi delicto quadrupedum. Nam ſi quadrupes pauperiem, h. eſt, damnum fecerit, in Dominum quadrupedis, actio noxalis de pauperie datur, *de qua t. t. ſi quadrupedes pauper. fec. dicatur. 9. Cui concordat t. in ff. ejusd. inſcriptionis.* Eſt autem hæc actio vetuſtiſſima, juri Moſaico cognita. *Exod. 21.* De qua Solon etiam apud Athenienſes legem tulit, *teſte Plutarcho in vita Solonis, Plato. lib. 11. de LL.*

Datur verò non domino ſolùm, cui damnum illatum eſt, ſed omni cujus intereſt. *l. 2. ff. ſi quadr. paup. feciſſ. dic.* adverſus eum, non qui dominus fuerit, cum quadrupes noceret, ſed qui nunc dominus eſt, nam & in quadrupedibus noxa caput ſequitur. *l. 1. §. & cum etiam 11. ff. h. t.* datur in hoc, ut aut damnum ſarciat, aut animal ſive quadrupedem in noxam dedat. *pr. h. t. Videatur. Weſ. in w. h. t. n. 6.* Cæterum hæc actio ita demum locum habet, ſi beſtia, præter naturalem feritatem ſuâ ſponté commota, nocuerit. Etenim ſi beſtia naturâ ſuâ fera, veluti, Leo, vel Urſus, nocuerit, non hęc actio, ſed alia datur ex ædilit. edict. *de qua in §. fin. h. t.*

Quod

Quod ſi non ſpontè ſuâ, commotum animal manſuetum, ſed ab alio fuerit incitatum aut inſtigatum; itidem non hæc, ſed L. Aquiliæ, vel in factum actio competit. *l. 1. §. itaq₃. 4. & §. ſed et ſi. 6. ff. h. t. l. 11. §. 5. ff. ad L. Aquil.* Portò datur etiam, ex Ædilitio edicto actio, adverſus eum, qui ferum animal, in eo loco, ubi vulgò iter fit, habet: Nam ſi læſerit hominem liberum, in id, quantum judici æquum viſum fuerit; Sin verò rebus alicujus damnum illatum ſit, ad damni dati duplum, & de pauperie tenebitur. *d. §. f. h. t. l. quâ vulgo. 42. de ædilit. edict.* De jure Saxonico, dominus qui recipit noxiam quadrupedem, tenetur: Qui verò non recipit, poſtquam nocuit, ſed pro derelicto habet, immunis eſt. *Landr. lib. 2. art. 40. Weſenbec. in parat. n. 6.* Hæc de ijs, quæ concernunt ſubſtantiam actionum. Nunc ſubijcit Jmperator de perſonis agentium *tit. de ijs, per quos agere poſſ. 10.* Quanquam enim olim alieno nomine, niſi certis caſibus, nemo poterat experiri; tamen poſtea cœperunt homines per procuratores litigare. *pr. iſto tit.* Poſſumus igitur hodiè per procuratorem, tutorem, & curatorem agere, ſi morbus, ætas, aut alia juſta cauſa requirat. Procurator dicitur, cui rem noſtram agere permiſimus, & tâm præſens, quàm abſens, aut ignorans; etiam abſente adver-

adverſario, ſine verborum ſolennitate, conſtitui poteſt. *§.1.h.t.*

De tutoribus & curatoribus remittit Imperator *ad lib.1.§.fin.h.t.*

Quoniam autem nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cū ſatisdatione *l.in ro:110 §:nemo.1.de R.J: l.10.ff.judicat.ſolv. l.un in fin.C.de ſatisdat.* Idcircò ſubjicitur *tit. de ſatisdat.*11.in quo primò ponitur jus vetus, & quisnam ſatisdationum modus, antiquitati placuerit.

Nam olim agens ſuo nomine, ſive perſonali, ſeu reali actione, non ſatisdabat; ſed agens alieno nomine cavebat utroque caſu, rem ratam haberi. Aſt reus, actione reali, ſuo vel alieno nomine conventus, ſicut & quando perſonali actione, nomine alieno cōveniretur, ſatisdabat, judicatum ſolvi. Sin proprio nomine perſonaliter adverſus ipsū ageretur, nihil ſatisdabat. *pr. & §.1.h.t.*

Sed hodiè ſuo nomine conventus, ſive reali, ſive perſonali actione, ſi præſens ſit, ſat[...]sdat de judicio ſiſti pro qualitate perſonæ judicis arbitrio, ſi non poſſidet immobi[...]ona.

[...]od ſi cautionem illam præſtare ne[...]ſtatur ipſius juratoriæ cautioni. *§.ſed [...]h.t.*

[...]erò reus abſens ſit, ſatisdare nomine [...]ocuratoris, ſolvi judicatum, & ſe, tem-

l pore

pore publicandæ ſententiæ, venturum, in judicium tenetur. *§. ſi vero aliquis. 4. h. t.*

Quod ſi prorſus abſit, & ignoret, ſibi litem moveri, quivis ejus defenſionem, præſtitâ tamen prius ſatisdatione, judicatum ſolvi, ſubire poteſt. *§. ſi v. reus 5. h. t.*

Procurator verò actoris, ſi mandatum non habeat, dominum rem ratam habiturum, cavere debet. *§. ſin autem. 3. h. t.*

Et iſte modus in Imperio toto ſervandus, *juxta §. fin. h. t.*

Quanquam jure Saxon., & moribus hodiernis, aliud vulgò ſit receptum, ſicut fideliter adnotavit Zanger. *in tr. de except. p. 2. c. 12.*

Poſtquam igitur expoſitum eſt, quibus actionibus, cujus nomine, adverſus quos, ſub quibus cautionibus, agi poſſit, de duabus actionum proprietatibus, vitâ ſcilicet & duratione ſubnectit Imperator. *tit. de perpet. & temp. act. & quæ ad hered. & in hered. tranſeunt. 12.*

Et primò quidem ponit metam, ſive fines actionum civilium. *pr. h. t.*

Deinde Prætoriarum. *verſ. eas verò.* & dicit, quod actiones civil. olim fuerint perpetuæ, hodiè verò ſint certo tempore limitatæ: Prætoriæ reales actiones, quod ſint perpetuæ. *verſ. aliquando tamen.* pœnales verò quod olim & hodiè ſint annales, exceptâ

prâ actione furti manifeſti *d. verſ. eas verò & verſ. furti quoque manifeſti.* Poſt hæc ſubjicit quænam actiones tranſeant ad heredes. *§. non autem. 1. h. t.* nempe quod actiones ex maleficijs ortæ, dentur quidem heredibus, ſed non adverſus heredes, niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata. *d. §. 1.*

Concludit autem Imperator totum hunc actionum tractatum iſta regulâ, quod Reus, ante latam ſententiam, actori ſatisfaciens, condemnari nequeat, ſed debeat abſolvi. *§. fin. h. t.* Judicium tribus potisſimū perſonis conſtat, Actore, Reo & Judice. De actionibus & actoris jure tractatum hactenus; ſubjicitur nunc de jure Reorum, *tit. de except. 15.* Nam exceptionibus, ij contra quos agitur, ſeſe defendere poſſunt. Quando nempe fatētur, actionem quidem ipſo jure ſubſiſtere; ſed oſtendunt tamē juxta, rationes & cauſas æquitatis, cur ſub certâ regula nō contineantur, neq; conſtringi poſſint. *pr. h. t.*

Verbi gratiâ, ſi metu coactus, aut inductus dolo, vel errore lapſus, aliquis promiſerit. Tunc n. opponere poterit metus, doli; & quoniam error multis modis committitur, in factum exceptionem. *§. 1. h. t.* Sed & de pecunia non numerata poteſt excipere, ſi fortaſſis in Chirographo quis confeſſus fuerit, ſe mutuo pecuniā accepiſſe, quā non accepit, modò tamen ultra bienniū non ſileat. *§. idem juris eſt. 2. h. t. l. 1. C. de non num. pec.*

Objici quoque poteſt exceptio pacti, de non petendo. Quamvis enim per iſtud pactum obligatio non tollatur ipſo jure; nihilominus tamen exceptio datur adverſus agentem, quod agere non liceat propter pactum de non petendo *§.preterea.3.b.t.l.27.§. pactus.2.de pactis.*

Sexta exceptio eſt jurisjurandi, quod quaſi ex conventione rem definit. *§.æquè.4.b.t.*

Hæc autem & præcedens exceptio naturalem duntaxat obligationem tollunt. *l.Stichū.95.§.naturalis.de O & A.*

Quamvis enim juramentum à Reo præſtitum, obligationem ipſam non tollat: nihilominus tamen adverſus agentem datur exceptio jurisjurandi. *d.§.æquè.4.b.t.* quia jusjurandum ſpecies eſt pacti *l.ſed etſi ſervus ff.de jurejurando.*

Cur autem is qui juravit, nihilominus obligatus maneat, ejus rei ratio redditur. *in l.9.de jurejur.*

Septima exceptio eſt rei judicatæ. *§.item.5.b.t.*

Nam abſolutoria ſententia, tâm in reali, quàm in perſonali actione, præcedentem obligationem, ipſo jure non tollit; ſed tamen rei judicatæ exceptionem inducit adverſus agentem *d.§.5.b.t.*

Et hæ quidem numero ſeptem exceptiones hic referuntur.

Sunt

Sunt autem multò plures, *§.6. h.t.* tàm Dilatoriæ, quàm Peremtoriæ, de quibus, ut & de exceptionum jure, videri poterunt Johan. Oldend. Wendel. Schilling. & præſertim Zanger. in tr. ſuo de exceptionib. Proficiſcuntur autem exceptiones ex varijs juris partibus, quædã ex legibus, quædam ex ijs quæ vicem legis obtinent, quædam ex ipſius Prætoris jurisdictione. *§. quarum. 7. h.t.*

Et aliæ ſunt Peremtoriæ, à perimendo ſic dictæ, ſive perpetuæ, quæ ſemper obſtant agentibus & quovis tempore poſſunt opponi, qualis eſt exceptio doli, metus, pacti de in perpetuum non petendo; Aliæ Dilatoriæ, ſive temporales; quæ ad tempus nocent, & temporis aliquam dilationem tribuunt, aut, ut alij loquuntur, differunt actionem, qualis eſt exceptio pacti de non petendo intra certum tempus. §. *appellantur. 8. §. perpetua. 9. §. temporales. 10. h.t.*

Et dilatoriæ quidem exceptiones ante litis conteſtationem opponi debent, ſed peremtoriæ, quæ altiorem indaginem requirunt, poſt litis conteſtationem rejiciuntur. *l. peremtorias. C. ſentent. reſcind. non poſſe.* Exceptis privilegiatis quibusdam, de quibus *in c. 1. de lit. conteſt. in. 6.*

Digitized by Google

Tales dilatoriæ ſunt, ratione perſonarum Procuratoriæ, veluti ſi per militem, aut mulierem, quis agere velit. Etenim hi, alieno nomine agere non poſſunt. *§. fin. h.t.*

Infames tamen procuratores eſſe poſſunt. *d. § fin. verſ. eas verò.*

Cæterùm, ſicut exceptiones actionibus opponuntur à reis; ita viciſſim actoribus, adverſus exceptiones remedia juris prodita ſunt, quæ Replicationes dicuntur. *t. t. de replicat. 14.*

Et iterum reis, contra replicationes duplicare, ſed & actoribus adverſus duplicationes triplicare licet. *§. rurſus. 1. & § et ſi. 2. h. t.*

Nonnunquam etiam ulteriores defenſionum gradus, ſi res poſtulet, admittuntur. *§. quarum. 3. h. t.*

Exceptiones autem rei cohærentes, utpote, pacti de non petendo, quæ debitoribus principalibus proſunt, plerunquè fidejuſſoribus etiam accommodari ſolent, quoniam quod ab ipſis petitur, id ab ipſo debitore peti videtur. *§ fin. h. t.*

Perſonæ verò cohærens exceptio, neutiquam ad alios tranſit, veluti, quæ datur

ijs,

ijs, qui bonis ceſſerunt. *d. §. fin. verſ. ſanè quadam. h. t.*

Sequitur ut diſpiciamus de Jnterdictis, ſeu actionibus quæ pro his exercentur; quæ tum maximè, quando de poſſeſſione, vel quaſi, agitur, proponuntur. *tit. de interdict. 15.*

Sunt autem interdicta ita nuncupata, quoniam inter duos dicuntur. *§. 1. in fin. h. t.*

Erant enim, in effectu, Prætoris decretum, ad eos, inter quos agebatur. *d. §. 1. verſ. ſunt tamen. J. h. t. l. 1. De tab. exhibend.*

Solebat enim, antiquo jure, de poſſeſſione, non in judicio, ſed in jure; non coram judice dato, ſed coram ipſo Magiſtratu, & ex eius officio mero controverſia diſceptari, & definiri. *pr. h. t.*

Poſtea ſub Jmperatoribus paulatim actionibus de poſſeſſione dimicatum fuit. *Videantur tract. p. 2. diſp. 4. th. 1. lit. A.*

Et ſunt, Prætoriæ in rem actiones, de poſſeſſione, vel quaſi competentes. *d. §. 1. & d. th. 1.*

Digitized by Google

Quorum triplex diviſio *ſub iſto tit.* proponitur, & ſumma dicitur, quod aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. *§. ſumma. 1. h. t.*

Prohibitoria ſunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri, puta, vim ei fieri, qui ſine vitio poſsidet, & ne quid in loco ſacro, vel flumine publico fiat. *d. §. 1. verſ. prohibitoria ſunt.*

Reſtitutoria ſunt, quibus aliquid reſtitui jubet, ut ſunt, interdictū quorum bonorum & quod legatorum, item unde vi &c. quando nempe poſſeſſio vi ablata reſtitui jubetur. *d. §. 1. verſ. reſtitutoria.*

Exhibitoria ſunt, per quæ jubet exhiberi, verbi gratia, hominem injuriâ detentum, per interdictum de liberis hominibus exhibendis, item tabulas teſtamenti. *t. t. de tabul. exhibend. & d. §. 1. verſ. exhibitoria.*

Sequens Interdictorum diviſio, quod quædam adpiſcendæ, quædam retinendæ, quædam recuperandæ poſſeſsionis. *§. ſequens. 2. h. t.*

Adipiſcendæ poſſeſsionis interdicta referuntur *in §. adipiſcendæ. 3. & prolixius à nobis. d. p. 2. diſp. 4. th. 2.*

Retinendæ poſſeſsionis, quænam interdicta ſint, tractatur *in §. retinendæ. 4. h. t. & à nobis d. diſp. 4. th. 3.*

Qualiter

Qualiter autem, et quando, poſſidere vel ipſe, vel per alium dicatur, id explicat Imper. *in §. poſſidere. 5. h. t.*

Recuperandæ poſſeſſionis interdicta referuntur. *in §. recuperanda. 6. h. t. & à nobis. d. diſp. 4. th. 4.*

Tertia diviſio Interdictorum à formulis ſive conceptionibus ſumta, hæc eſt, quod aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. *§. tertia diviſio, 7. h. t.*

Simplicia ſunt, in quibus alterutrum litigatorum, Prætor duntaxat alloquitur; exempli cauſa, unde tu illum vi dejeciſti; in quibus alter Actor, alter Reus eſt; qualia ſunt omnia reſtitutoria, & exhibitoria. *d. §. 7. verſ. ſimplicia.*

Duplicia verò ſunt, in quibus utrumque Prætor alloquitur, velut, uti poſſidetis, ita poſſideatis. *d. §. 7. verſ. duplicia. videatur. d. diſp. 4. th. 1. lit. F.*

Et hæc omnia, ex naturâ rerum, hodie quoque ſolent obtinere, licet formulæ ſint ſublatæ, & extra ordinem jus dicatur. *§. f. h. t.*

Expoſito litigantium jure, tàm Actoris, quam Rei; nunc titulos utrique communes ſubijcit, & primò quidem. *tit. de pœna temere litigant. 16.* in quo triplex pœnæ genus, eorum qui temerè litigant, recenſet.

Temeritas namque tâm agentium, quàm eorum quibus cum agitur, modò pecuniaria pœna, (mulcta) modò jurisjurandi religione, & tandem infamiæ quoque metu coërcetur. *pr. h. t.*

Agit autem primo de temeritate Rei, & oſtendit eam duabus pœnis coërceri, religione jurisjurandi & mulcta. Tenetur enim reus, de calumniâ jurare, quod putet ſe bonâ inſtantiâ uti. *§. ecce. 1. h. t.*

Altera Reorum pœna, pecuniaria eſt, ſi videlicet inficientur debitum, & litigare, quàm id quod debent, ſolvere malint. *d. §. 1. verſ. at adverſus.*

Sed & actor jurare cogitur, ſe litem non animo calumniandi movere. *d. §. 1. verſ. item actoris.*

Advocati quoque jurabant. *d. §. 1. verſ. utriusq.*

Communis autem pœna temerè litigantium eſt, quod in expenſas & damna condemnantur. *d. §. 1. circa fin. videatur Gail lib. 1. obſ. 151. & ſeq.*

Quam condemnationem, judex omittere non debet, niſi ex juſta cauſa, puta ſi victus probabilem litigandi cauſam habuerit. Tunc enim compenſantur impenſæ. *l. pen. C. de fruct. & lit. expenſ.*

Coer-

Coercetur etiam temeritas, & protervia litigantium, nonnunquam ignominiâ. Nam ex quibusdam judicijs damnati ignominioſi fiunt. *§. ex quibusdam. 2. h. t.*

Omnium autem actionum inſtituendarum principium eſt, ab in jus vocatione. Nam absque ea judicium inſtitui nequit; quæ tamen in jus vocatio, à liberis, & libertis, adverſus parentes, & patronos, absque veniâ fieri non poterat, imò ſi facta fuiſſet, quinquaginta ſolidis puniebatur. *§. fin. h. t.*

Hactenus de officio litigantium, ſubijcit nunc non inconvenienter. *tit. de offic. judic.* 17.

Ex his enim tribus perſonis judicium conſtatur. De officio judicis Claudius Cantiuncula tractatum ſcripſit. Jn omnibus autem actionibus, judicis officium, non postremum obtinet locum, cum eo interpoſito, controverſia dirimatur, videlicet ſententiâ latâ. *pr. h. t.*

Debet autem inprimis obſervare judex, ne aliter judicet, quam legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. *d. pr.*

Et-

pore publicandæ ſententiæ, venturum, in judicium tenetur. §. *ſi vero aliquis*. 4. *h. t.*

Quod ſi profſus abſit, & ignoret, ſibi litem moveri, quivis ejus defenſionem, præſtitâ tamen prius ſatisdatione, judicatum ſolvi, ſubire poteſt. §. *ſi v. reus* 5. *h. t.*

Procurator verò actoris, ſi mandatum non habeat, dominum rem ratam habiturum, cavere debet. §. *ſin autem*. 3. *h. t.*

Et iſte modus in Jmperio toto ſervandus, *juxta* §. *fin. h. t.*

Quanquam jure Saxon., & moribus hodiernis, aliud vulgò ſit receptum, ſicut fideliter adnotavit Zanger. *in tr. de except. p.* 2. *c.* 12.

Poſtquam igitur expoſitum eſt, quibus actionibus, cujus nomine, adverſus quos, ſub quibus cautionibus, agi posſit, de duabus actionum proprietatibus, vitâ ſcilicet & duratione ſubnectit Jmperator. *tit. de perpet. & temp. act. & quæ ad hered. & in hered. tranſeunt*. 12.

Et primò quidem ponit metam, ſive fines actionum civilium. *pr. h. t.*

Deinde Prætoriarum. *verſ. eas verò.* & dicit, quod actiones civil. olim fuerint perpetuæ, hodiè verò ſint certo tempore limitatæ: Prætoriæ reales actiones, quod ſint perpetuæ. *verſ. aliquando tamen.* pœnales verò quod olim & hodiè ſint annales, exceptâ

præ actione furti manifeſti *d. verſ. eas verò &* *verſ. furti quoque manifeſti.* Poſt hæc ſubjicit quænam actiones tranſeant ad heredes. *§. non autem. 1. h. t.* nempe quod actiones ex maleficijs ortæ, dentur quidem heredibus, ſed non adverſus heredes, niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata. *d. §. 1.*

Concludit autem Imperator totum hunc actionum tractatum iſta regulà, quod Reus, ante latam ſententiam, actori ſatisfaciens, condemnari nequeat, ſed debeat abſolvi. *§. fin. h. t.* Judicium tribus potisſimũ perſonis conſtat, Actore, Reo & Judice. De actionibus & actoris jure tractatum hactenus; ſubjicitur nunc de jure Reorum, *tit. de except. 13.* Nam exceptionibus, ij contra quos agitur, ſeſe defendere poſſunt. Quando nempe fatētur, actionem quidem ipſo jure ſubſiſtere; ſed oſtendunt tamẽ juxta, rationes & cauſas æquitatis, cur ſub certà regula nõ contineantur, neq; conſtringi poſſint. *pr. h. t.*

Verbi gratiâ, ſi metu coactus, aut inductus dolo, vel errore lapſus, aliquis promiſerit. Tunc n. opponere poterit metus, doli; & quoniam error multis modis committitur, in factum exceptionem. §. *1. h. t.* Sed & de pecunia non numerata poteſt excipere, ſi fortaſſis in Chirographo quis confeſſus fuerit, ſe mutuo pecuniã accepiſſe, quã non acceperit, modò tamen ultra bienniũ non ſileat. *§. idem juris eſt. 2. h. t. l. 1. C. de non num. pec.*

Objici quoque poteſt exceptio pacti, de non petendo. Quamvis enim per iſtud pactum obligatio non tollatur ipſo jure; nihilominus tamen exceptio datur adverſus agentem, quod agere non liceat propter pactum de non petendo *§. præterea 3. h. t. l. 27. §. pactus. 2. de pactis.*

Sexta exceptio eſt jurisjurandi, quod quaſi ex conventione rem definit. *§. æquè. 4. h. t.*

Hæc autem & præcedens exceptio naturalem duntaxat obligationem tollunt. *l. Stichū. 95. §. naturalis. de O. & A.*

Quamvis enim juramentum à Reo præſtitum, obligationem ipſam non tollat: nihilominus tamen adverſus agentem datur exceptio jurisjurandi. *d. §. æquè. 4. h. t.* quia jusjurandum ſpecies eſt pacti *l. ſed etſi ſervus. ff. de jurejurando.*

Cur autem is qui juravit, nihilominus obligatus maneat, ejus rei ratio redditur. *in l. 9. de jurejur.*

Septima exceptio eſt rei judicatæ. *§. item. 5. h. t.*

Nam abſolutoria ſententia, tàm in reali, quàm in perſonali actione, præcedentem obligationem, ipſo jure non tollit; ſed tamen rei judicatæ exceptionem inducit adverſus agentem *d. §. 5. h. t.*

Et hæ quidem numero ſeptem exceptiones hic referuntur.

Sunt

Sunt autem multò plures, *§.6. h.t.* tàm Dilatoriæ, quàm Peremtoriæ, de quibus, ut & de exceptionum jure, videri poterunt Johan. Oldend. Wendel. Schilling. & præſertim Zanger. in tr. ſuo de exceptionib. Proficiſcuntur autem exceptiones ex varijs juris partibus, quædã ex legibus, quædam ex ijs quæ vicem legis obtinent, quædam ex ipſius Prætoris jurisdictione. *§. quarum. 7. h.t.*

Et aliæ ſunt Peremtoriæ, à perimendo ſic dictæ, ſive perpetuæ, quæ ſemper obſtant agentibus & quovis tempore poſſunt opponi, qualis eſt exceptio doli, metus, pacti de in perpetuum non petendo; Aliæ Dilatoriæ, ſive temporales; quæ ad tempus nocent, & temporis aliquam dilationem tribuunt, aut, ut alij loquuntur, differunt actionem, qualis eſt exceptio pacti de non petendo intra certum tempus. §. *appellantur. 8. §. perpetua. 9. §. temporales. 10. h.t.*

Et dilatoriæ quidem exceptiones ante litis conteſtationem opponi debent, ſed peremtoriæ, quæ altiorem indaginem requirunt, poſt litis conteſtationem rejiciuntur. *l. peremtorias. C. ſentent. reſcind. non poſſe.* Exceptis privilegiatis quibusdam, de quibus *in c. 1. de lit. conteſt. in. 6.*

I 3 Tales

Tales dilatoriæ ſunt, ratione perſonarum Procuratoriæ, veluti ſi per militem, aut mulierem, quis agere velit. Etenim hi, alieno nomine agere non poſſunt. *§. fin. h.t.*

Infames tamen procuratores eſſe poſſunt. *d. § fin. verſ. eas verò.*

Cæterùm, ſicut exceptiones actionibus opponuntur à reis; ita viciſſim actoribus, adverſus exceptiones remedia juris prodita ſunt, quæ Replicationes dicuntur. *t. t. de replicat. 14.*

Et iterum reis, contra replicationes duplicare, ſed & actoribus adverſus duplicationes triplicare licet. *§. rurſus. 1. & § et ſi. 2. h.t.*

Nonnunquam etiam ulteriores defenſionum gradus, ſi res poſtulet, admittuntur. *§. quarum. 3. h.t.*

Exceptiones autem rei cohærentes, utpote, pacti de non petendo, quæ debitoribus principalibus proſunt, plerunque fidejuſſoribus etiam accommodari ſolent, quoniam quod ab ipſis petitur, id ab ipſo debitore peti videtur. *§ fin. h.t.*

Perſonæ verò cohærens exceptio, neutiquam ad alios tranſit, veluti, quæ datur

ijs,

ijs, qui bonis ceſſerunt. *d. § fin. verſ. ſanè quadam. h. t.*

Sequitur ut diſpiciamus de Interdictis, ſeu actionibus quæ pro his exercentur; quæ tum maximè, quando de poſſeſſione, vel quaſi, agitur, proponuntur. *tit. de interdict. 15.*

Sunt autem interdicta ita nuncupata, quoniam inter duos dicuntur. *§. 1. in fin. h. t.*

Erant enim, in effectu, Prætoris decretum, ad eos, inter quos agebatur. *d. §. 1. verſ. ſunt tamen. J. h. t. l. 1. De tab. exhibend.*

Solebat enim, antiquo jure, de poſſeſſione, non in judicio, ſed in jure; non coram judice dato, ſed coram ipſo Magiſtratu, & ex eius officio mero controverſia diſceptari, & definiri. *pr. h. t.*

Poſtea ſub Imperatoribus paulatim actionibus de poſſeſſione dimicatum fuit. *Videantur tract. p. 2. diſp. 4. th. 1. lit. A.*

Et ſunt, Prætoriæ in rem actiones, de poſsesſione, vel quaſi competentes. *d. §. 1. & d. th. 1.*

Digitized by Google

Quorum triplex diviſio *ſub iſto tit.* proponitur, & ſumma dicitur, quod aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. *§. ſumma. 1. h. t.*

Prohibitoria ſunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri, puta, vim ei fieri, qui ſine vitio poſsidet, & ne quid in loco ſacro, vel flumine publico fiat. *d. §. 1. verſ. prohibitoria ſunt.*

Reſtitutoria ſunt, quibus aliquid reſtitui jubet, ut ſunt, interdictũ quorum bonorum & quod legatorum, item unde vi. &c. quando nempe poſſeſſio vi ablata reſtitui jubetur. *d. §. 1. verſ. reſtitutoria.*

Exhibitoria ſunt, per quæ jubet exhiberi, verbi gratia, hominem injuriâ detentum, per interdictum de liberis hominibus exhibendis. item tabulas teſtamenti. *t. t. de tabul. exhibend. & d. §. 1. verſ. exhibitoria.*

Sequens Interdictorum diviſio, quod quædam adpiſcendæ, quædam retinendæ, quædam recuperandæ poſſeſsionis. *§. ſequens. 2. h. t.*

Adipiſcendæ poſſeſsionis interdicta referuntur *in §. adipiſcendæ. 3. & prolixius à nobis, d. p. 2. diſp. 4. th. 2.*

Retinendæ poſſeſsionis, quænam interdicta ſint, tractatur *in §. retinendæ. 4. h. t. & à nobis d. diſp. 4. th. 3.*

Qualiter

Qualiter autem, et quando, poſſidere vel ipſe, vel per alium dicatur, id explicat Imper. *in §. poſſidere. 5. h. t.*

Recuperandæ poſſeſſionis interdicta referuntur. *in §. recuperandæ. 6. h. t. & à nobis. d. diſp. 4. th. 4.*

Tertia diviſio Interdictorum à formulis ſive conceptionibus ſumta, hæc eſt, quod aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. *§. tertia diviſio. 7. h. t.*

Simplicia ſunt, in quibus alterutrum litigatorum, Prætor duntaxat alloquitur; exempli cauſa, unde tu illum vi dejeciſti; in quibus alter Actor, alter Reus eſt; qualia ſunt omnia reſtitutoria, & exhibitoria. *d. §. 7. verſ. ſimplicia.*

Duplicia verò ſunt, in quibus utrumque Prætor alloquitur, velut, uti poſſidetis, ita poſſideatis. *d. §. 7. verſ. duplicia. videatur. d. diſp. 4. th. 1. lit. E.*

Et hæc omnia, ex naturâ rerum, hodie quoque ſolent obtinere, licet formulæ ſint ſublatæ, & extra ordinem jus dicatur. *§. f. h. t.*

Expoſito litigantium jure, tàm Actoris, quam Rei; nunc titulos utrique communes ſubijcit, & primò quidem. *tit. de pœna temere litigant. 16.* in quo triplex pœnæ genus, eorum qui temerè litigant, recenſet.

Coercetur etiam temeritas, & protervia litigantium, nonnunquam ignominiâ: Nam ex quibusdam judicijs damnati ignominioſi fiunt. *§. ex quibusdam. 2. h. t.*

Omnium autem actionum inſtituendarum principium eſt, ab in jus vocatione. Nam absque ea judicium inſtitui nequit; quæ tamen in jus vocatio, à liberis, & libertis, adverſus parentes, & patronos, absque veniâ fieri non poterat, imò ſi facta fuiſſet, quinquaginta ſolidis puniebatur. *§. fin. h. t.*

Hactenus de officio litigantium, ſubijcit nunc non inconvenienter. *tit. de offic. judic.* 17.

Ex his enim tribus perſonis judicium conſtatur. De officio judicis Claudius Cantiuncula tractatum ſcripſit. Jn omnibus autem actionibus, judicis officium, non poſtremum obtinet locum, cum eo interpoſito, controverſia dirimatur, videlicet ſententiâ latâ. *pr. h. t.*

Debet autem inprimis obſervare judex, ne aliter judicet, quam legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. *d. pr.*

Ete-

Etenim ſi contra pronunciaverit, inutilis erit, & nulla ſententia. *l. 1. & t. t. ff. quæ ſentent. ſine appell. reſcind.*

Quando verò non contra leges, ſed contra jura partium pronunciat judex, tunc appellari debet. *l. res judicata. 207. de R. J.*

Diligenter itaque judex obſervare debet, ut in actione qualibet inſtitutâ, ſententiam ferat, quæ legibus & actioni propoſitæ convenit, quod Jmperator Juſtin. exemplis aliquot adductis declarat, puta Noxalium actionum, in quibus Iudex alternativè ſententiam concipere debet. *§. ideoq. 1. h. t.* Rei vindicationis, in quâ ſi quidem probet actor intentionem ſuam, Reum ad rei petitæ cum fructibus, reſtitutionem condemnare; Nihil autem actore probante, poſſeſſorem abſolvere debet. *§. etſi. 2. h. t.*

Idem in alijs etiam actionibus ſervare debet, veluti petitione hereditatis, *d. § 2. verſ. etſi hereditas.* Actione ad exhibendum. *§. ſi ad exhibendum. 3. h. t.* Familiæ ereiſc. *§. ſi familiæ. 4. h. t.* Communi dividundo. *§. eadem. 5. h. t.* Finium regundorum. *§. finium. 6. h. t.*

Nam

Nam in his omnibus, ſicut & in reliquis perſonalibus actionibus, ſemper hoc officium judicis eſt, ut actore probante, Reum juxta libelli formam condemnet; abſolvat autem, ſi nihil actor probet: In poſtremis iſtis tribus judicijs, adjudicationibus quoque factis. *d.* §. 4 5. 6. *h. t.* per quas quicquid adjudicatum alicui fuerit, id ſtatim ejus fiet. §. *fin. h. t.*

Etſi verò, Iuſtinianus ſibi propoſuerit, de jure privato duntaxat in hiſce. 4. Inſtitutionum libris tractare; tamen ſubjungit. *de public. judic. tit. ult.* ſcilicet, ut ſtudioſi quadantenus modò, naturam eorum deguſtarent. *pr. h. t.*

Dicuntur autem publicia judicia, quod cuivis ex populo perſecutio eorum plerunque detur. §. 1. *h. t.*

Et horum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. §. 2. *h. t.*

Capitalia ſunt, quæ mortem inferunt, naturalem, aut civilem; qualia referuntur, Crimen læſæ Majeſtatis *in* §. 3. *h. t.* Adulterij. *in* §. 4. Homicidij. *in* §. 5. Parricidij §. 6. Falſi. §. 7. De vi publicâ, privatâ, & de raptu. § 8. Peculatus, quo tenentur Reipublicæ depeculatores. §. 9. *h. t.* Plagij. §. 10. *h. t.* Et ſi qua ſunt ſimilia. §. *fin. h. t.*

Non

Non capitalia crimina ſunt, quæ pecuniariam pœnam & infamiam important; quorum cognitio plenior ex Pandectarum libris peti debet. *d.* §.*fin.* Expliciunt caſus breves ſuper Inſtitutiones juris.

Deo ſit gloria, laus, honor & gratia, per ſecula ſeculorum Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

WITEBERGÆ.

Ex Officina Typographicâ
Johan. Matthæi.

Anno M. DC. XVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google